





Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

39.3.15 39
e 15 d
65 | 13-71019

L I B E R S E C V N D V S.

P R A X I S C I V I L I S D E E X E R C I -
tio practicarum actionum , iuxta hodiernum
stylum,communi & regio iure sancitæ.

JOANNIS A MONTEALEGRE IVRIS CONSULTI HIS-
pani, olim in inclita, & celeberrima ciuitate Salmantina praetorii, ac postmodum in Regia Châ-
cellaria Argentina Senatorij Opus utilitate & necessitate, tam in Scholis, quam in causis
forensibus iudicij & consilij commendandum.

Defuncto authore, complectum, & recopilatum per dominum Hieronymum
à Montealegre eius filium Iurisconsultum, & indicata Regia Chan-
cellaria Aduocatum.

Ad dominum Ludovicum & Velasco è militia sancti Iacobi Marquionem Salinensem,
& in supremo Indianorum Senatu Philippi Tertij insignem Praesidem,

ex libr.

John Collier

Anno

1614.



C Y M P R I V I L E G I O .
M A T R I T I .



Typis Ioannis de Herrera.

THEATRE EDITION

BY JULIUS CAESAR

WITH A HISTORY OF THE AUTHOR

AND NOTES BY J. R. GREEN

ILLUSTRATED WITH FIVE ENGRAVINGS

BY J. R. GREEN

AND A HISTORY OF THE DRAMA

BY J. R. GREEN

ILLUSTRATED WITH FIVE ENGRAVINGS

BY J. R. GREEN

1814

A.D.



De exercit. practic. actio. Cap.I. 2
EX PROOE MIO
Summaria.

1. **P** Arum est ius noſe, ſi perſo-
na, quārum cauſa ius eſt
conſtitutum, ignorantur.
2. Omnes homines, aut liberi ſunt,
aut ſerui.
3. Perſone, quēdam ſunt ſui iuriſ,
quēdam alieno iuri ſubiecta.
4. Perſone, quēdam ſunt nata ex le-
gitimo matrimonio, quēdam non.
5. Perſone, quēdam ma- culi, quēdam
famine, quēdā Herauphroditæ.
6. Omnes homines, aut ſunt fideles,
aut inſideles.
7. Perſone aliae ſunt nobiles, aliae ig-
nobiles,
8. Omnes homines, aut nullum paſtiū-
tur deſetū, aut aliquem paſtiūtur.
9. Status hominis, ſecundum primam
diſiſionem, aut iugenorum, aut li-
bertinorum.
10. Diſiſiones per iudiciales duobus mo-
dis conſideran- cur
11. Alter praedictialis de partu ag-
niente, datur parentibus con-
tra filios, & filiis aduersus pa-
rentes.

C A P. P R I M V M, 3
De actione, de partu agnien-
tendo. Diuīſum in 46. §§.

PRO O E M I V M.

1.  Actenus dictum
eſt de actionibus
ingenere, & earū
exercitio; nunc
dicendum eſt de
actionibus partic-
ularibus. Et quia perum eſt ius noſe,
ſi perſone, quārum cauſa conſtitu-
tum eſt, ignorantur; ideo prius de
perſonis, quārum de rebus videndum
dicit Iuſſinaus in princ. Institu. de

iure perſouarum, i. iuſtissime, ff. de
adilitio edict. Quamobrem prius
hic de actionibus ex ſtu perſonarum,
quām de alijs actionibus res reſ
picientibus tractandum eſt, & ab ea,
que de partu agnende dicitur
principium aſſumpli, quia ceteris
eſt viſior, eiusque materia amplior
& iuſtrior.

Et in primis prämittendum eſt,
quōd omnes homines, aut ſunt libe-
ri, aut ſerui, vt in §. 1. Institu. de iure
perſonarum, & quid ſit ſeruitus, &
quibus modis quis efficiatur ſeruus,
diximus latē in c. ſequenti, in §. 1. de
actione ex libartate & ſeruitute. Li-
berorum autem hominum alij ſunt
ingenui, alij libertini. Ingenui ſunt,
qui ſtatiu m tati ſunt, liberi ſunt, vt
in princ. & per totum Instit. de inge-
nuis. Libertini ſunt, qui ex iuſta ſer-
uitute manuuli ſunt, vt in prin. &
per totum Instit. de libert. Et quid
ſit libertas, & quibus modis ſeru li-
bertatem coſequantur, expoſuimus
etiam abūde in c. ſeq. in §. 2. de actio-
ne ex ingenuitate & libertinate.

Secunda diuīſio perſonarum eſt,
quōd quēda perſone ſunt ſui iuriſ,
quēdam alieno iuri ſubiecta: rurſus
earū, quā alieno iuri ſunt ſubiecta,
alij ſunt in potestate parētum, alij
in potestate dominorum, vt per to-
tum Instit. & ff. de his qui ſunt ſui
vel alieni iuriſ, & Instit. & C. de pa-
tria potest. & de his perſonis, que
ſub dominorum potestate ſunt, latē
dictum eſt in diſc. ſequent. De his
verā, cum in parentum ſunt potestia-
te, iuſtissimē dicemus in hoc
præſenti cap.

Tertia diuīſio perſonarū eſt, quōd
quēda perſone nata ſunt ex legiti-
mo matrimonio, quēdam noſt. Filii
nati ex legitimo matrimonio, vel pu-

Liber secundus praxis ciuilis.

tatiuo dicentur legitimi & naturales. I. filium, eum diffinimus. ff. de his qui sunt sui, vel alien. iur. authent. quibus modis natural. effici. sui. §. legiti-
mi, collation. 7. in princip. insti. de
nupt. & in princip. insti. de paria
potest. cap. per venerabilem qui filij
sunt legi. l. t. titul. 13. part. 4. l. 2. tit. 15.
ead. part. Filiorum autem non natorū
exlegitimo matrimonio plures sunt
species, nam alij sunt filij naturales
tantum, alij legitimi tantum, alij vul-
go concepti, alij filij incensuosi, alij
nefarij, alij manceres, alij adulterini,
& nothi, alij sacrilegi, alij spurij est
bastardi: quod nomen est generale, &
speciale; & filij clericorum compre-
henduntur sub filij spurijis, de quibus
omnibus late per Palest. de Noth.
spurijisque filijs cap. 16. & Gouarru.
in epit. de sponsalib. 2. part. c. 8. §. 5. &
latius per Ioan. à Rojas in epit. suc-
cessio. c. 1. per totum.

Quarta diuisio personarū est, quod
quādam personæ sunt masculi, quādā
femine, quādā hermafroditi,
que personæ iniure in multis differūt;
& deterior est cōditio feminarū quā
masculorū. l. in multis. l. queritur. ff.
de statu homin. l. sed est quāsiūm. ff.
de liber. & posthu. l. fœminæ, vbi Dec.
& Cagnol ff. de reg. iur.

6. Quinta diuisio personarū est, quod
omnes homines, aut sunt fideles, aut
infideles: fideliū autem duo sunt ge-
nere, nam alij sunt religiosi, seu Ecclē-
siastici, alij laici, seu seculares. c. duo
sunt 12. quæst. t. Rursum religiosorum
alij sunt clerici, alij monachi, vt notat
Abb. & alij in rub. de regularib. cle-
ricorum ordines sunt Presbyteri, dia-
coni, hostiarii, lector, exorcista,
acholytus, subdiaconus. c. a multis de-
cetate & qualit. quod loquitur de pres-
byteris & diaconis tantū. c. a subdia-
coni distin. quod loquitur de alijs ordi-
nibus, qui postea fuerunt adiecti quo-
rum omnium superior & princeps est
Summus Pontifex, qui omnes digni-

tates mundi præcedit, vt habetur in
Clem. Pastorali de sent. & re iudic.
& in Clem. t. de iurecur. c. patet. II. q.
3. c. si Papa, vbi glos. 40. distin. & post
Summum Pontificem sunt, Cardinales,
Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi,
Abates, Decani, Archidiaconi,
& alij, de quibus in c. fin. 22. distin. c.
clericos. 21. dist. Monachi tamen reli-
giosi regulares ad quatuor rediguntur
ordines, sancti Basilij, sancti Bene-
dicti. S. Augustini, S. Francisci, & ad
hos quatuor ordines omnes aliz re-
ligiones referuntur, exceptis Carthu-
sianis. Laici autem, aut sunt publici,
aut priuati; publici, vt Reges, Duces
Marchiones, Comites, vt in tit. quis
dicatur Dux, Marchi. Com. & in tit.
de feud. Marchi. vel ducat. & in l. t.
& t. & per tot tit. t. par. 2. vel qui fun-
guntur munere publico, vt Senatores
Cōsules, Prætores, & alij, vt in tit. ff.
de Senat. cū decē tit. seq. Alij vero di-
cuntur in iure pagani & priuati. Infide-
les sunt, qui a fide nostra Catholica
deserūt, Turce, Saraceni, & Hæretici.

7. Sexta diuisio personarū est, q aliz
sunt nobiles, aliz ignobiles de quibus
late per Tiraq. in tract. de nobilit. &
per Ioan. Arce ab Otolora, in suo etiā
tract. de nobilit. & per Ioan. Garc. in
glos. l. 8. tit. t. lib. 2. nouz Recop. &
per tot tit. 1. & 2. lib. 6. Recop. & ibi
Azeb.

8. Septima diuisio personarum est, q
omnes homines, aut nullum patiūtur
defectum, aut aliquem, vel plures pa-
tiūtur defectus, vt defectus etatis que
cōsideratur in iudicis in restituione
in integrū in tut. & cura, in pupilli
substitutione in testamēti factōne in
sponsalibus, & matrimonij in ingressu
religionis, vel in sacris ordinibus in
obtinēdis officijs, & beneficijs; & in
alijs multis a iure expressis, & defectus
mentis; vt quādo aliquis caret mente,
vt in san's, furiosus, vel prodigus, vt
in §. furiosi insti. de curat. & sunt alij
plures similes defectus, vt in l. t. §.
apud

De exercit. pract. actio. Cap. I.

3

apud Julian. ff. de edilic. edict. cū alijs legibus illius tituli: item defectus corporis, vt sunt muti, surdi, cæci, claudi, curvi, & alijs similes defectum à natura habentes, vt colligitur ex l. 1. §. kiendum. ff. de x dil. edic. & alij plures in iure reperiuntur defectus, de quibus omnibus personis in iure diversimode iudicatur: nam aliter iudicatur de vno statu, & aliter de alio vt declarat l. 2. tit. 23. par. 4.

Secundum autem primam persona rum divisionem triplex est statu, aut ingenuorum, aut libertinorum, aut seruorum, ex quo triplici statu tripliciter disceptatur. Primo, si quis ratus, an quis sit liber, vel seruus. Secundò, si queratur, an quis sit ingenus, vel libertinus. Tertio, si queratur, an quis sit vere filius, vel non, & datur a iure tres actiones, scilicet ex libertate, & seruitute ex ingenuitate, & libertinitate, & de partu agnoscendo de qua in hoc cap. tractamus, & appellantur præjudiciales dictæ tres actiones, ex eo quod concernunt statum hominis, qui cunctarum rerum est præciosissimus. d.l. iustissime. ff. de x dil. edic. l. si queramus. ff. de testam. v. id. di. ita causa maximi prædicti, quando de statu personæ queritur, vt notat Bart. in l. sine contra. §. 1. num. 5. ff. de liber agnosc. & Ni cas. num. 2. l. a. num. 13. Come. num. 1. Holtoma, & Petrus Plateanus eodem numer. 1. Misinger. numer. 12. & Monticulus. num. 3. in §. præjudiciales insti. de actio.

10 Et est sciendum quod duabus modis principaliter considerantur actiones præjudiciales, uno modo absolute, & de per se; alio modo respectivæ ad alias actiones, & iudicis, & actiones absolute, & de per se præjudiciales, sunt prædictæ tres actiones quæ dantur circa statum hominis; quia vt dictum est, agitari de magno prædicto personarum, vt in dict. §. præjudiciales,

insti. de actio. vel quando agitur de patria potestate, vel obedientia monachi, vel vassalli, de quibus infra in hoc capit. & in præcedenti latius dicemus. Præjudiciales vero actiones respectivæ dicuntur, quando in iudicio deducitur aliqua actio priuilegiata, quæ facit cessare alias actiones quatuor modis; primo modo ratione contingentia, seu ratione principalis & accessorijs, vt in l. fundi, & in l. fundum. ff. de exceptio. Secundo modo ratione contrarietatis, vt in l. 1. C. de furt. l. èum qui l. contra maiores C. de inofficio. testam. Ter tio modo ratione maioritatis, & præheminentie, vt in l. fin. C. de ordine iudicii. & in l. per minorem. ff. de iudi. l. 1. vbi Dosto. C. quando civilis actio. præjudicet. crimi. vel in casu. l. fin. C. de peti. hæredi. & in l. si quis libertatem. ff. eodem tit. Quarto modo respectivæ, quando intentatur aliqua actio, que est præjudiciales de per se, sive per modum agendi, sive excipiendi, vt quando est querit status, pro vt in dictis actionibus præjudicialibus, de quibus in hoc capit. & in præcedenti tractatur sumus; nam vna intentata facit cessare aliam prius sive postea intentatam, sive est civilis, sive criminis. l. si de hereditate. l. cum status si res. C. de ordi. cogn. l. quoniā. Alexandrum. C. de adulterijs. l. 1. l. crimen. l. si status. C. eodem. tit. de ordi. cogni. & ita dictæ actiones præjudiciales absolute possunt dici præjudiciales respectivæ, quando aliz actiones intentantur, quas quiescere faciunt, quod declarat Bar. in l. fundū ff. de except. & in l. sive contra. §. 1. ff. de liber agnosc. & latius Marant. de ordin. iudi. 4. p. 20. dist. n. 1. cū alijs seq. & Ant. de Silius n. 5. & Misinger. n. 12. in d. §. præjudiciales insti. de actio.

His itaque præmissis, actio præjudiciales de partu agnoscendo, in qua

A 3

querit-

Liber secundus praxis ciuilis.

quæritur, an quis sit filius, vel non, datur parentibus aduersus filios, non exhibentes paternalia iura, & exaduerso liberis aduersus parentes non agnoscentes partum matris, nec filialia iura praestantes. l.1. §. Iulianus. ff. de liber agnosc. l. diffamari. C. de in genu & manumis. dict. §. præjudiciales, vbi Doctores.

EX 9. I.

S V M M A R I A .

- 1 Patria potestas est ius quoddam quod parentes in liberos habent.
- 2 Patria potestas quadam est de iure diuino & naturali, quadam de iure ciuili.
- 3 Filij ex hac patria potestate tres effectus consequuntur, scilicet prorogatio vita auctissima orationis, & consolatorius, & multiplicatio temporalium, & spiritualium rerum.
- 4 Patria potestas de iure ciuili qua sit.
- 5 Patria potestas secundum communem opinionem est de iure ciuili.
- 6 Patria potestas de iure ciuili multum differit de iure naturali.
- 7 Patria potestas ciuilis suis introducere in premium amoris erga filios.

6. PRIMVS D E P A : tria potestate, quam parentes in libe ros habent.

ET quia parentibus & liberis patribus potestatis & filiationis ratione datur hæc actio, vt dictū est, vt facilior, & perfectior eius reddatur intelligentia, oportet hoc in loco præcipua ipsius patriæ potestatis, ac filiationis iura interpretari, & in primis præmittere, quod patria potestas est ius quoddam, quod parentes in liberos habent. §. ius autem potestatis insti. de patria potest. l. nā & ciujum. l. item in potestate. ff. de his qui sunt sui, vel alieni iur, & licet

ibi dicatur solos ciues Romanos patrīa habere potestatē, dicta iura non excludūt alias nationes maxime, vbi pro ratione seruantur, quāuis non ob potestatē, vt aduerit Pinel. in 2. par. rub. de bon. mater. n. 9. & Clem. de patria potestate. cap. 2. n. 4. & ita nostri Hispani, qui Imperio Romano subditi non sunt, habēt patriā potestatē, & expresse iure regio eis concessa est per totum titulum 17. part. 4.

Et hæc patria potestas quædā est de iure diuino & naturali, quædā de iure ciuili; ea quæ est de iure diuino, & naturali, consistit in veneratione quæ à filijs parentibus virtuique sexus debetur in tribus: primo, in exhibitione reverētiæ, vt habetur Eccles. 7. Honora patrem tuum, & genitum maritum tua ne obliniscearis: Quod in multis consistit, vt Eccles. 3. secundo eis obediendo, vt habetur ad Collos. 3. Filij obediunt pribus vestris. Tertiō, in necessitate subuenienda, vt habetur l. ad Timoth. 5. Filij reddite vicem parentibus, & de iure naturali probatur in l. 2. ff. de insti. & iure. l. Imperator in fine. ff. ad Trebellia. l. 4. ff. de in ius voc. l. 1. cū tribus sequentibus, & toto tit. ff. de obsequijs alibet præster.

Ex huiusmodi tamen naturali patris potestate, honore, & reverentia erga parentes, tres effectus filii consequuntur; primus est prolongatio vite: vnde Eccles. 3. scribitur. Qui honorat patrem suum, viva viua longiore. Et cauetur Exod. 20. Deuteron. 5. Mat. thazi 15. Marci 7. & ad Ephes. 6. Honora patrem tuum, & matrem tuam, vs sis longius super terram. Secundus effectus est exauditio orationis, & consolationis in filijs, vt Eccles. 4. Qui honorat patrem suum, iocundabitur in filiis, & in die orationis sua exaudietur. Tertius effectus est multiplicatio temporalium, & spiritualium rerum, vt Ecclesiast. 3. Honora patrem tuum, & matrem tuam, & superuenienti ibi benedictio a Deo.

Alia

4 Alix patria potestas est de iure ciuili, quam parentes iure Romanorum vt dictum est, in liberos habet, de qua loquitur titulus de patria potestate, & de patrib. qui filios distrax. & per quas personas nobis acquirit. r. §. 1. cū aijs, & titulus 17. part. quarta, & ex hac ciuili potestate plures nascuntur effectus, quos infra late declarabimus; vnde patria potestas dicitur res in estimabilis, vt notat. Pinel. in l. 1. in t. part. num. 3. cum alijs sequentib. C. de bonis matern. licet, ad solum effectum acquisitionis communiter soleat attribui, vt in l. filius familias. §. secundum vulgarem ss. de legat. 1. & tener Hyppolit. Rini. alid. in §. hoc queque numer. 3. instit. per quas personas nobis acquiruntur.

5 Et quod hæc patria potestas sit de iure ciuili, tenet Bart. in l. frater à fratre numer. 12. ff. de conditio. in debiti, & in l. item in potestate. ff. de his qui sunt sui, vel alieni iur. Bello in §. 1. numer. 6. instit. de testament. Paul. Leon. in tractat. sub filii. pupil. numero. 23. Doct. in §. 1. instit. de patria potest. Et hanc testatur communè Pinel. in 2. par. rubr. C. de bonis maternis numer. 9. & Clemens de patria potest capit. 3. numer. 1. & 2. vbi ex hoc in seculis ad aliquas questiones. Cephal. consil. 467. numer. 71. & consil. 495. n. 7. lib. 5.

6 Hæc tamen patria potestas ciuilis multum differt à naturali, nam ciuilis tantum competit familiz, & patri, non matri, maternis, que parentibus, vt in §. 1. instit. de patria potestate: naturalis vero debetur pari, & matri. l. 2. C. de in ius voc. l. 1. cum tribus sequentibus. ff. de obsequiis aliber. præsta. Item hæc ciuilis præducit plures effectus, qui à iure naturali longe recedunt, sed naturalis tres supra relatios. Item ciuilis tolli potest per principem, naturalis vero non

§. sed naturalia instit. de iure naturali genti. & ciuili, facit text. in l. fin. C. de cens. libr. 12. & §. filius familiis insti. quibus modis ius patris potest. soluit. & notar Clem. de patria potest. capit. 3. numer. 3. & denique quantum interest inter ius naturæ, & familiz tantum interest inter reuerentiam naturalem, quæ parentibus debetur, & hanc ciuilem potestatem.

7. Et est hic notandum, quod hæc patria potestas ciuilis introducta tuit in præmium amoris parentum erga filios; nam nullus est tan grāndis amor, qui vincat paternum. l. fin. in princ. C. de curia. furiō. & magis propter filios, quam propter se parentes commouentur. l. isti quidem in fine. ff. de eo quod metus causa, vbi glos. in patrem plus dilige. e filium quam se ipsum l. nec in ea, ff. ad l. Julian. de adulter. & pater sollicitus est de filiorum salute. l. cum pater. §. mando ff. de legat. 2. l. prima, & tertia. titul. 20. part. 2. Item fuit introducta in utilitatem filiorum, vt notat Clem. de patria potest. capit. quartu. numero primo. Sed principaliter in fauorem patris potius quam in fauorem filiorum fuit introducta, vt tradit Tiraquell. in l. si unquam verb. donatione largitus numero 146. C. de reuoc. donation. & Pinell. in dicta secunda parte, rubric. & in l. prima. numero tertio. C. de bonis maternis. & Emanuel Acosta in capite si pater in prima part. num. 24. de testam.

Liber secundus praxis ciuilis,

EX §. II.

SUMMARIA.

- 1 Patria potestas constituitur pluribus modis.
- 2 Patria potestas non solum constituitur per legitimum matrimonium patris, sed etiam per legitimum matrimonium ipsius filii.
- 3 Patria potestas non solum constituitur per genituram, ex matrimonio vero, sed ex matrimonio putativo.
- 4 Patria potestas contrahitur, etiam si aliter de parentibus bona fide fuerit.
- 5 Volum: at: & propositum distinguunt maleficia.
- 6 Filius natus ex matrimonio, ut sine legitimi, que requirantur.
- 7 Matrimonium si fuerit contractum palam coram consanguineis, praesumitur in bona fide parentes fuisse.
- 8 Filius natus in figura matrimonij ad successionem patris feudi, & matronae vocatur.
- 9 Filius putatus an excludat subscriptum vocatum ex legitimo matrimonio.
- 10 An in filiis natis ex matrimonio Iudeorum pater habeat patriam potestatem.
- 11 Venientem est in patris potestate.
- 12 Hares grauatus alteri restituere hereditatem si deceperit sine liberis in sua potestate constitutis, & si deceparat uxore pregnante, locus est substitutioni.
- 13 Pater an posse venire suorem dare.
- 14 Legitimus an sit partus post votum continenciae, vel post introitum matris religionis.
- 15 Serui non habent filios in potestate.
- 16 Limitatur prima conclusio quantum pater impedimentum ignorauit.

DE PATRIA POTE-
STATE, quam pater habet in filios
per genituram ex legitimo matrimonio.
§. II

CONSTITUTIVR tamen haec patria potestas pluribus modis, & primo per genituram ex legitimo matrimonio. L. 3. cum sequent. ff. de his qui sunt sui, vel alieni iur. §. 1. & 2. iusti de patria potest, & per totum extra qui filii sint legitimi L. 4. tit. 17. part. 4. Et ad hoc ut matrimonium sit, legitimū ut ex patria potestas constituitur, requiritur, quod interueniat solemnitas cap. cum inhibitio de clandestin. despon. & Sacro sancti Concilij Trident. de reformatione matr. session. 24. c. 1. & 2.

2. Primo extende dictam conclusio- nem, ut non solum constituitur haec patria potestas per legitimum matrimonium patris, sed etiam per matrimonium legitimū ipsius filii, qui sub eius est potestate: nam nepotes ex filio, & deinceps sunt in aui potestate, licet ex suo legitimo matrimonio geniti non sint. L. 1. si maritus. C. de patria potest §. 1. vbi dicitur in isti codem tit. & ratio est, quia cum pater sit in potestate sui patris, alios in sua potestate habere non potest. I. sic enierit. ff. ad l. Iuliam de adult. Sed haec extensio de iure regio nullius utilitatis est, cum per matrimonium filius libetur a patria potestate, & nepos nascatur sub potestate patris, & non aui, per l. 47. Tauri quæ est l. 8. tit. 1. libr. 5. Recop.

Secundò extende, ut non solum consti-
tuatur haec patria potestas per ge-
nituram ex matrimonio ex matrimonio
putativo: nam filii nati
in figura matrimonij dicuntur legiti-
mi, & sub patria potestate constituti,
quia tale matrimonium putatum
reputatur legitimū propter ignoratiū
coniu-

De exercit.pract.actio.Cap.I.

5

coniugum qui impedimentū aliquod inter eos esse igno. abant.c.2. cap. ex tenore & qui filij sint legitimi.cap.1. de eo qui duxit in matrī. quā possum per adult. glos. in l. qui cont. a. verbo acer rimo. C. de incest. nupt. & in l. miles. §. penult. verb. n. pt. ff. de adult. Bart. in l. auunculo col. 2. de condicō sine cau'a. & in l. eum qui. vbi etiā Paul. Caſtrenſ. ff. de f. c. u. homi. Abb. & alij in d. c. 2. qui filij sint legitim. & in c. cum i. inhibitio notab. 2. de clandestin. desponſ. Iaf. confil. 156. col. 1. & conf. 269. num. 1. & 4. lib. 4. Deci. confil. 154. in princ. Cipra cōſil. 115. num. 6. cum ſequen. Ruyn. cōſil. 14. num. 10. lib. 3. & confil. 51. nume. 16. lib. 5. Curtius Iunior cōſil. 27. num. 6. & confi. 52. num. 1. & confil. 63. col. 2. Paris. conf. 10. num. 55. & 61. & confil. 15. num. 44. lib. 2. Paleſt. de Nothis. ſpurijſ que filijſ. c. 9. num. 3. Cſel. in l. t. Tauri. num. 10. Ioan. Lup. in rubric. de donatiō. inter vir & vxor. §. 36. num. 2. Ro deri. Suar. in l. tit. 6. lib. 3. fori. Ioan. a Rojas in epit. ſucceſſion. cap. 2. nu. 11. cum alijs infinitis. quos ſciens prä tereo. & probat. l. 1. tit. 13. & l. 2. titul. 15. part. 4.

4 Q̄x conclusio procedit, etiamſi ex parentibus alter tantum in bona fide fuerit d. cap. ex tenore, vt i. glos. fin. & Doctor. qui filij sint legiti. glos. & Doctor. in cap. cum inhibitio de clandest. desponſ. Doctor. proxi me citati. Duenas regul. 150. nume. 2. cum pluribus aliudctis per Anton. Cabriel in titul. de legiſimatio. con clusio 4. post 1 r. m. Ioan. Cephal. qui hanc ieflatur magis communem con fil. 647. num. 15. lib. 5. Quod etiam in tellige dato quod filij nati fuſſent ex adulterino matrimonio dats probabi li ignorāncia. vt rotat Abb. in c. reſente col. 2. cui filij sint legitimi. Ca pra. d. confil. 116. Paris. confil. 57. in prin. lib. 4. Hyppol. Rimi. cōſil. 222. n. 117. lib. 2. Aut. Eucchus iſtit. mii. lib. 5. tit. 11. n. 139. & alijs ex ſupra citatis.

Nam in hoc nō attēdit adulteriū vel vt non ex animo commiſſum propter bonam fidem coniunctorum, vel alterius tantum, quia voluntas & propositum diſtinguit maleſicia. L. qui in iure. ff. de furt. l. quod ſeipublice. ff. de iniurijs. cap. ſignificasti. el 2. de homic. Hinc eſt, quod committens de lictum ſine dolo non punitur vigore legis punientis delictum. l. t. §. præte rea. ff. de ſicar. Bald. in l. data opera. col. 2. de ſeruifugit. Paul. Caſtrenſ. in l. 1. C. vbi Senato Marſil. confil. 91. col. 2. & conf. 124. n. 11.

Demum ad hoc vt filij nati ex matrimoniō putatiō ſint legitimi, duo tequiruntur: primum, quod matrimoniū ſit ſolemniſter contrāctum ſecundum formam. c. cum inhibitio de clandestin. desponſa. & ſacro fanſti Concilij Trident. de reformat. mar. ſeſſione 24. c. 1. & 2. Secundum quod ad ſit bona fides ex parte contrahētium, vel alterius tantum, vt in d. c. 2. & in cap. ex tenore, qui filij ſint legitimi, & in d. cap. cum inhibitio, vbi glos. & Doctor. de clandestin. desponſ. & teuent Doctor. ſupra citati.

7 Et in dubio ſi motrimonium fuit contrāctum palam eoram confanguineis preſumitur contrahentes fuſſe in boni fide. l. fin. ff. de ritu nupt. l. si adulterium cum incestu. in princ. ff. ad l. Julian. de adult. l. non existimo. ff. de administratio. tut. l. pupillus. §. ſane. ff. de aut. tut. glos. in l. qui contra veſeo errore. C. de incest. nupt. Abb. in d. cap. cum inhibitio col. fin. de clā desſti. despon. Ruyn. cōſil. 51. num. 15 lib. 5. Cipra d. cōſil. 116. num. 8. Paris. confil. 13. num. 13. & confil. 15. num. 42 lib. 2. Socin. Iunior cōſil. 86. num. 57. cum alijs ſequent. lib. 2. Roland. con fil. 93. num. 29 lib. 3. quos ſequitur Cephal. conf. 647. n. 12. lib. 5.

Ex his primi infertur, quod filij nati in figura matrimoniij ad ſucceſſionem paris feudi & maioratus vocantur, cuſi ſint legitimi d. cap. 2. c. ex

A 5 tenore

Liber secundus praxis ciuilis.

tenore qui filij sint legitimi, vbi Do-
ct. in ca. 1 de eo qui duxit in matrem.
Bald. in cap. t. 6. naturales numeri. 11. si
defendo fuerit cōtrouer. inter domi.
& ognat. Curt. consil. 27. n. 6. & cōf.
52. num. 2. Caprā d. consil. 116. nume. 8.
Zāsi. in tract. de feudo. p. 8. n. 88. & te-
nent alij suprā citati.

9 Infertur secundū, quod excludūt
substitutūm vocatum in de cōstum fi-
lios sūc rātorum ex legítimo matri-
monio, ex eo, quia lex eos habet pro
natis ex matrimonio, a qua lege ver-
ba testatoris sumunt interpretationē,
vt notant Decius consil. 153. Ripares
ponso 217. Socin. Iunior. consil. 39. n.
18. & 34. cum sequent. & consil. 61. n.
21. lib. 3. Couarru. in epit. de spons. 2.
part. cap. 8. §. 1. num. 3. Ioann. Cephal.
consil. 541. num. 24. lib. 4. Hyppolit.
Rimini. cōsil. 222. num. 5. lib. 2. Franc.
Mantica de coniect. vitium. volunt.
lib. II. tit. 8. num. 24. qui in num. 24.
post Deci. in d. consil. 153. limitat, nisi
dictum sit *Si dececerit sine filijs ex ve-
re matrimonio procreas. is.* Nam tunc
cum filius. procreatus ex matrimo-
nio putatio non sit procreatus ex ve-
re matrimonio, non excludit substi-
tutum.

10 Tertio extende dictati primā con-
clusionem, vt procedat etiam in filijs
natis ex matrimonio Iudiciorum, in
quibus pater habet patriam potestā-
tem, secundum Abb. in c. 2. de conner-
sio. infidelium, Alexand. in l. multum
in fine. ff. de verb. oblig. & in consil. 99.
n. 6. vol. 6. Soc. cōf. 62. col. 2. Afflīct.
Dec. ibi n. 1. Parīs. consil. 2. n. 4. lib. 4.
Natt. cōf. 434. n. 6. lib. 2. Porti. cōf. 4.
n. 34. Gabr. comūn. opin. lib. 2. verb.
Iudic. opin. 151. Burſ. cōf. 521. nu. 5.
lib. 1. & consil. 152. n. 70. lib. 2

11 Limita primā dictā conclusionem,
vt non procedat in filijs nascituris, li-
cet sint geniti: nā vēter non est in pa-
tris potestate. l. fin. C. de collat. bono.
l. fin. C. de assign. §. cum autem insti.
de tutel. nota. Bald. in l. si filius. §. 1.

in fine. ff. de libē. & Posthu. Nouell.
ad Dueñam. reg. 23. amplia. 2. Ioan.
Cephal. consil. 649. n. 27. lib. 1. Guid.
Pacīrol. cōf. 59. n. 5. filius autē ante na-
tūritate non dicatur filius, Deci. in c.
consuluit el t. n. 3. de appellat.

12 Hinc est, quod hēres grāvatus alte-
ri restituere hēreditatē, si dececerit
sine liberis in sua potestate cōstitutis
si decedat relista vxore prēgnāte, lo-
cūs est substitutioni, vt tradit Andr.
Tiraquell. in tract. de vitro; retract.
§. 1. glof. 9. n. 78. quem refert & sequi-
tur Clem. de patria potestate esse cū
14. num. 11.

13 Hinc etiam est, quod pater non po-
terit ventri tutore dare, cūm non sit
in eius potestate. l. si nemo tutorum.
6. fin. ff. de testam. tut. l. venter. ff. de
tutel. & curat. dat. ab his. l. 1. §. si quis
quasi iūcta glof. ff. de eo qui pro tut.
glo. in rub. ff. deruet. Sedcurator dari
potest ventri. l. 1. §. tandiū. ff. de vēter
in posse. mitr. Areti. in §. cūatuē insti.
de tutel. dicam latius infra in §. 21. in
2. extensio, vbi fauore posthumorū
habetur, quod pater potest testamen-
to tutores dare, vt singantur officio
posthumis iam natis.

Secundū limita, vt non procedat
dicta prima conclusio in filijs natis
post votum continētē: nam si con-
iuges fecerint votum continentiae, &
postea se carnaliter comisceant, pro-
les in de genita non est legitima, quia
non secundum legem sunt coniuncti,
cum amplius non sit matrimonii
quoad exercitum carnis, vt notat
glos. in cap. ministri 81. distin. tenet
Innocent. in cap. dudum de conuer-
sio. coniugat. Abb. in ca. charitissim.
num. 7. vbi additio eodem tit. Roma.
sing. 520. incip. dic. quod filij, &
sing. 521. in capite maritus, & vxor
Hosti in summa de filijs Presbyt. §.
quis possit, versiculo quod si Sa-
cerdos.

Et idem erit, & a fortiori si vxor
vomit continentiam marito intrante
rei-

De exercit.pract.a&tio.Cap.I.

6

religionem, vel promoto ad Sacros ordines: nam si de novo coniugantur, sibiles non est legitima, Abb. in d. capit. charissimus num. 7. de conuersio contingat.

15 Tertiò limita, vt non procedat in filiis natis ex matrimonio seruorum: nā licet serui possint contrahere matrimonium, vt per titulum de coniugio seruorum non habent filios in potestate, cum ipsi sub aliena sint potestate. Nam qui in aliena potestate est alios in sua potestate habere non potest. l. sic eueniet. ff. ad l. Iulian. de adult. item quia cum patria potestas sit de iure ciuili, vt in praecedenti. §. diximus serui non habent ea que sunt iuri ciuilis. l. quod attinet. ff. de regulis juris cum alijs.

16 Quarto etiam limitari potest dicta prima conclusio, vt procedat quando pater impedimentum ignorauit, secus tamen si impedimenti notitiam, vel in aliam fidem habuit, quia tunc licet filij sint sub patris potestate quantum ad suum commodum, non vero quantum ad commodum ipsius patris, cui filij non acquirent, ea ratione quia nemini sua fraus, aut dolus patrocinari, aut prodesse debet. Lira demum. ff. de arbitris. l. verum. §. tempus. ff. pro situ c. ad nostram de empio. & venditio. in cuius confirmationem facit, quod tradit Barr. post Cyn. in l. auunculo. ff. de conditio. sine causa dicens, quod pater propter malam fidem & contempnum matrimonij repellitur à successione filij, quem sequitur Tello Fern. in l. 6. Tauri num. 7. cum duob. sequit. Et quamvis hæc opinio Bart. & Tell. Ferdinand. dubia sit, quantum ad legi timitatem & successiōnem, quantum ad partiam potestatem videretur dicta limitatio sine dubio, ex text. in authent. incestas. C. de incest. nupt. vbi si pater contrahit incestas nuprias amittit patrem potestatem, quam in filios habet, & si amitterit acquisitam à fortiori acquirendam, & clarius probatur, ex l. 6. tit. 18. part. 4. ibi. Quando alius

home que ha hijos de su mujer, e se le muere, e despues que es mueria, en la casa con alguna si parienta faltas el quarto grado a sabiendas, con quien no podria casar de derecho, faze al padre que asi en la, perder el poder q tiene sobre sus hijos: e salen por qde los hijos de poder de su pad. Ecce quomodo pater legitimus amittit patriam potestatem, quam in liberos ex legitimo, & vero matrimonio habet, quando contraxit postea cum mala fide, matrimonium de iure renobatum: ergo eodem modo & à fortiori, non acquiret patriam potestatem ex ipso matrimonio reprobato.

EX §. III.

S V M M A R I A.

- 1 Patria potestas constituitur per legitimatum filij naturalis.
- 2 Fauor subsequui matrimonij est status, ut omnis macula matrimonij tollat.
- 3 Legitimitas per subsequens matrimonium est prestantior alijs.
- 4 Legitimitas per subsequens matrimonium qua habent præmilia.
- 5 Filius natus ex subsequenti matrimonio nihil differt ab alijs natis a principio ex legitimo matrimonio.
- 6 Filius per subsequens matrimonium legitimus potest promovere ad Episcopatum, & alijs dignitates.
- 7 Primogenitus natus per subsequens matrimonium excludit secundum genitum natum ex legitimo matrimonio.
- 8 Primus genitus. an secundum genitum ex legitimo matrimonio excludat, secundum communem opinionem.
- 9 Legitimitas per subsequens matrimonium non trahit ut retro ad tempus non existatis in preindictum tertij.
- 10 Legitimitas autem trahatur retro in præiudicium tertij, qui tantum habet ius inspe contra Contra. & alios.
- 11 Tertius quando habet ius incommutable in spe, quod auserris non potest

1832

Liber secundus praxis cjuills.

1. *tunc in eius praeditio, non trahi-
tur retro legitimatio.*
2. *Ius quod primogenito adquiritur, &
cet ducatur de futuro; habet tamen
causam subfistentem de presenti.*
3. *Possessor maioratus, vel heres gra-
uatus si nollet satisdare, poserit pe-
tens successor se miseri in possessionem
bonorum.*
4. *Successor maioratus potest in vita
possessoris impeditre & retinere alie-
natum rerum maioratus que ex-
prosperitate prohibita sunt alienari.*
5. *Filius legitimatus per subsequens
matrimonium excludit subsequendum
vocatum, si institutus deceperit.*
6. *Filius legitimatus per subsequens ma-
trimonium excludit etiam subsequen-
tum vocatum, si institutus deceperit
sine filio legitimis & naturalibus.*
7. *Filius legitimatus per subsequens ma-
trimonium proprius. & vere dicuntur
legitimi & naturali etiam in ma-
teria & dispositione, que stricta tan-
tum interpretationem receperit.*
8. *Filius legitimatus per subsequens
matrimonium excludit etiam sub-
sequendum per verba, si deceperit sine
filio legitimis natis.*
9. *Filius legitimatus per subsequens
matrimonium, & filius legitimus à
principiis natus, pari passu ambu-
lant.*
10. *Lex presumit contrahentes mar-
rimonium eundem animam ab initio
habuisse.*
11. *Fauore subsequenti matrimonij one
nis macula censorum extincta.*
12. *Legitimatus per subsequens marri-
monium, quondam omnes iuris effectus
censorum legitimus.*
13. *Appellatio filiorum legitimis, &
de legitimis matrimonio natorum
venient etiam filii legitimati per
subsequens matrimonium.*
14. *Filius legitimatus per subsequens
matrimonium succedit in feudo, qui
ut haec successio sit exercite inter-
pretanda.*
25. *Filius legitimatus per subsequens
matrimonium admittitur ad emphy-
teusim Ecclesiasticam.*
26. *Legitimi per subsequens matrimo-
nium succedit in maioratu, in quo
sunt vacati nisi ex legitimo matrimo-
nio iure primogenitura.*
27. *Intellectus ad cap. cum inveniuntur de
electione.*
28. *Stante statuto quod statutis mas-
lit filii natis ex legissimo marismo
natio feminina non succedans filii legiti-
matus per subsequens matrimonium
excludunt feminas.*
29. *Artus communis, & recepta ista
opinio.*
30. *In legitimatione per subsequens ma-
trimonium duo tempora sunt conside-
randa. & traditur per autorem ve-
rum intellectus ad cap. sama, qui filii
sunt legitimati.*
31. *Conditio voluntaria debet adimple-
ris in forma specifica, non autem per
equipollens.*
32. *Dicitur ex proprio significat causam
immediationis.*
33. *Qualitas que requiritur certo sepo-
re non sufficit si postea inveniuntur.*
34. *Verba ne sint superflua, debet decla-
rari ut aliquid operentur.*
35. *In dispositione hominis non fit exten-
sio de casu vero ad easum fictionem.*
36. *Causa debet procedere causam
suum, secundum ordinem natura.*
37. *Intellectus ad l. in p. C. de natura
libit libertis.*
38. *Voluntas testatoris colligitur ex ver-
bis substitutionis.*
39. *Nulla est potentia per viam veri-
tatis ad praeferendum statum matrem
suum, secundum ordinem natura.*
40. *Verba testatoris sunt, vere & pro-
prie intelligenda.*
41. *Animus legitimationis per subse-
quens matrimonium licet trahatur
retro ad tempus nativitatis, non tra-
hitur retro quondam interpretationem
voluntatis testatoris, qui persubse-
quens matrimonium censorum omnis
gazze-*

- maculata, sublata & extincta.
- 42 Voluntas testatoris attendatur in his quae defineruntur ex eius dispositio nes.
- 43 Legitimus per subsequens matrimonium quando excludat feminas in dispositione testatoris.
- 44 Verba legis recipiunt etiam con gruum interpretationem ex alia lege.
- 45 Exclusa radice, censemur exclusi omnes, qui geminatur ab ea.
- 46 Testator quando facit mentionem de filiis verbis geminatis, non filius natus per subsequens matrimonium non excludit subscriptum.
- 47 Concluera quando presumatur ex considerare natos ex in licet copula.
- 48 Matrimonium si fuerit contractum in ericulo mortis cum vili persona an filii legimusur, ut substitutum excludant.
- 49 Testator si sciebat filium suum, quem habeat in se filium naturali m habere, quem per subsequens matrimonium legitimare poserat, non videatur de hoc cogitasse, & ut eum excluderet dixit testator si decesserit, sine filiis legitime natis, vel ex legi nominari: nio procerentis.
- 50 Invelellus ad cap. cum inhibito de clando dispensatio
- 51 Filii legitimantur per subsequens matrimonium samesi matrimonio nisi aliquo impedimento non tenet, secus.
- 52 Filii legitimatus per subsequens matrimonium non excludit subscriptum, si natus ante matrimonium sit, secus si conceptus antea, & natus post matrimonium contractum.
- 53 In legitimatione per subsequens matrimonium in quibus casibus, non milititer est tanta qui filii sit legitimis.
- 54 Filii iam definiti ante subsequens matrimonium non legitimantur per subsequens matrimonium.
- 55 Filii industrio promovendi sunt legimi, ut suu sedere possint.

56 Filii vulgo conceptione legitimantur per subsequens matrimonium propter in certitudinem.

57 Filii vulgo concepit non legitimantur per subsequens matrimonium, si per accessionem parentum filius redatur certus, & anquod praesudicitur aliorum.

D E P A T R I A P O- testate quam pater habet in filios na- turales per legitimationem ex subse- quenti matrimonio. §.III:

SECUNDO Modo confli-
tuit patria potestas per legi-
timationem filij naturalis ex
subsequenti matrimonio: nam si quis
habeat filium ex ea, cum qua libere
contrahere poterat matrimonium, te-
pore conceptionis, vel nativitatis, ma-
trimonio postea subsecuto filius effi-
citur legitimus, & sub intra patris po-
testatem. I. cum quis. C. de naturalib.
liber. authent. licet eod. tit. 6. si aduer-
sus, & §. fin. insti. de nupt. §. in testato-
rum insti. de heredit. quæ ab in test.
derunt. c. tanta qui filij sint legitimi,
vbi Doct. c. i. eodem tit. I. tit. 1:
part. 4.

Et ratio est, quia lex presumit co-
trahentes matrimonium eundem an-
num, & affectum ab initio matrimo-
nij contrahendi habuisse, ut scripse-
runt Docto. in d.c.tanta, qui filij sint
legitim. Socinc. in l. Gallus, §. si eius
num. 4. ff. de liber. & posthu. Alciat.
lib. 3. de verbor. signifie. numer. 13. &
respons. 501. col. 1. Dueñas regul. 350.
ampliat. 3. Cacherz in decis. Pedem.
decis. 154. numer. 4. Hieron. Gabriel.
consil. 2. 1. num. 39. Cephal. consil. 543.
num. 13 lib. 4. Menochi. consil. 225. n.
8. lib. 3. est enim tantus sub securi ma-
trimoniij favor, ut omnis macula om-
nino sublata, atque extincta etiam
ab ipso initio conceptionis censeatur.
censeatur d.c.tanta vbi glo. 1. & dist.
qui filij sint legitimis.

Liber secundus praxis ciuiliſ.

3 Ex quo legitimatio hæc est præſta-
tio poterior, & efficacior ceteris c. i.
c. eū in cunctis c. inotuit de electio-
ne Afflīct. c. i. §. naturalis num. 6. si de
fendo fucit controuer. Parisius cōſil.
13. num. 40. lib. 2. Goradin. cōſil. 25.
n. 2. Socin. Iunio. cōſil. 63. n. 53. lib.
3. Tiraquell. de primogenit. quæſt. 34
n. 53. & in l. ſi vñquam, verbo dona-
tione largitus num. 304. de renoꝝ. do-
natio. Cacher. in decision. Pedemon.
decis. 154. numer. 12. Zucard. in l. hæ-
redis mei. §. cum ita numer. 755. ff. ad
Trebell. Pero Gabriel. d. cōſil. 21.
num. 3. & et Cephal. cōſil. 111. num.
2. & cōſil. 186. num. 27. Bursat. cōſil.
18. n. 8. lib. 1. Menochi cōſil. 227
num. 32. lib. 3.

4 Quid procedit, & extende primò
etiamſi mulier non ſit in domo retē-
ti, vel in ſchemite concubine. Secun-
do etiamſi non interueniant instru-
menta donalia. Tertiò, quamuis pater
effet clericus beneficiatus, vel mona-
chus intra annum professionis. Quarto,
quamuis coniuges non ſint pares,
& matrimonium cum vilissima, &
eturpi persona ſit contrahitum. Quinto,
etiamſi contrahitum ſit matrimonium
cum incepta ſimili, & contrahē-
tes amplius generare nō poſſint prop-
ter artitem, vel infirmitatem. Sexto,
etiamſi contrahitum ſit matrimonium
in articulo mortis. Septimo, etiamſi
pater proteſteatur per tale matrimonium
nolle filios legitimari, vel ipſi
filij contradicat legitimatio. Octauo,
etiamſi matrimonium ſubsequens
ſit putativum. Nono, quamuis inter-
medium alium matrimonium fuerit
cum altero ex coniugib⁹ contrahitum.
Decimo, vi ſufficiat, quod matrimonium
poſſet contrahi tempore concepcionis,
vel tempore nativitatis. Vnde
decimò, vt non ſolum legitimatur
filij quoad patrem, & matrem, verū
etia ocoad alijs agnatos & cognatos.
Duo decimo, quod lep̄ imetur quoad
omnes juris effectus. Quas extenſio-

nestradunt Doctores in d. c. tāta qui
filii ſint legitimi, & in c. cum incun-
ditis de elec̄tio. Couar. in epit. de ſpōſ.
2. part. c. 8. §. 2. Petrus Dueñas in d.
regula. 350. & Anton. Cucchus. lib. 5.
inſtit. maior. tit. 11. num. 129. cum alijs
ſequent. Ceteros ſcens prætero,
quia diſt̄ extenſiones ſtrictæ ſunt.

5 Tandem filius legitimatus per ſub-
sequens matrimonium nihil penitus
videtur diſſerre à natis à principio ex-
legitimo matrimonio, vt proxime ci-
tati Doctores notant, & Ripa in l. ex-
facto. §. ſi quis rogaris num. 47. ff. ad
Trebellia. Parifi. cōſil. 13. num. 33. lib.
2. Soci. cōſil. 63. n. 26. Decius cōſil. 259.
num. 5. qui hanc teſtatur communem
dicit etiam communem Couarru. in
d. §. 2. num. 26. & 30. Bursat. cōſil. 85.
n. 15. lib. 1. qui alios allegat, Gerard.
Mazzoli. cōſil. 119. n. 21.

6 Ex his primo infertur, quod filius
per ſubsequens matrimonium legiti-
matus poeſt ad Episcopatum, & ad
alias dignitates promoueri. Secundo,
quod iure proximitatis ad retraſum
admittitur. Tertiò, quod reuocat do-
nationem ex conſtitutione. L. ſi vñquam
C. de reuoc. donatio. Quartò, quod
per talem legitimationem conſtitutur
in patria poeſtate, vt in prin-
cipio huius. §. dixi. Quinto, quod nec
præteriri, nec ex hæredari ſine cauſa
poteſt, & habet contra teſtamentum
remedia, quæ cempet filiis natis ex
legitimo matrimonio. Sexto, quod
ſuccedit in feudo, & emp̄yteſi Ec-
clesiſtica, & in maioratu iure primo
geniture, vt tradunt Doctores ſuſra
commemorati, & alij plures ipſi alle-
gant, præcipue Tiraquell. de primogenit.
quæſt. 34. & de nobilitat. c. 15.
& in l. ſi vñquam, verbo ſuſcepere lib-
eros. num. 7. cum plurib⁹ ſequent. vbi
etiam Ripa. quæſt. 32. n. mer. 86. cum
alijs ſequent. C. de reuocan. donatio.
Couar. ind. §. 2. & Dueñas d. reg. 350.
Ludouic. Molin. de Hisp. primogen.
lib. 2. c. 11. n. 23. & lib. 3. c. 1. n. 10.

Ex

7. **S**éptimo insertur quod primogenitus legitimatus per subsequens matrimoniū excludit secundogenitū nam ex legitimo matrimonio ante legitimationem primogeniti ex sequenti matrimonio, quia auore filiorū talis legitimatio trahitur retro ad tempus nativitatis, vel conceptionis, ut fingatur filius in matrimonio esse natus; & omni iure iustus & legitimus, suusque hæres, d.c.tanta vbi docto. Lz cum seq. ff. de his qui sunt sui, vel alieni iuris, Bal. in l. quā in provincia 6. Diuus Marcus in princ. ff. de rit. numeris. Ies. in l. generaliter. §. cum autē no. 9. & 10. C. de insti. & subst. sub cōdicio. fact. Andre. de Iser. & Marti. Laud. in c. 1. § & naturales, si de feud. fuerit contro. & in proposita specie Riga in l. ex facto. §. si quis Rogatus num. 47 ff. ad Trebellia. Fortu. Gar. in l. Gallus. §. idem credendum, num. 28. & ibi Rube. Alex. & in §. quidam recte, num. 162. ff. deliber. & posthū. Codicilla. in d. c. 8. §. 2. num. 28. qui alios refert, Mencha. de succelsio. prōgress. lib. 1. § 2. num. 89. Aymo. in conuers. Alber. titu. 12. art. 51. num. 17. Ioh. & Rojus in epitome succelsio c. 11. num. 16. in fine, Celsus Hugo. cons. 11. num. 5. & conf. 29. num. 2. Burfat. qui hanc testatur communem opini. conf. 18. num. 14. lib. 1.

8. **C**ontrariam tamen opinionem tenent Ioh. Andre. in regula sine culpa, vbi etiam Philipp. Franc. num. 5. de reg. in 6. idem Ioh. Andre. Henric. Anto. de Butrio. Ancharras. & Cardi. in d.c.tanta qui filii sint legitimi, Tan cred. q. 9. Brxiē. q. 55. Alex. nu. 19. Ies. num. 89. Galiaula. num. 86. in d. f. Gallus. §. & quid si tantum ff. de liber. & posthū. Alberic. in l. cum quis. C. de naturalib. liber. Nicolaus de Vbald. in tract. de succelsio. ab intest. fol. 6. Marti. Laud. de primogenit. col. 8. Anton. de Rosell. de legitim. libr. 1. de causa finali, seu effectu legitimationis numeris. 7. cum pluribus sequent. Iohanni.

Lecier de primogenit. lib. 1. q. 14. num. 20. Tiraquell. de primo genit. q. 34. num. 3. & 43. & in l. si vñquam, verbos suscepit liberos, nū. 74. C. de revoc. donatio. Moder. Call. in consuet. Parisi. tiru. 1. §. 8. glo. 1. q. 7. nū. 35. Soci. Innior. conf. 52. aum. 7. lib. 1. Alciat. lib. 3. paradoxorū. C. 13. Siluest. Aldrobrand. in 6. fin. nū. 14. insti. denupt. & hanc opinionem dicit communem Cifuent. in l. 40. Taūri. in prin. & Castell. in l. 12. Tauri nū. 26. & ibi Ioh. Lup. nū. 28. hanc etiam testatur communē Couzru. licet eam non sequatur in d. c. 8. §. 2. num. 28. eam etiam tenet & sequitur Laudou. de Molina, qui predictos doctores refert de Hispanorum primogenit. lib. 3. c. 1. nū. 7. dictis communē, verā, & proculdubio reuendā in iudicado & cōsulēdo. Eandē etiā opinio nūlta citatos doctores tenet. Abb in 2. licet vniuersis col. 2. de voto idem Alexand. conf. 5. num. 9. vol. 7. & cōf. 25. volum. 1. & in additio. ad Bal. in L. quoties. C. de rei vindic. vbi etiā Iaf. post alios, num. 40. Curti. Seniot cōf. 73. nu. 29. Boer. deci. 159. Ruin. conf. 92. nu. 13. lib. 3. Anto. Cabitel. lib. 6. de legit. cōcl. 1. n. 62. Ant. Nat. cōf. 62. 4. n. 24. Petr. Peralt. in r̄b. de hereditib. insti. nu. 122. Roland. à Valle cōf. 100. nu. 40. lib. 2. Iban. Cephal. conf. 364. nu. 27. lib. 3. Menochi. conf. 16. nu. 14. & conf. 97. num. 114. lib. 1. Roderi. de Aluarado de conie & u. mente defuncti lib. 2. c. 3. §. 2. num. 11.

9. **Q**uorum opinio verissima est, nam vbi agitur de præjudicio tertii, legitimatio per subsequens matrimonium non trahitur reiro ad tempus nativitatis secundum glos. cōmunitate recepta in d.c.tanta, tenent Bar. & alij in d. f. Gallus. §. & quid si tantum ff. de liber. & posthū. late Alexand. d. conf. 5. n. 10. vol. 7. Porci. cōf. 106. nu. 75. Nat. cōf. 62. nu. 11. Ceph. cōf. 285. n. 20. & cōf. 364. nu. 48. Rol. d. cōf. 100. n. 41. Hippol. Rim. conf. 46. nu. 66. libr. 1.

Nec

8 . . . Libri secundus praxis ciuilis.

- 10 Nec obitum quod dicunt Couarru.
& alii, qui contraria opinionem se-
quuntur, quod legitimatio retrotrahi-
tur in prædictum testij, qui tantum
habet ius in spe: nam illud est intelli-
gendum in spe in probabili, & iure
simpliciter de futuro pendente ex
voluntate viuentis, quod auferri po-
test, secundum Bart. in l. qui Romx.
6. duo traues q. 6. ff. de verbis oblig.
Roland. a Valie d. confil. 100. numer.
46. lib. 2.
- 11 Sed quando tertius haber ius inco-
mutabile in spe probabili, quod au-
ferri non potest, vt in hoc casu tunc
in eius prædictum legitimatio non
habitetur reto, secundum Doctores
proxime citatos: quod pater, nam fi-
lius primo genitus in initio suæ natu-
ritatis acquirit ius primo genituræ,
& spe certam, atque incommutabili-
lem ad maioratus successionem, quæ
ei auferri non potest, licet tale ius in
vita parentis suspensum sit, vt decla-
rat Bellarmera decis. 717. numer. 6. &
decis. 723. numer. 16. cum seq. & moder.
Parisicosis in consuet. Parisi tit. 1. 6.
8. glof. 3. numer. 5. quos sequitur Ludou.
Molina de Hispanorum primogenijs
lib. 3. c. 6. n. 36. cum seq.
- 12 Et licet ius quod primo genito ac-
quiritur, dicatur de futuro, habet ta-
men causam substantiem de præsen-
ti, immo fundata de præterito ex co-
nsidérabili, & formatum de iure iuxta
doctrinam, Bart. in l. is potest num. 17.
ff. de acquirenda heredit. quem ibi
exteri Doct. sequuntur Alex. confil.
67. vol. 1. Deci. confil. 425. col. 2. Rim.
confil. 92. numer. 16. lib. 3. Socin. Iunior
confil. 12. col. 2. lib. 4. Hyppol. Rim.
confil. 46. n. 70. lib. 1. Hinc est, quod
ius ad secundum inuestitora fundatū
dicitur in iure considerabile, quia fo-
lii voluntate vassalli inferri non po-
test, vt tenet Bart. confil. 38. col. 2. &
Bestrand. confil. 112. numer. 26. vol. 2.
Rim. confil. 36. numer. 15. lib. 3. Soc. Jun.
- 13 d. confil. 12. vol. 4. Hippolyt. Rim. d.
cop. 46. num. 72. lib. 1
- 14 Hinc est etiam, quod primogeni-
tus, vel alijs successor, qui obtinet
primum locum in successione maio-
ratus, vel fidei commissarius, cù hæres
grauatus tenetur post mortem vel
in diem hereditatem vel aliquā rem
restituere potest petere apostolice
majoratus, vel ab herede grauato fa-
tisditionem; & possessor majoratus
vel hæres grauatus, si nolit sapientare,
posterior sequens successor petere se-
mitti in possessionem honorū maio-
ratus, vel fidei commissarii, donec fati-
sitionem presteret. I. peto. & fratre, vbi
docto. ff. de leg. 2. 1. cum pater y. liber-
tis in fine ff. eod titu. l. 1 & 2. ff. vt le-
gatorum seu fidei com. nomine ca-
veat. L. cum Archimedoram. C. vt in
possessio legat. L. inter omnes, vbi co-
muniter docto. ff. qui sapient. cogant.
Bar. quem ibi sequitur docto. in d. l.
is potest col. 3. ff. de acquirendis heredit.
deci. confil. 425. col. 2. Ruy. d. confil. 92.
numer. 16. lib. 3. Curti. Iunior confil. 64.
col. penul. Ioan. Lup. in rept. c. pervel-
tas de donatio. inter. vir. & vxor. 6.
44. numer. 5. Ludouic. de Molina de
Hispanorum primogenijs lib. 1. c. 15.
numer. 2. cum alijs seq. & numer. 17. Ro-
land. A. Valle confil. 100. numer. 46. lib.
2. Ioan. Cephal. confil. 85. & iii.
- Hinc est etiam, quod successor ma-
ioratus potest in vita possessoris
impedire, & reuocare alienationem
recum maioratus, quæ ex preesse prohi-
bita sunt alienari d. l. cum pater. & li-
bertis. ff. de leg. 2. docto. communi-
ter in l. Alijs familiis. & divi. ff. de
leg. 1. & tenent alijs plures, quos re-
fert & sequitur Ludouic. de Molina
d. lib. 1. c. 16. numer. 1. cum alijs seq. &
numer. 33. vbi, & in numer. 18. & 19. post
alios extendit hoc in causa prohibitio-
ne, si magna sit possessoris lapidatio,
per. Imperator. ff. ad Trebellia. secus
si non sit magna, & tacita sit prohibi-
tio, quia tunc ex peccanda est mora-

per inde censendus est, ac si legitimus conceperit fuisse. l. quia in prouincia. §. fin. ff. de rit. nupt. l. liberos. C. de iure de liber. authen. quib. mod. natural. effici. sui. §. adoptionis, & §. tribus coll. 7. vbi Bar. n. 3. idem Bar. in l. 2. nu. 10. ff. de vulg. Bal. in l. imperialis. num. 3. C. de nupt. Soci. in rub. ff. de liber. & posthu. num. 14. Iaf. in l. si is qui proemptore num. 227. ff. de vscupacio. vbi hanc restatur communem opinionem Deci. conf. 207. nu. 6. Curia. Iunior. conf. 64. num. 12. & 27. & conf. 153. num. 16. Couarru. in epito de sponf. 2. par. c. 8. §. 8. num. 3. qui hanc etiam dicit communem Iost. à Roxas qui plures citas inepit. successio. c. 22. num. 106. Ludouic. de Molina de Hispanorum primo genituis lib. 3. e. 3. num. 1. Roland. à Valle. conf. 85. num. 12. & 14. lib. 3. Hippolyt. Rim. conf. 64. num. 3. & 4. lib. 1.

2 Et adeo principis legitimatio operatur quod ex natura eius trahit retro. ad tempus nativitatis, & medio tempore legitimatus habetur ut legitimus, tanquam si ab initio semper fuisse legitimatus. d. l. qui in prouincia in fine. si. derit. nupt. l. fin. ff. de natura lib. rest. c. 2. de clandestini desponsatione Bar. l. 1. num. 10. ff. de vulg. idem Bar. Iaf. & Crot. in l. Gallus. 76. & quid si tantum ff. de liber. & posthu. Bal. in Louper. C. de natura lib. lib. Antist. Roselli. in tract. de legitimatio. tiba. de legitimatio. effec. Et. p. 201. Iaf. in l. Roxas. d. c. 23. num. 102. Antol. Natura. conf. 304. num. 18. & conf. 62. 41. mutu. §. cum seq. lib. 3. Hippolyt. Rim. d. conf. 4. 6. num. 5. cum seq. lib. 1. l. i. 20. num. 1. l. **3** Vnde legitimatus dicitur proprie & vere legitimatus. ve notare Bern. in l. k. filii qui pro empatore num. 307. ff. de vscupacio. Bern. in c. per venientib. filii qui filii sive legitimi. Aret. in l. Collus. 6. si eius. ff. de liber. & posthu. & int. liberta. VIII. Corin. C. de collat. Mart. Laud. in dea quistione in cip. 32. §.

Augerius ep. 19. Alex. conf. 4. num. 10. lib. 1. Iaf. in l. cum filio familias. col. vlti. ff. de leg. 1. & in l. cum acutissimi col. 2. C. de fidei coti. & in conf. 2. num. 3. lib. 1. & conf. 68. num. 9. lib. 2. Ruin. conf. 82. num. 3. & conf. 86. num. 3. lib. 3. Soci. Senior. conf. 65. num. 9. & conf. 68. num. 21. lib. 3. Crot. in l. Gallus. §. & quid si tantum num. 168. ff. de liber. & posthu. & in l. si is qui proemptore. num. 92. ff. de vscupacio. Brun. in tract. quod stantib. mascul. f. m. non succed. art. 12. q. 4. col. vlti. Parisi. conf. 5. num. 13. lib. 2. Fabius Acorambonus in repetitione. l. qui se patris aum. 149. C. vnde libri. Soci. Junior. conf. 142. col. penul. lib. 1. Bero. conf. 13. num. 5. & conf. 14. num. 2. & conf. 172. num. 34. & conf. 174. num. 10. lib. 2. Curt. Iun. c. 155. col. 3. Alciat. resp. 307. num. 2. Rol. 5d. plures referes conf. 83. num. 12. & 13. lib. 3.

4 Quid intellige, quando legitimatio. impedimentum proueniebat a iure ciuili, vel in studio. C. de interdicto matrim. nam tunc si concedens legitimacionem habet potestatem corrigendi iuris inducentia illegitimatem, & legitimam cum potestate absoluta, & cum clausulis non obstantibus, & de plenitudine potestatis, cum possit tollere dicta iura, legitimatus est, & dicitur vere legitimatus; & in mallo diffier. a legi lmit. non. h. sc. sed vere; & ita loquuntur, Bastol. & alij ind. suis, qui pro empatore, ff. de vscupacio. Soci. in conf. 65. num. 23. Beccicconf. 299. num. 5. & G. rard. Mat. oll. conf. 117. num. 2. l. qui hanc restitue communem, & post alios declarat Bolognet. in dictu. l. si is, qui proemptores. num. 242. ff. de vscupacio. & in hoc casu loquuntur Doctor. proxime citati, & alij, qui easuerunt legitimatum esse. vere legiti. quoniam. num. 2. l. i. 20. illust. Sed filii qui concedit legitimatio nem, non habet potestatem corrigendi

di iura inducentia illegitimitatem, vt si iura sint diuina, & sumus Pontifex dispense, vel iura sint canonica, & princeps sit secularis tunc: quia vere collere non potest dicta iura, sed dispensando eo modo quo potest fingi legitimatissime legitimate natum tunc legitimatus, non dicitur de presenti vere legitimus, sed sicut quia non possunt tolli dicta iura nisi si feste arg. text. in l. necessarijs. ff. de acquitenda heredi. & in h. quos autem in isti. de bonorum possessio. vbi praetores non possunt tollere iura nisi per fictionem, vt tenent Alex. conf. 2. num. 11. lib. 1. Curtius Senior. conf. 16. col. 4. Decius conf. 275. nu. 8. Belognet. in l. si is qui pro empatore n. im. 250. ff. de vsucapio & alij statim allegandi.

Quid autem quoad originariam legitimitatem in specie quæ ex matrimonio descendit & dicendum est in distinzione quod legitimatus non dicitur vere legitimus. dict. l. qui in provincia. §. Diuus derit. nupt. authen. quib. mod. natural. effici. sui. §. generaliter ibi per machinationem colle. 7. & in hoc casu procedi opinio multorum dicentium legitimatum non esse vere legitimum, vt docet Anto. Natta. in l. hac consultissima. §. ex in perfecto num. 92. C. de testam.

Et hoc tres casus notauit Benedict. de plom. in disputatione incip. statuto Pisano in primo dubio, qui ita distinguit aut queritur de originaria legitimitate in specie, quæ ex matrimonio descendit, & legitimatus non dicitur vere legitimus d. l. qua in provincia dict. §. generaliter. Aut queritur de legitimatione in genere, & tunc sub distingue aut legitimationis impedimentum pronuntiatur à Iure Ciuiili ut in titulo C. de interdicto matrim. & tunc quia princeps laicus auferre potest hoc impedimenti genus is legitimatus dicitur

vere legitimus. Aut illud impedimentum erat de iure Canonico, nempe quod parentes legitimati non potuerint contrahere matrimonium iure pontificio impidente quo causa legitimatus a principe laico non dicitur vere & proprie legitimus, quam distinctione probarant. Alex. dict. conf. 2. num. 11. lib. 1. Curtius Senior. dict. conf. 16 col. 4. Decius dict. conf. 275. numer. 8. Zucard. in L. posthumo. num. 24. C. de bonorum possessio. contra tab. Couarru. in epist. de spons. 2. par. cap. 8. 6. 8. nu. 4. cum alijs seq. Menochi. conf. 202. n. 155. cum seq. & conf. 266. num. 47. cum alijs seq. lib. 3. Manti. de coiect. vlti. volunt. lib. 11. titulo 10. nu. 31. quos supradictis adde.

Et est aduertendum quod legitimatus dicitur veræ & propriæ legitimus secundum prefatam distinctionem a tempore legitimationis quo ad futura non vero quo ad presentia ad tempus nativitatis, quoniam legitimatio oculos non fecit retro, vt in specie hac sesipserunt Soci. Senior. conf. 226. num. 4. lib. 2. Anto. Natta. conf. 62. 4. num. 4. cum alijs seq. Cephal. conf. 331. nu. 10. & conf. 285. num. 41. Rimi. Junior conf. 16. numero 95. Gerard. Maroll. conf. 11. num. 22. Menochi. conf. 266. nu. 11. libro 3.

Et quotiescumque legitimatio principis retrotrahitur ad tempus nativitatis ut supra diximus, fit fictionem, quia legitimatus licet posset dici vere legitimus attamen non potest dici legitime natus cum non sit natus ex iustis nuptijs. L. filii cum difficiamus. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris, nam cum iura prohibeat legitimam nativitatem extra iustas nuptias illud factum quod non fuerit, tunc legitimus natus non potest per legem infirmari. L. in bello. §. facte ff. de capt. & post limi revertendis. Bar. Iaf. & Crot. in l. Gallus. §. &

§. & quid si tantum. ff. de lib. & posthu Barto. & Doctor. in d.l. si is, qui pro emptore. ff. de vscaption. maxime Bolognet. ibi. num. 245. Ant. Ross. in tract. de legitimatione, titu. de legitimationis effectu. num. 20. Rim. Iun. Ant. Notta. & Geremazol. in locis proxime citatis.

9 Hec tamen retroactio ita demum sit si filio sit favoribills, & nemini ius formatum sit quæstum, ut referunt, & sequuntur Ias. Crot. & alij in " Et L. Gallus. §. & quid sit tantum. ff. de liber. & posthu. firmates regulam generali. & Tiraquell. de primogen. q. 24. nu. 33. quod securit Natu cōs. 504. nu. 18. vol. 1. & Rim. Iun. in d.l. cons. 46. num. 8. & 9. libro 1. nam in præiudicium tertij non retrorahitur legitimatio. auth. quib. mod. natural. effici legit. §. liceat igitur, collat. 6. authent quib. mod. natural. effici. sui. §. illud tamen in fine, collat. 7. glos. in d. §. & quid si tantum, verbo, emacipatus, quam ibi sequitur Bartol. & omnes glos. in cap. tanta, verbo, post cōtractum matrimonium qui filij sint legit. Bald. cons. 102. col. 2. volum. 3. Alex. cons. . num. 10. vol. 7. Ias. in rubri. ff. de libe.. & posthu. col. 3. Porti. alias referens cons. 106. nume. 79. Cephal. cons. 285. num. 20. lib. 2. & cons. 372. num. 41. Hippolyt. Rim. d. cons. 46. num. 66.

10 Et semper est interpretanda legitimatio, vt minus lat. dat tertium i. t. §. si quis à principe. ff. ne quid in loco publico tradit. Ruin. cōs. 80. nu. 6 lib. 3. Brun. cons. 15. nu. 12. Socin. Jun. eo. §. 63. nume. 16 & cons. 100. nu. 26. lib. 3. Tira. & alij per eū citati in d. tract. de primogenit. quæst. 34. nu. 34. Hippolyt. Rim. dicto consilio 46. num. 67.

11 Et quamvis legitimatio videatur fauorabilis fallit quando tendit ad alterioris præiudicione. c. t. & 2. se filii presbyter. in 6. DD. in c. per venerabilem qui filij sint legitimi. Ruin. cōs.

99. nu. 6. lib. 3. Brun. d. cons. 15. nu. 15. Curtius Iunior consilio 26. numero 9. & 10. Cephalus consilio 276. num. 38. & cons. 285. num. 21. & consil. 372. num. 41.

12 Et aduertere, quod licet de iure cōmuni sit vera, & cōmunis cōclusio, q. legitimatio per fictionem retroactetur ad tempus nativitatis, ut supra fuit dictum, conurarium tamen probatur de iure regio per l. 4. tit. 15. par. 4. ibi: Son dide en adelante legitimos, quod ibi nota Greg. Lop. qui eam. L. intelligit in simplici legitimatio- ne, secus h. in forna concessionis dicere p. inceps, quod restitutum eum, quem legitimat, sicut si a primis na- talibus foret legitimatus in quo casu legitimatio etiam stante d.l. par. tra- heretur retro. quam distinctionem. e: iam de iure communi notauit Anton. de Butrio in capite per venerabilem qui filii sint legitimi, quem post Aretinus in dicto §. & quid si tantum, col. 12. refert Ant. Nat. d. cōs. 504. n. 22. lib. 3.

13 Tandem filij legitimati principis rescripto nihil differunt à legitimis, authent. quibus modis natural. effici legitimati. §. sit igitur licentia, ibi: Ni- hil à legitimis differentes, collatio. 6. authent. quibus modis natural. ef- faci. sui. §. quoniam varie, ibi: Nihil di- simili legitimis, collatio. 7. I fin. titulo 1. par. 4. & in omnibus zonis parantur legitimis, adeo quod dispo- situm ist. legitimato locum etiam ha-bet in legitimato. l. liberos. C. de re de libe. Bald. in l. Imperialis. C. de nupt. & incipit. in causis in fine de officio deleg. Dec. oons. 556. nu. 5. & seq. Paris. cons. 1. nu. 57. & cons. 8. num. 7. lib. 2. late Tiraquellus in li- si viqunam, verbo, suscepit liberos, num. 63. cum plures sequent. C. de re uoc. donat. & in tract. de primogen. q. 34. n. 1. & seq. Iomina Roj. in epit. success. c. 21. au. 35. Tiberti Poeti. cons. 88. nu. 2. lib. 2.

Liber secundus praxis ciuiliſ, I

- 14 Quid procedit etiam si filii legitimati per principem sint spurij, & ex quocumque damento etiū procreati, dummodo qualitates spuritatis, & defectus exprimantur, cap. per venerab. lem. vbi Abb. num. 5. qui filii sint legitimi. l. qui in provincia. §. i. ff. de rit. nupt. specul. in rub. quoniam sint legiti. versi qzro si natus ex patre vxorato Bald. in Leam quam nume. 36. C. de fideicommiss. & in L. qua illastris. nume. 1. C. ad orficia. Alex. conf. 2. & conf. 27 in fine. lib. 1. & cōf. 87. num. 9. lib. 3. Dec. conf. 33. 8. nume. 7. Emanuel à Costa in L. Gallus. §. & quid si tantum ultim. part. nume. 74. ff. de liber. & posthu. Ioan. à Roj. in ep̄. succes. c. 23. nu. 1. cū seq. Castre. cōf. 30. n. 2. lib. 1. idem Alex. in 1 ge neraliter. §. cum autē n. 2. C. de instit. & substit. sub cōditio. fact. Soc. Sen. qui hāc testatur cōmōnē in L. Gallus. §. si eius. n. 1. ff. de lib. & posthu. Soc. Ioan. quoniam non testatur de compuni, cōf. 77. nu. 8. lib. 3. Mārt. qui dicit etiam cōmōnē de coniect. vlt. vol. lib. 11. tit. 10. n. 20

Ex his primo infertur, quod filius naturalis, vel spurii legitimatus res cripto principis est in patria potesta te, resupra in prin. dictum est, & obtinet iura suarum, auth. quib. mod. natu ral. effici. legiti. §. liceat igitur collati. 6. authē. quib. mod. natural. effici. legiti. in rub. & in nigro. collat. 7. §. quibus inst. de heredis, que ab intest. defer. L. certum. ff. de iniusto rupro. Bartol. in L. 21 in princip. vbi etiam Iaf. num. 20. ff. 16 vulga. & pup. idem Iaf. in L. 15. si quis pro empatore. nume. 236. ff. de fucapio. & in rub. ff. de liber. & posthum. nume. 10 & in L. qui se patrī. nume. 13. capit. unde liberi. Coene. in L. 5. nume. 7. C. de iure de lib. Rūm. conf. 86 numero 15. libro 3. Paris. conf. 10. nume. 75. libro 2. Ioan. Lup. in L. 22. Taur. hum. 13. Cannas à Rojas in ep̄. succession. capite 23. nu. 47.

16 Secundò infertur, quod filio legitimato principis rescripto legitimata debetur, & ei competit ius dicēdī nullum de iure ciuilī, & bonorum posse fio contratab. de iure pratorio, si sit præteritus, & querella inoficioi testamenti, si iniuste sit exhaeredatus, & habet omnia remedia contra testamentum patris. que habet filius legitimatus, & naturalis, authē. de incest. nupt. & dubitatum in fine. coll. 2. d.l. cert. 1. ff. de iniusto rupro Bartol. in auth. quib. mod. natural. effici. sui. §. si quis igitur, in fine. coll. 7. Bal. in L. cū in adoptiuis. nume. 5. C. de adoption. Alex. conf. 159. num. 2. lib. 1. vbi hanc testatur communem Iaf. in d.l. si is, qui pro emptore. nu. 236. & in rubr. & in l. 1. num. 14. C. de honor. possess. contra tab. & in rubr. ff. de lib. & posthu. n. 9. vbi etiam dicit communem Bec. conf. 176. nu. 6. Afflīct. decis. 195. n. 6. Tiraq. in L. 1. vnquam, verbo, suscepit liberos. n. 4. C. de reuoc. do nat. Suar. l. quoniam in prioribus, li mit. 12. Castell. & Ant. Com. in L. 12. Tau. n. 66. Cour. in epi. de spōs. p. c. 8. §. 8. num. 2. Ioan. à Roj. in d.c. 23. nu. 45.

17 Tertiò infertur, quod filius legitimatus rescripto principis succedit patribus ex testamēto, & ab intestato, etiā cū filijs legitimis, & naturalibus, authē. quib. mod. natural. effici. legiti. §. sit igitur collat. 6. l. si te parens, vbi Bal. C. de suis, & legit. liber. idem Bald in L. cū in adoptiuis. n. 5. C. de adopt. Bar. in L. ex facto. n. 3 ff. de vulg. lat. in d.l. si quis pro empatore. n. 278. & in d. rub. de lib. & posthu. n. 9. & in L. Gallus. §. & quid si tantum. n. 96. ff. eod. tit. Ioan. à Roj. in d.c. 23. n. 34. lib. tit. 15. par. 4.

Sed intellige, quod filius legitimatus succedit cū legitimis, & naturalibus, siad hoc est expresse legitimatus, aliās nō, vt tenēt Ant. n. 15. & Abba. n. 27. in c. per venerabilē, qui filii sunt legitimati. Castre. n. 16. Are. on. 26.

De exercit.pact.a&stio.Cap.I.

18

& Ias.num.79 qui testatur de com-
muni in d. §. & quid si tantum, Alba
ro. & alij, quos sequitur Anton. Go
mez in d.l.12. Tauri, nu.67.

18 Hodie autē de iure regio per d. l.
12. Tauri expresse decifsum est, quod
nō potest succedere cum legitimis
& naturalibus, nisi in quinta taneum
parte honorum.

19 Quarto infertur, quod filius legiti-
matus principis rescripto vicē po-
sthumū teneret, vt concludit Bart. in d.
l. Gallus §. & quid sit tantum, col. vi
ti. ff. de liber. & posth. Bal. in l. filius
a patre. §. filius familiæ, & in l. fi-
quis posthumo in princ. vbi etiā Ca-
stren. & Alex. ff. cod. tit. & ideo per
legitimacionē filij rōpitur testamē-
tum, sicut per nativitatē possumit,
vt tenent Bald. Ang. & Imoj. in d. l.
certū. ff. de in iusto rupio testam. An-
gel. conf. 76. col. t. Arch. conf. 125.
col. 3. Alex. conf. 139. col. t. lib. 3. & in
rub. ff. de liber. & posth. vbi hanc te-
statur cōmūnem opī. vbi etiā Soc.
Seni. nu. 15. idē Soci. conf. 226. nu. 5.
Deci. conf. 52 & cōf. 257. col. 1. & cōf.
338. col. fin. & conf. 343. & conf. 365.
nu. 7. vbi hanc dicit cōmūnem Zn
car in l. postumo natio 13. & 30. ff.
de honorū possesio. contra tab. Ioā.
a Roj. qui alios allegat in d. c. 23. n.
46. Māt. de cōf. Lvolū. lib. 11. t. to
n. 29. qui etiā testatur de cōmūni.

20 Quinto infertur, q̄ succedit indif-
ferenter omnibus agnatis vel cognati-
s ex testimōio, & ab intestato, an-
thēt quib. mod. natu. effici sui. §. reli-
qui, & §. si quis ergo & §. qua prop-
ter coll. 7. Bar. in eed. authen. §. tri-
bus, & in §. euiliter. n. 5. idē Bar. Bal.
& alij in l. cōmūni C de naturalib.
liber. Ant. nu. 17. & Abb. nu. 28. in c.
pervenerabilē, qui filij sint legitimi,
& vbi Prepos. in §. quod autē, n. trō
Cristen. conf. 54. col. 2. lib. 2. Alex.
conf. 2 num. 17. lib. 1. & conf. 139. n. 1.
3. eod. lib. 1. Ias. in l. si quis pro empio
re. n. 21. & 241. & 264. & 278. ff. de
vſu cap. Soc. Seni. co. f. 63. nu. 12. lib.

3. Dec. conf. 275. nu. 4. & conf. 365. n.
5. Cur. Jun. conf. 37. col. t. Crau. cōf.
138. col. 2. Rode. Suar. in l. quoniam in
prioribus limi. 12. Coua. in epit. de
spons. 2. par. c. 8. §. 10. nu. 2. Anto. Go
mez in d. l. 12. Tauri num. 69. Ioan.
a Roj. in epit. successio. c. 23. num.
49. & probat. l. 7. t. 15. par. 4. & l. fin.
t. 13. par. 6. & d. l. 12. Tau.

21 Sexto infertur quod filio legitima-
to est, relinquēda legitima titulo in-
stitutionis, glo. communi errecepta
in authē. si qua mulier, verbo cōpe-
tere. C. de Sacrosan. Eccles. quā ibi
sequitur Salic. & Ias. nu. 13. idē Ias.
in authē. nouissima. n. 14. C. de inof-
fic. testam. quos seq. Ioā. a Roj. in d.
c. 23. nu. 98.

22 Septimo infertur quod legitimi-
tus conseruit agnationē nomen & fa-
miliam vt escriperunt Ang. conf. 17.
col. penul. Sainc. in authen. il. 6. si quis
col. 1. C. de naturalib. liber. Alex. cōf.
2. nu. 12. & 37. lib. 1. Deci. cōf. 307. col.
vlt. & cōf. 316. & cōf. 365. & cōf. 433.
col. 5. Tiraq. in l. si vñquā verbo su-
scepserit lib. eros. n. 68. & 83. C. de rea-
uoc. donat. & in tract. de virgo; re-
tract. §. t. 2. l. 8. n. to. Craue. cōf. 138.
nu. 4. & 5. Ioā. a Roj. in d. c. 23. n. 91.
Menoch. confi. 266. num. 16. lib. 3.

23 Octavo infertur quod si statutū dis-
ponat quod slantibus masculis fēmi-
ne non succedant haberet etiā locū.
si filij legitimati principis rescripto
starent, vt notat Bal. in l. cum acutis
simi. nu. 7. & in l. eā quā. n. 26. C. de
fideicōm. Alex. d. cōf. 2. nu. 33. lib. t.
& conf. 70. n. 9. lib. 2. Ias. in d. l. si is
quipro emptore. nu. 240. ff. de vſu
capio. & l. 1. nu. 5. C. de honor. posses.
cōtra tab. Dec. cōf. 52. & cōf. 366. n.
4. Hipp. sing. 303. quos refert &
sequitur Ioā. a Roj. in d. c. 23 nu. 90.

24 Nonō infertur, quod legitimatus
iure p̄c̄x' mitas admittitur adretra-
tū, vt notat Afflict. in tract. proto-
mil'os. versi. item quatuor in consa-
guineos, Modeinus Galles in con-
fuet. Parist. titulo 1. §. 8. gloss. t.
ca Coua.

Liber secundus praxis ciuilis,

Couarruu.in epit. successf. 2. par. c. 8.
§.10.nu.3. Vasquius in l. si quādo, nu
me.70.C. de ino: sic. test. Ioan. à Ro
jas in d.c. 23.n.101. Roland.conf. 83.n.
13.lib.3. Menoch. cōf. 266.n.10.lib.3.

25 Decimo infertur, quād legitima
tus admittitur ad honores, & digni
tates, & priuilegia paterna, quamvis
in legitimationem expresse de his
nō sit facta mētio. d. 1.12. Tauri. que
est 1.10.tit.8.lib.5. Recopil. quam le
gem limita nō procedere in nobilita
te, quā Hispani vocant indulgentia,
nec in exemptione seruitij, quā etiā
dicunt, exemptione pechos, vt dispo
nūt. l.20. tit.11.lib.2. & l.12.tit.2.lib.
6. Recop quarum vna lex per alterā
extenditur, & declaratur.

26 Undecimo infertur, quod legitimi
tus succedit in iure patronatus,
Bald. in d.l. eī quam in fine. C. de fi
de:icō. tradit late Rochus de Curt. de
iure patro. verb. cōpētēs alicui, nu. 8.
quos seq. Ioan. à Roj. d.c. 23.n.104.

27 Duodecimo infertur, quod filius
legitimatus excludit substitutūvoca
tū, si institutus deceperit sine filijs,
vt affirmāt Bald. in l.cū acutissimi. n.
7. C. de fideicom. Alex. in l. generali
ter. 5. cū autē, vbi etiā Dec. & Rimi.
Senior. C. de instit. & substitut. sub
condit. fact. vbi Iac. nume. 4. hanc te
flatur communem opin. idem Alex.
cōf. 2 n.41.lib.1. Ias. in l.2. n. 243. C.
de iure emphyt. & in l. Gallus. §. &
quid sit tātum, n.199. ff. de liber. & po
sthu. idē Dec. cōf. 258.n.4. & cōf. 284.
n.9. & cōf. 366.n.4. & 20. & cōf. 425.
n.8. & cōf. 557. Ripa post alios in l
exfacto. §. li quis rogatus. n.44 ff. ad
Trebella. Rui. cōf. 83.col. 2.lib.3. &
cōf. 98.n.21.lib.2. Bru. cōf. 15. nu.10.
Cur. Iu. cōf. 83. nu.8. Paris. cōf. 13.n.
9.lib.2. Durā. de arte test. tit.15. cau.
15.n.5 testatur cōmūnē Bapt. a Villa
lob. cōcl. 67.lib. L. Matth. in suis cō
clu. versi. legitimatus donat. a Fina,
lib.2 reg. verb. legitimatio, Gozad.
in cōf. 6.nu.62. Soc. Iu. cōf. 93.n.40

lib.3. Castell. & Ioan. Lup. in l. 12.
Tau. nu.23. Couarr. in epit. de spōf.
2.par.c.8. §.9.n.8. Ioā. a Roj in epit.
succes. c.23.nu.88. Ludou. de Molin.
de Hispan. primog lib.3.c.1. nu.2. Ro
lard. à Vālle qui plures referr. , cōf.
83.col. penult.lib.3. Ioā. Cephal. cōf.
117.nu.20. & cōf. 186.nu.70. Burfat.
alios citās, cōf. 85.nu.13.lib.1. Prosp.
Pafeth. cōf. 98.n.1. Māt. de cōicētūr.
vlt. volunt.lib. 11.tit.10.n 9. cum seq.

28 Extendez primo dictam cōclusio
nem, vt procedat etiā si testator sub
stitutus sub cōditione, si h̄eres, vel vo
catus deceperit, sine filijs legitimis
d. authēt. quibus modis naturales ef
fici, legitimis. §. si igitur licentia, &
authent. quib. mod. natu. effici, sui. §.
quoniam varie, & in specie notāt. Do
ctor. in l. generaliter. §. cum autem
C. de instit. & substit. sub conditio
fact. vbi Alex. nu.2. & Ias. n.7. dicūt
hāc esse communem opinionē. Imo.
& alij in l. exfacto. §. si quis rogatus
vbi Ripa n.44. dicit etiam cōmūnē.
ff. ad Trebel. Greg. Lop. in d.l. 4. tit.
15. part. 4. Ludou. de Mol. plures se
ferunt d.lib.3.c.3.n.2. Rolād. cōf. 67.n.
1.lib.3. Tiber. Decian. conf. 88.nu.13.
lib.2. Mant. d.lib.11.tit.10.n.9.

29 Secūdo extende, vt procedat etiā
si substitutus sit vocatus sub cōditio
ne, si h̄eres deceperit, sine filijs legi
timis, & naturalibus, vt affirmāt oēs
in d.l. exfacto. §. si quis rogatus, vbi
Ripa n.44. ff. ad Trebel. Alex. cōf. 2.
n.41.vol.1.Dec. cōf. 258. & 365.n.9. &
cōf. 366.n.4. & cōf. 425.n.8. Rui. cōf.
173.n.7.lib.1.Bero. cōf. 180.n.7.lib.2.
Gozad. cōf. 29.n.19. & cōf. 48. nu.15.
Rimi. Sen. cōf. 28.n.15. Grat. cōf. 65.n.
5.lib.1.Soc. Iun. cōf. 136.n.10. & 40.li.
3. & cōf. 77.eod. vol. qui hāc dicit ma
gis communem opin. Ceph. cōf. 117.
n.20. & cōf. 188. n.19. & cōf. 276.nu.
70. hāc etiam testatur receptiōrem.
Roland. cōf. 67.n.16. & cōf. 83.nu.19.
lib.3. vbi plures citat Mant. late d.l.i.
11.tit.10.n.9. cum seq.

De exercit.pract.actio.Cap.I.

19

30 Primo limita dicta conclusionē, vt nō procedat, si vocatus esset substitutus sub cōditiōne, si h̄eres deceſserit sine filiis ex legitimō matrimonio natis, quia tunc filius legitimatus nō excludit substitutū, cum nō videatur testator de eo intelligere, immo illegitimos naturales abhorruisse, & veram tantum & naturalem filiationē considerasse, qua ex iustis descendit nuptijs, per ea quā in praecedenti §. in simili limitatione diximus in legirimatione subsequentis matrimonij: & hanc limitationem tenent ex preſſe Bal. in I. Gallus. §. si eius infine ff. de liber & posth. & in c. t. §. naturales si de feudo fuerit controuer. & in c. in nouit. de eleſtio. Ang. in diſputatione in cip. quidam nobilis. in. t. dubio infine anno de Butrio in c. per uenerabilē penul. col. qui filii sint legitimī, Alex. in I. generaliter. §. cum autem col. 2. C. de inſti. & substi. sub conditio. fact. & in conf. 2. num. 10. vol. 1. & conf. 172. num. 2. vol. 7. vbi hinc testatur communem opī. Soci. Senior conf. 63. num. 17. lib. 3. Deci. conf. 42. num. 12. crot. in I. Gallus §. & q. id si tantum num. 81. ff. de liber. & posth. & ibi Soci. Iunior num. 145. qui testatur de communi Duran de a te testandi tit. 5. de substi. cōaut. 15 num. 5. Curti. conf. 35. num. 22. Rui. cōf. 80. num. 7. & 8. & conf. 92. nu. 13. & conf. 95. rum. 1. & conf. 103. num. 7. lib. 3. Parisi. conf. 9. num. 45. & 46. qui plures referunt lib. 3. & conf. 15. num. 12. & conf. 1. n. num. 147. lib. 2. qui hanc dicunt communem opī. Natta. conf. 624. num. 8. cum seq. lib. 3. Ludovic. d. Molin. de Hispanorum pri- mogenitū. lib. 3. c. 3. num. 31. Bologn. post Ias & alios in l. si is qui pro emptore. nu. 251. ff. de vſu capiōib. Cephala. conf. 6. c. num. 15. & conf. 111. nu. 6. cū seq. & cōf. 117. n. 21. & conf. 276. num. 9. Rimi. Iunior d. conf. 46. n. 47. cum seq. lib. 1. Burſat. conf. 17. nu. 9. & 14. qui hanc testatur cōmūnē opī

nionē lib. 1. Tiber. Dec. cōf. 88. nu. 21. lib. 2. Manti. d. lib. 11. tit. 10. nu. 23.

Et fortius sine illo dubio procedit h̄c opinio, vbi adest legitimorum geminata prolatio, vt si testator di- xeret, si h̄eres deceſſeri sine filiis le- gitimis, & naturalibus, & ex legitimo matrimonio natis: nam tunc legi timatus nunquam admittitur, vt affir mant omnes citati doctores, maxime Alex. in I. Gallus. §. quidam recte, nu. 169. ff. de liber. & posth. Rui. conf. 92. num. 14. lib. 3. Cepha. conf. 82. nu. 29. & conf. 111. num. 14. & multi cira ti per Rimi. Iunior in d. conf. 46. Pa riſ. conf. 13. num. 29. & 40. lib. 2. Bur ſat. & alijs per eum citati conf. 18. nu. 12. Tiber Decia. conf. 88. n. 16. lib. 2. & in hoc omnes conueniunt. vt testa tur Rui. lib. 10. proxime citato: verba enim geminata, prout sunt praedita verba. de nocant maxis enixa & cer- tā voluntatum testatoris, argu. eorū que notantur in I. ballista. ff. ad Tre- hel & per Bar in I. Scimus. C. de agri. & econfi. late Paris. in nostris terminis conf. 9. numer. 43. lib. 2.

Sed licet dicta limitatione vera sit, ta men si legitimatio facta sit a supre- mo principe de plenitudine potesta- tis cum fideicōmissi expressa ac spe- cifica derogatione, & cum clausula non obstantibus quibuscumque legi bus, & verbis derogatorijs in eis positiis, tunc princeps in iuribus fideicōmiſſi etiā sub dictis verbis praedi- ciū substitutis afferre potest, secun- dū Alex. conf. 94. lib. 1. Dec. cōf. 557. um. 6. Brun. conf. 15. n. 11. Rui. cōf. 80. 6. n. 7. & 8. & cōf. 91. n. 8. lib. 3. Cepha. d. conf. 111. in fine, & conf. 186. nu. 40. Rimi. Iunior. cōf. 46. num. 122. Tibe. Decian confi. 3. num. 90. lib. 1. Man ti. d. lib. 11. tit. 11. nu. 10. qui alios citat.

Nam vera & communis est con- clusio, quod aditio hereditatis ius suc- cedendi, & eius acquisitio sunt de iu- re ciuilī, & positivo, & eodem mo- do sunt inducta fideicōmissa valida,

c ; 1leg.

Liber secundus praxis ciuilis,

35

1. lego obuenire. ff. de ve. borum significari gloss. in l.t. ff. de acquirendo rerum dominio, gloss. Bartol. & alij in Lex hoc iure. ff. de iustitia & iure. gloss. magna in l. frater a fratre. ff. de conditio. indebiti Bart. & alij in rubr. ff. de acquir. hacten it. Alexand. conf. 2. nume. 46. lib. 1. Paris. conf. 8. num. 12. lib. 2. & Latus consilio 1. numero 59. cum sequent. & ea quæ sunt iuris ciuilis, princeps liberam habet potestatem immutandi, & disponendi, & si legitimando potest substituti p̄iudicare qui habent ius succedendi in spe glos. Bartol. & alij in l. final. C. si contra ius, vel vilitat. public. Innocent. in capite cum ad monasterium de statu monachorum. Felinus in cap. quæ in Ecclesiænum, numero 25. & 32. de conflitut. & in capite nonnulli, numero 18. & in capite ad audientiam, nume. 4. de rescript. Hippolyt. sing. 199. Parisius vbi supra, & facit l. prior caps. ff. de legib. & l. digna vox. C. eodem titu. l. 11. in fine. titulo 1. partita 1.

34 Secundo similiter limita, vt legitimatis principis rescripto non excludat substitutum, quando testator dixit, si deceperit sine filijs legitime natus, vt in hac specie notat. Bald. in l. Gallus. §. si eius in fine, vbi etiam Imol. colum. fina. ff. de liber. & posthum. & ibi etiam dicit communem Socinus Senior nume. 6. Alexius. conf. 2. nume. 55. lib. 1. & in generaliter. §. cum antem. nu. 2. C. de instit. & substit. sub conditio fact. Dec. conf. 42. nu. 12. qui testatur communem Grat. conf. 39. num. 45. lib. 2. Contra. in epiti. de spons. 2. par. c. 8. §. 2. in fine. Mant. d. lib. 11 tit. 10. n. 24. & tenent sere omnes in precedenti limitate one citati.

35 Tertiò limita, vt legitimatus per rescriptum non excludat substitutum, quando presumptæ mens testatoris talis fuit, velut si testator in melior-

ratione tertia & quinta partis, vel in legato particulari propter filios masculos filias exclusit, in quibus maior solēt esse dilectio quam in nepotibus: nam tantò magis presumuntur excludere voluisse spurious legitimos, & bona sua peruenire ad masculos vocatos, per quos nomen, & decus familiaris consumatur, secundum Angel. consilio 71. ad finem quem sequitur Andr. Sicul. in l. cum acutissimi. C. de fideicommissis. Alex. conf. 5. vol. 7. Neuiz. conf. 99. nu. 25. quos etiam sequitur. Rimin. Iun. d. conf. 46. num. 42. lib. 1 & idem erit, si alijs legitimis coniecturis appareat de voluntate testatoris, Mant. d. lib. 11. tit. 10. nu. 22.

36 Quartò limita dictam conclusiōnem, vt filius legitimatus principis rescripto excludat substitutum, vt procedat, durmodo citatio substi-
tuti p̄cedat, non quidem ad validi-
tatem legitimatis, sed ad p̄iudi-
candum iuribus fidicemmiſi, vt te-
nent Anch. conf. 427. in 2. dubio,
num. 2. Alex. conf. 67. colum. 2. & cō-
fil. 94. vol. 1. Dec. conf. 55. col. 1. & 2.
& conf. 338. nu. 7. & Latus conf. 425.
col. 3. & cōf. 445. num. 10. Rui. conf.
3. & conf. 36. nu. 20. cum seq. lib. 1. &
conf. 92. nu. 15. lib. 3. Curt. Iun. consil.
83. nu. 10. late Paris. conf. 1. num. 35. &
conf. 9. nu. 29. & 30. lib. 2. Grat. respō-
so 158. col. penult. lib. 2. Socin. Iun.
conf. 95. num. 67. lib. 3. qui hanc testa-
tur communem opin. Couarr. qui di-
cit etiam communem in epiti. de spō.
2. par. c. 8. §. 9. num. 8. Joan à Rejas in
epiti. succeſ. c. 23. n. 89. Lud de Mol. de
Hispan. primog. lib. 3. c. 3. n. 10. Ceph.
conf. 23. nu. 58 & conf. 186. nu. 14. cum
alijs. Rim. Iun. conf. 46. nu. 37. cū seq.
& nu. 63. cum seq. lib. 1.

37 Nec hanc citationem supplēt clau-
sula ex certa scientia, de plenitudine
potestatis, & alij similes, quia de-
bent referri ad expressa tartum in le-
gitimatione. l. si de certa. C. de trans.
l. qui

Liqui cum tutoribus. §. fin. ff. eod tit. tradit Grauet. de antiquitat. temp. 3. par. nu. 26. Ruin. conf. 288. Cephal. conf. 117. num. 34. & conf. 186. num. 67. Hippol. Rimini. d. conf. 46. num. 115. lib. 1.

¶ 39 Et dumtaxat dist. clausula operantur in his, de quibus princeps habuit scientiam, ut que iuri sunt, non autem facti alieni, voluti fidei. commissorum, de quibus presumitur ignorantiam habuisse, ut se ipserunt Ruin. conf. 157. num. 9 lib. 1. & conf. 71. num. 38. & conf. 97. num. 7. lib. 3. Paris. conf. 1. num. 8. lib. 1. Gozzi. conf. 5. num. 14. Sozin. Jun. conf. 77. num. 126. lib. 1. Ant. Nat. conf. 209. num. 6. Grauet. conf. 126. num. 3.

¶ 40 Nec vim obtinent, nisi ponantur cum causa cognitione, & sic parte citata Clem. pastoralis, vbi Cardinalis notat de re iudi. Rota. decisi. 130. Dec. conf. 407. num. 24. & conf. 508. in fi. & conf. 544 num. 28. Curt. Iun. conf. 170. nu. 32. Neutiz. conf. 12. nu. 143. inter consilia Brun. Ludonic. de Molina alios referens de Hispano. primogeniis, libro 3. capit. 3. Octavia. C. heran. in decisi. Pedemont. decisi. 88. nu. 11. & 16. Roland. conf. 2. nu. 164 lib. 2. Rimini. Iun. d. conf. 46. nu. 120. & 124.

Nec clausuli supplens omnes defectus qui solet opponi in rescripto legitimatis suppleret hanc citationem, cum non ex tendatur ad defestum iuris naturalis, qualis est defectus citationis. d. Clem. pastoralis de re iudic. Specul. & Ios. Ardt. in eius additio. in tit. de locato. & nuc ostendendum, verf. 18. Archid. in c. Ceno manenfem 16. dist. Ruin. qui alios refert. conf. 9. nu. 10. lib. 3. Rimini. Jun. d. conf. 46. nu. 126.

Sed est advertendum, quod si princeps facit legitimacionem animo praedicandi substitutis, & de ejus animo constat, tunc non est necessaria substituti citatio, ut notat Bartoli.

I. Callus. §. & quid si tantum ff. de liber. & posthum. quem sequuntur ut ibi Soc. Sen. nume. 30. Ias. nu. 140. & Crot. num. 72. Alex. conf. 2. num. 37. volum. 1. Decius conf. 279. num. 101. Paris. conf. 8. num. 12. lib. 2. Roland. conf. 67. num. 57. lib. 3. Mant. d. lib. 11. tit. 11. num. 8. cum alijs sequent. & ratio est, quia princeps potest legitimare filium illegitimum iuris substitutis: ergo eis ignorantibus.

¶ 41 In dubio autem princeps in legitimatione non creditur voluisse, quod non expressit. l. vniuers. §. sin autem. C. de eaducis toll. cap. ad audienciam in fine de decimis. cap. inter corporalis de translatione Episcopi. Grat. respons. 65. num. 38. volum. 2. Soci. Iunior. conf. 95. nume. 93. lib. 3. Cephal. conf. 23. num. 115. quos sequitur Hippol. Rimini dicto conf. 46. num. 36. lib. 1. Mant. dict. lib. 11. tit. 11. nu. 3. Hinc est, quod legitimatio non debet ad fideicommissa, nec ad substitutis porrigit, de quibus mentione facta non fuit, cum non videatur intentione principis fuisse substitutis praeditio dicare. l. 1. §. si quis a principe. ff. ne quid in loco publico, & ita voluerunt Salicetus in l. generaliter. §. cum autem. C. de instit. & substitutis. sub codicitione facti. Imolin Lex facta, in princ. ff. ad Trebellian. Alexand. conf. 2. nu. 47. & conf. 67. vol. 1. Dec. conf. 269. num. 10. & conf. 357. num. 5. & conf. 608. num. 4. Ruin. cōf. 173. nu. 17. lib. 2. Neutiz. conf. 99. nu. 16. Curt. Jun. conf. 81. nume. 9. Grat. respons. 61. num. 38. libro 1. & conf. 39. num. 38. & cōf. 158. num. 28. lib. 2. Brun. cōf. 15. column. 3. Cephal. conf. 11. num. 44. & cōf. 186. num. 33. cum alijs seq. & conf. 410. num. 21. cum sequent lib. 3.

¶ 42 Quidam limita, ut legitimatus excludat substitutum, cui ius non est constitutum, tamē iam sit ius quisitum substituto, ut si cessit dies fideicommissi, vel aliter, tunc non excludit

Liber secundus praxis ciuiliſ.

ſubstitutum, ut notat Bart. in l. Gallus. §. & quid si tantum, nume. 14. ff. de liber. & poſthum. quem ibiſe- quuntur Alexand. num. 18. & 26. Socin. num. 24. Iaf. num. 100. Curt. Se- pior, conf. 65. num. 3. & 4. idem Iaf. conf. 52. lib. 3. Ruin. conf. 72. nume. 13. & conf. 87. num. 22. lib. 3. Durad. de arte teſtandi, titulo 5. cauteſa 15. num. 5. Cephal. conf. 372. numero 38. libro 3.

44 Quod extende, etiam ſi ſubſtitu- tuoſit ius acquisitum in ſpe proba- bili de futuro, quod habeat cauſam proximam de preſenti per ea quæ noſtauiimus in §. precedenti in legi- timatione per ſubſequens matrimo- nium, & in tra in §. fin. & in cap. 3. lib. 1. vbi interpretatur l. diſſamari. C. de ingenuis, & manumifſ. ſecus ſi haberet ſpem remotam mutibilem l. 1. §. denuntiari de ventre inſpicien- do. Bald. in l. fin. num. 2. quib[us] reſ iu- di. non noceat, declarat Bartol. in l. iſ potest, colum. 3. ff. de acquirend. haſredit. Moderni in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de liber. & poſthu. Ripa in l ex facto. §. ſi quis ro- gatus, num. 45. ff. ad Trebellia. vbi- cumque enim agitur de tertii priu- ditio legitimationis materia eſt o- diosa, & reſtringenda, cap. 1. & 2. de filiis presbyter. in ſexto, Bru. confil. 15. num. 13. Ruin. conf. 99. num. 6. lib. 3. Cephal. conf. 23. n. 61. & conf. 276. nu. 38. & conf. 281. nu. 21.

45 Sexti limita, vi legitimatus prin- cipis reſcripto non excludat ſubſti- tutum, quando ſecundū communem vſum loquendi legitimus, quia diſpoſitio teſtatoris regulariter reſtringitur ſecundum communem vſum loquē- di. l. librorum. §. quod tamē. Caiſius. ff. de legat. 3. l. cum delanionis. §. aſi nam. ff. de fundo instru. llabeo, vbi Bart. ff. de ſup. leg. l. vt Alphenus. ff. de verbor. ſignificat. Paul. in l. fin. num. 5. C. de hiſ, qui veniam atq[ue] t[er]ris.

impētra. & in l. cum acutissimi. C/ de fideicommiss. Imola in l. ex fa- cto in princip. nume. 14. ff. de vulg. & pupill. & in l. ſt ita quis. §. is cui, de leg. 2. Barba. indiſta l. cum acut- iſſimi. num. 225. C. de fideicommiss. Alexand. conf. 25. num. 2. volumi. 1. Ripa in l. ex facto. §. ſi quis rogatus, nume. 44. ff. ad Trebellian. Decius conf. 52. & conf. 248. num. 10. & conf. 275. num. 5. & conf. 445. Gratus co- fil. 29. num. 49. lib. 2. Aymon, conf. 166. numero 10. Ludouicus de Mo- linā de Hispan. primogenit. lib. 3. ca- pit. 3. num. 32. Roland. conf. 83. num. 9. lib. 3. Rimin. Iunior, conf. 46. num. 43. Mant. diſto libro 11. titulo 10. nu- mero 27. Menoch. conf. 266. numer. 62. & numero 63. vbi poait requiſita in communi vſu loquendi, & latius diximus inſ. 2.

46 Septimō limita, niſi teſtator qui fideicommissum conſtituit, erat vir nobilis, & in dignitate conſtitutus tempore teſtamenſi, quia tunc legi- timatus non excludit ſubſtitutum, cum nō prafumatur teſtatorem no- bilem, & in dignitate conſtitutum voluſiſ ſuccedere ſuis in bonis na- tum ex illici to, ac damnato coitu. l. ex facto. §. ſi quis rogarus. ff. ad Tre- bellian. l. ſi qua illuſtris. C. ad or- fician. & in ſpecie hoc voluerunt Bal- dus, Salicet. Alexand. & alij in l. ge- neraliſter. §. cum autem. C. de inſtit. & ſubſtit. ſub conditio fact. Ang. in ſua diſputatione incip. nobilis qui- dam genere in 2. dubio. Burriſ in cap. per venerabilem, qui filii ſint legitimi, idem Alexand. conf. 25. nu- mero 6. & 7. conf. 67. nu. 5. & conf. 94. num. 1. lib. 1. Socin. l. Gallus. §. ſi eius, num. 1. ff. de liber. & poſthum. Decif. conf. 284. nume. 10. & conf. 425. num. 12. Ruin. conf. 27. nume. 6. & conf. 36. num. 7. et conf. 158. num. 8. lib. 1. et conf. 178. lib. 2. et conf. 77. num. 10. lib. 3. Brun. conf. 15. num. 10. G. at. reſponſo 29. nume. 15. libr. 2.

Ripa

Ripa in Lexfacto. §. si quis rogatus, nume. 44. ff. ad Trebellian. Gozad. conf. 29. nume. 3. Parif. conf. 1. nu. 41. & conf. 9. num. 47. & conf. 12. nume. 149. lib. 2. Bertrand. conf. 169. lib. 2. Tiraquell. in tract. de nobilitat. cap. 23. num. 15. Alciat. conf. 38. nu. 9. lib. 2. & responso 201. num. 52. Rimin. Senior. conf. 41. num. 8. & conf. 128. nume. 6. Berd. conf. 6. 4. nume. 10. lib. 1. & conf. 2. nume. 16. lib. 2. Socin. Iunior. conf. 77. nume. 24. lib. 3. Ludou. de Molina de Hispiorum primogeniis. lib. 3. cap. 3. nume. 30. Andreas Geyl. Agrippinas. lib. practic. obseruatio. cap. 1. §. 6. nume. 5. Roland. conf. 67. nume. 1. cum sequent. & num. 9. lib. 3. Cephal. conf. 82. num. 22. & cō fil. 111. num. 20. & conf. 117. num. 23. Rimin. Iunior. conf. 46. nu. 40. cum sequent lib. 1. Menoch. conf. 202. nu. 159. lib. 3.

47 Quod intelligunt Bald. conf. 203. & conf. 463. volum. 5. 1af. conf. 68. colum. 3. lib. 3. & Ripa. Parif. Tiraquell. Gratus. Alciat. Roland & Cēphal. in locis p. oxime citatis quando testator esset illustris. & rāte au thoritatis. vel dignitatis. quod esset sibi dedecus tales successores habere. quod iudicis arbitrio erit relin quendam. l. voluntatis. exurstio. de fideicommiss. in dicto d. §. si quis ro gatus. lib. ex dignitate. & voluptate. Mantica. dicto libro 11. tit. 10. nu mero 46.

48 Octauō limitatur dicta communis opinio. quod filius legitimatus excludat substitutum. nisi haeres gra tatus esset nobilis. vel in dignitate constitutus. sicut de testatore in pre cedenti limitatione dictum est. secundum. Alexand. in dicto conf. 2. co lmm. 2. volum. 1. Ruin. conf. 76. num. 2. volum. 3. Roland. d. conf. 67. nu. 10. lib. 3.

49 Sed vt notat Ang. in dicti dis putatione incip. quidam nobilis gene re. attēditur nobilitas testatoris gra

vantis. & non grāuati. quod edam tenent idem Angel. Imol. & Alex. sibi contrarius in Lexfacto. §. si quis rogatus. ff. ad Trebellian. quos se quitur Cephal. cōf. 333. nu. 4. & cōf. 493. nu. 26. lib. 4.

50 Nonō limita. nisi testator esset ho nes̄ vīt̄. & conuersationis. & ho norabilis cognationis. ita quod ei es set verecunda. si sua cognatio. siue domus deueniret ad bastardos. iam hoc casu licet. testator non esset no bilis. filius legitimatus non excludet substitutum. Bartol. & alij in dicta lex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Tre bellian. Décius. conf. 284. num. 10. & cōf. 425. num. 12. Ruin. conf. 161. num. 12. lib. 2. & conf. 76. num. 12. lib. 3. qui dicit. quidcum Bart. transfeuit ceteri scribētes. Brūn. conf. 15. quos sequitur Rolandus dicto consil. 67. num. 11.

51 Decimō limita. vt legitimatus excludat substitutum. nisi sit natus ex vilissima muliere. qui licet testator non sit nobilis. non videtur in hoc casu de tali filio legitimato sen sis. cum legitimatio censeatur pro hibita. l. humilem. C. de incest. nupt. Socin. Senior. conf. 112. num. 3. lib. 2. Cephal. conf. 442. nu. 18. lib. 3.

52 Undecimo limita. vt legitimatus excludat substitutum. nisi substitutus sit filius testatoris. quia non su perest persona. que ex pr̄sumpta voluntate defuncti sit potior. & magis dilecta. vt notat Bald. in conf. 347. num. 3. lib. 3. quem refert. & se quitur Mantica dicto lib. 11. titu. 10. num. 25.

53 Duodecimo limita. vt legitimatus per principem secularem non exclu dit Ecclesiā substitutam. vt notat Bald. in cap. in pr̄sentia. num. 35. de probatio. quem ibi sequitur Felio. num. 9. Ripa in lex facto. §. si quis ro gatus. nu. 46. ff. ad Trebellian. Cutti. Senior. conf. 35. & conf. 73. Tiraq. de priuilegio piz causx. priuilegio



Liber secundus praxis ciuillis,

94. Ludovic. de Molina de Hispano-
rum primogeniis, lib.3. cap.3. nume.
40. declarat Mant. d.lib. ii. titu. 10.
num. 26.

54 Decimotertio limita, nisi legitimi-
matus per rescriptum principis po-
tuit tempore legitimacionis ex sub-
sequenti matrimonio commode le-
gitimari, & de hoc non fuit facta mé-
tio, & dispositum in legitimacione:
vt probatur in authet. quib. mod. na-
tural. effici. legitimi. si si legitur li-
centia, colum. 6. vbi notat expresse
glos. in verbo permittimus, quam se
quuntur ibi Bart. num. 5. & Ang. nu-
mer. 10. idem tenet Bald. in cap. per
tuas, num. 5. de maiorit. & obediens.
& in cap. illud, num. 3 de præsump-
tio. Mat. fil. sing. 130. Ias. l. Galles. 6.
& quid si tatum in t. left. num. 107.
ff. de liber. & posthum. vbi hanc re-
statut communem, & ibi etiam Em-
manuel à Costa, num. 96. Couraru.
in epist. de spōl. 2. par. cap. 8. §. 9 nu-
m. 5. Greg. Lop. in l. 4. tit. 15. par. 4.
Pet. Dien. in regul. 350. ampliat. 16.
Tellus Fern. in l. 12. Tauri, num. 7.
Cabr. Rom. lib. 6. tit. de legit. concl.
l. viii. 37. Ludou. de Moli. d. lib. 3. c.
3. num. 39.

55 Decimoquarto limita, vt non pro-
cedat dicta communis opinio in suc-
cessione maioratus, in quo non exclu-
dit legitimatus principis rescripto ag-
natos, & cōsanguineos proximiores
vocatos, vt late probat Ludo. de Mo-
lina d.lib. 3. cap. 3. n. 3. cū pluribus se-
quent & tener Matic. lib. ii. titu. ii.
num. 4.

56 Decimoquinto limita dictam com-
monem cōclusionem, vt legitimatus
excludat substitutum, si ipse legitimi-
matus, & is de cuius successione tra-
statur, fuerint subiecti iurisditionis
principis legitimatis, alias non valeret
legitimatio, nec excluderer substitu-
tum, cum extra territorium effici
non possit. vt tener Ang. cons. 350.
num. 10. Curt. Senior. cōf. 65. num. 15.

Præposit. Alex. in cap. per venerabi-
lem. 6. quod autem, qui filii sint legi-
timi. Mant. dict. lib. ii. tit. 10. nu. 42.
cum alijs seq.

57 Decimosexto limita, & intellige,
vt ad exclusionem substituti non suffi-
ciat titulus, seu charta privilegij
legitimacionis, sed necesse est, vt
probetur filiatio, vt notat Aleiat. in
subr. de lib. & posthum. nu. 46. que
refert, & sequitur Mant. d.lib. ii. tit.
10. nu. 32.

EX 6. V.

SUMMARIUM:

2 Patria potestas constituitur per
oblationem curie.

DE PATRIA POTE:
state quam pater habet in filios
per oblationem Curie. §. V.

Q VARTO modo con-
stituitur patria potestas
per oblationē cu-
rie, nam si filius curie
tradatur, pater pro merito consequi-
tur patriam potestatem, & filius le-
gitimationem, vt hoc beneficio in-
vitentur homines ad offerendum li-
beros curiarum munerialibus, vt in §.
fi. vbi Doctores instit. de nupt. & in
aut. hent. quib. mod. natural. effici. §.
si quis legitur, collat. 7. l. 3. §. i. de De-
cario. l. 5. tit. 15. part. 4. Bart. & Ang.
in l. communum. C. de naturalib. li-
ber. sed hodie hac legitimatio non
est in usu, vt testantur Bald. in l. i.
C. de iure aure auro. Arg. Aretin:
confil. 17. nu. m. 5. Vuesenberg. in
dicto §. fina. nume. 2. inst. de nupt;
Gregorius Lop. in distal. 5.
verbo, *A la
Corse.*

EX

EX §. VI.

SUMMARY.

- 1 Patria potestas constituitur per arrogationem.
- 2 Filio arrogato potest fieri substitutio pupillares, cum sit in potestate arrogantis.

DE PATRIA POTESTATE quam pater habet in filios per arrogationem. §.VI.

QVINTO modo constituitur patria potestis per arrogationem: nam filius arrogatus, & eius liberi transiunt in arrogantis potestatem. 1. si pater familiæ, si de adoptio, l. cum in adoptiis. §. fin. ff. de eodem titulo. §. illud, inst. eodem. l. 7. tit. 16. part. 4. quod secus est in filio adoptato: nam arrogatio filii de eo, qui sibi iuris est, & ideo non arrogatis potestat intrahere potest. l. 1. ff. de adoptio. dicta l. cum in adoptiis, eodem titulo adopto vero sit de filio familiæ, qui sub patris potestate est, ideo non potest mutare patriam potestatem, nec in adoptatis potestatem transire, nisi ab uno, vel ab alio ascendeatur ad adoptatus. dicta l. si pater familiæ, l. arrogato patre. ff. de adoptio. dicta l. cu in adoptiis §. si vero pater naturalis. C. eodem titulo. §. illud. §. sed hodie. §. in primis inst. i. eodem titulo. §. sed eti pater, insit. quib. mod. ius patriæ potest, solvit. l. 9. titulo. 16. part. 4.

Hinc est, quod filio arrogato potest fieri substitutio pupillaris, cum sit in potestate arrogantis, & non filio adoptato, qui est extra adoptantis potestatem. l. si arrogator. ff. de adoptio. l. sed eti plures. §. in arrogato. ff. de vulg. & pupillari sub-

stit. l. 9. tit. 5. part. 6. tradit Ioan. à Rojas in epit. successio. cap. 16. n. m. 18. vbi accumulat omnes differentias in ter adoptionem, & arrogationem.

EX §. VII.

SUMMARY.

- 1 Patria potestas constituitur per revocationem in patrem potestatem, ingratiudinis causa.
- 2 Patria potestas constituitur per sententiam latam inter patrem, & filium super hac actione.

DE PATRIA POTESTATE quam pater habet in filios per revocationem, ingratiudinis causa.

SEXTO modo constituitur patria potestis per revocationem in patrem potestatem in gratitudinis causa: nam si filius fuit emancipatus a patre, & cōta eum committi aliquā in gratitudinis causam ex his, ex quibus ex heredari potest tunc tanquam ingratu rediūtur ad patris potestatem, vt in auth. vt cum de appellatione cognoscitur & causas, collat. 8. Barto. in l. Diuus. ff. ad l. Pomp. de patr. l. 1. C. de liber. & eorum liber. l. 4. tit. 17. par. 4. l. 19. tit. 18. eadem part. l. 1. tit. 15. part. 2. vbi Greg. & ad hoc datur parti contra filium actio, quæ dicitur ingrati secundum Nicasi. num. 169. & Ioan. Crisp. numero 174. in arbore actio-num.

Est tamē aduentendum, quod talis filius emancipatus ingratu reducitur in patrem potestatem, quando emancipatio fuit facta a patre volūtariè: nati si cogeretur emancipare in casibus, in quibus de iure cogi potest, quos cōgerant glōs. & Docto- res in §. fina. inst. quib. mod. ius pa-

Liber secundus praxis ciuilis,

trix potest. solnit. & l. 18. titu. 18. par.
4. vbi Gregor. tunc per ingratitudi-
nem filius non reuocatur in patriam
potestate. l. si quis hac lego. ff. qui,
& à quibus, & post Guiliel. & Ioā.
d. Platea, notat Creger. ind. L. 19. ti-
tulo 18. part 4. Ioan. Orofci in l. qui
liberatus, num 5. ff. de adoptio. Ant.
de Lara in l. si quis à liberis. 5. si quis
ex his, num. 12. ff. de liber. agnos.

EX §. VIII.

S U M M A R I A.

1. **F**ilius emancipatus ingratis re-
ducitur iterum in patriam
potestatem.

2. **S**ententia latam inter patrem & filium
super patria potestate non tantum
facit suspirare eos, sed etiam quo ad
alios.

3. **S**ententia translatia in rem iudica-
torum pro veritate habetur.

D E P A T R I A P O T E-
state, quam pater habet in filios
per sententiam latam inter pa-
trem & filium virtute huius
actionis.

1. **S**E P T I M O modo constituitur
patria potestas per sententiam in-
ter patrem & filium latam huius
actionis vi tute. Lingenuum, vbi Do-
stores. ff. de statu. homi. & in §. pre-
iudiciles, institut. de action. & ex-
preffe probat. l. 4. titulo 17. partita 4.

2. **Q**uod sententia non solum facit ius
inter patrem & filium, sed quoad om-
nes. l. 1. §. fin. cum l. se. quent. ff. de li-
ber. agnos. cend. notant Cin. & Bald.
numer. 2. in dicta l. ingenuum. ff. de
statu homi. Imol. Alex. & alij in l.
sæpe ff. de re iudic. Anton. Natta in
conf. 537. num. 35. volum. 3. Couarru.
in epist. de spons. 2. part. cap. 8. §. 3. nu-

me. 12. Oros. ei qui hanc testatur cō-
munem opinionem in l. filium, ru-
me. 28. ff. de his, qui sunt sui, vel alie-
ni iur. quod intellige concurrentibus
his, quz infra in §. h. dicemus.

3. **S**ententia enim quz transiuit in rē
iudicata pro veritate habetur. l. res
iudicata. ff. de reg. iur. dicta Ling-
nuum. ff. de statu hominum, vbi Do-
stores, & facit ius irretractabile in-
ter partes. l. eleg. atque. 5. si quis post.
ff. de condition. indebiti, & dicitur
altera natura, quia originem creat. l.
1. in fine, cum duab. sequentib. ff. de
liber. agnos. & naturalia vincula san-
guinis mutat, vt notant post Bald. An-
ton. Natta conf. 524. colum. 2. Curt.
Jun. conf. 177. colum. 5. Craueta cōf.
72. colum. 2. Bero. conf. 127. colum.
4. lib. 1. Roland. conf. 83. nume. 15. li-
bro 1. & consilio 6. numero 16. & 17.
lib. 3. Rimini. lun. conf. 194. numer. 1.
lib. 2.

EX §. IX.

S U M M A R I A.

1. **P**atria potestas plures partis effe-
ctus, quos enumerat au-
tor.

2. **P**ater si modum excessis in corrige-
do filio, punitur non tanquam do-
losus, sed tanquam culposus.

3. **P**a: er si usus fuerit nimia asperita-
te contra filium, & modum excess-
sit in correccione, cogendus est euno
emancipare.

4. **S**uperiores quibus permisso est cor-
reccio exceedingendo modum, efficien-
tur indigni superioritate, & do-
minio.

5. **E**xcedens moderatam castigationem
punitur iudit arbitrio.

6. **S**ubditi possunt de facto superiori-
bus excedentiibus resistere, quia ex-
cedendo reputantur tanquam pri-
uati & excusati.

7. **R**esistenta quando & quibus perso-
nis est permisso.

§ Cor-

- 8 *Correccio quanto presupponit dolū, & in quibus easibus.*
 conjecturam.*
- 76 *Coniecturis deficiemib; bona pra-
 sumuntur adquisita ex bonis pa-
 tris.*
- 77 *Allegans exceptionem tenetur pro-
 bar eam.*
- 78 *Presumptio tollit alteram presump-
 tionem.*
- 79 *Filius si aparet aliquid lucresse
 ex bonis patris antolutum censeatur
 profectum.*
- 80 *Filius si sit in obsequio patris &
 negotiis nomine patris an possit pe-
 tere salarium.*

Liber secundus praxis ciuilis,

- 81 Filius si aliquid acquisiuit ex re patris & ex sua ipsius industria, an deinceps conferre alijs fratribus.
- 82 Filius si aliquid acquisiuit ex re paterna & sua industria indubio diuidi debet lucrum.
- 83 Filius negocean: pecuniam patris suo ipsius periculo & nomine, nihil conferre debet fratribus.
- 84 Re iustitio patris requiritur in negotiis factis per filium nomine patris.
- 85 Filius si fuisse in fratribus & diligenter mercator presumens in de sua industria & nolens conferre debet.
- 86 Premium indubio presumitur solus in propria soluente pecunia.
- 87 Quaque in communione nomine censeatur empium nisi quando, ita non sicut fuisse in imperio & videretur.
- 88 Bona acquisita ex ultimis voluntatibus ac indubio presumatur aduentitia vel profectus.
- 89 Dos ab excusato data filia contemplatione eius patris computatur in legitimā quā a patre habere debet.
- 90 Relictam vel donatum contemplatione filij appellatur aduentilium & iusfructus patris quarinatur.
- 91 In dubio filius presumitur in institutis contemplatione propria & non patris.
- 92 Legatum presumitur factum favore legatus indubio.
- 93 Relictam ab avo nepoti dicuntur ad uenitium & non profectum.
- 94 Legato si si adiecta onus quod equale at ipsi legato legatum presumitur factū contemplatione honestis.
- 95 Testator legans creditori suo aliquid si equales debito presumitur cōpēnitatio, si excedit securus.
- 96 Legatum factū filio si in patris potestate maneat magis patri, quam filio videatur factū legatum.
- 97 Legatum presumitur factū falso re illius, cum quo legatus habuisse debet ex dispositione testatoria.
- 98 Legatum relictum causa comorantis cum agros inserviūt quanto id
- 99 pere comorari debeat:
- 99 Legatum relictum ut eū aliquo comoret si legatarius ex aliquo iusta causa comorare non potest an valens legatum.
- 100 Legatum relictum sub cōmemoratione patris cēsetur relictū cōtemplatione patris.
- 101 Relicta servitio prediali cēsetur legata contemplatione patris licet de illo nulla sit facta mentio.
- 102 Quanto aliorū sit contemplatione alterius debet inspicere illud eius contemplatione sit.
- 103 Donata uxori per consanguineos viri cēsetur donata cōtemplatione viri.
- 104 Donata spōle & consanguineis spōsū cēsetur donata contemplatione spōsū.
- 105 Donata uxori & consanguineis communib⁹ viri & uxoris eius contemplatione cēsetur.
- 106 Altis presumitur ex causa magis principali & propinquā.
- 107 Annus donatis presumitur magis liberalitatis consuetudinē & proximiorem personam.
- 108 Bona donata viro & uxori durate matrimonio efficiuntur propter illius cui donata sunt.
- 109 Legatum cēsetur factū cōtemplatione illius qui magis cōsultus est testatoris.
- 110 Fortior presumptio solitus alii presumptionem.
- 111 Filias magis proximior est patri, quam nepos etiam magis dicitur.
- 112 Opinio Alexandr⁹ sibi mes cōsideraria.
- 113 Legatum factū ab avo nepoti dicuntur profectum.
- 114 In constitutione donis quando est factū menio filij taliter quod eius contemplatione nepotem donasset, presumitur eius cōtemplatione fecisse.
- 115 Filius si est pauper & pater donauit nepotem presumitur contemplatione paupertatis filij donare.
- 116 Pater si est dives & annus donauerit nepotem non presumitur donasse contemplatione patris.
- 117 Annus antenescitur doctore nepotem quando filius est dives.

De exercit. pract. actio. Cap.I.

31

- 128 *Donatio etenim facta contemplatione illius quem donator magis diligebat.*
- 129 *Dispositio incremento habet etiam locum in mulcere amico.*
- 130 *Donatio in dubio presumitur facta contemplatione illius cui plurima merita erga donatorem adsumuntur.*
- 127 *Donatio propter merita facta mater, vel exori quando venientem munecanda.*
- 122 *Donatio remuneratoria non est propria donatio, sed remuneratio.*
- 123 *Donatio illi soli acquiritur cuius contemplatione donatio facta fuisse.*
- 124 *Filius emancipatus si aliquid latratus fuerit ex pecunia patris discitur aduenientium, & non compundendum in legismam.*
- 125 *Vsusfructus debetur patris ratione patrie potestatis.*
- 126 *Pater in premium emancipationis habet medietatem vsusfructus bonorum acquisitorum ante emancipationem.*

DE PATRIA POTES-

tate quam pater habet in filio;
ut quis quid acquirat ipsi patrem acquirant. §. XIII.

QUARTVS effectus patris potestatis est, quod quidquid filius acquirit patri acquirit. l. placet. ff. de acquir. hæred. l. 1. §. 1. ff. si quis a parente fuerit manu. l. cum filio. ff. de legat. l. 1. cum opportet in principio. C. de bonis quæ liberis. l. 2. C. de patria potestate. §. 1. institut. per quas personas nobis acquiritur Doctores in his locis, & in l. 1. C. qui admitti, & in l. seruum filij. ff. de legatis & & in §. his autem institut. de patria potestate. l. spon in l. quoniam. numero 5. C. de testament. & in l. qui in aliena, numero 10. ff. de acquirend. hæredit. & in l. qui in cipiitate, numero 2.

ff. de verborum obligationib. Cleps. de patria potestate effectu secundo, numero 1. l. 5. titulo 17. partita 4. vbi Greg. Lop.

Quæ acquisitione fit patri etiam ignoranti, & invito, letiam inuitis. ff. de acquirendo rerum dominio. l. scilicet uterante. ff. de verborum obligatio- nis. item vobis, vbi Doctores instiuta, per quas personas nobis acquiretur.

Et aduerte, quod dicta acquisitione que fit patri invito, & ignoranti debet intelligi in acquisitionibus mere lucrativis in quibus adhuc acquisitione fit commutabiliter, & revocabiliter secus in successionibus que habent mixturam honeris, vbi acquisitione non fit invito, vt notant Alexan. Aretin. & Cagnol. in Linuito. ff. de regulis iutis, idem Cagno. l. 1. num. 5. C. qui admitti, vbi Bolognetus numer. 30. & latius Camilla, Plauti in versi si ratam, numero 1. cum pluribus sequentibus, qui per regulas, & fallentias hoc declarat.

Et adeo res acquisita per filium patri acquiritur, vt nec momento apud filium resideat licet prius filio acquiratur, & ex eius persona patri, dicta l. placet. ff. de acquir. hæred. l. qui liberis. §. hæc verba. ff. de vulgar. & pupill. declarat Cagnol. indicata l. 1. numero 6. cum alijs sequentibus. C. qui admitti, & in l. frater à fratre, numero 176. post Bartolus ibi in questione. ff. de conditione indebiti, & Doctores maxime Arétinus, & Bolognetus in l. cum filio. ff. de legat. l.

Hinc est, quod non valet donatione inter patrem & filium, vt dictum est quidquid filius acquirit regulariter patrem acquirit, & impossibile est iuriis impossibilitate, quod pater aliquid possit filio donare, ita vt domini in illum transferatur cū, & neque momento apud ipsum remane re pos sit, sed illico ad patrem do nantegi

dominem revertatur. I. donatione quae parentes. C. de donatio. inter vi-
tum, & vxorem, vbi Doctores, Albe-
ricus, qui hanc testatur communem
in l si pater in principio. C. de inc-
ficiose testamento. dicitur etiam co-
mune Parisius consilio t6. numero
19. libro 2. & Iulius Clarus liber 4.
recepta. sentent. 6. dominio. questio-
ne 8. & Clem dicit 2. effectu. nume-
to 2. & de hoc latius in suo loco in-
fra d'cam.

6 Et nota quod in tantum procedit
dictare regula, quod a: quisita per filium
acquirantur patri, ut extendatur ad
naturalem obligacionem, que etiam
pari per filium que: itur, ut rotant
glos. Bartol. Castrense. Seueri. Socin.
Iason. & communiter Doctores in
dicti l. frater à fratre. §. quæsitum. ff.
de condition. indebiti vbi Cagnol.
numero 169. testatur hanc esse com-
munem opin.

7 Quod primo intellige in acquisitione
bus de iure naturali secundario
non autem de iure naturali prime-
rio quo omnes erant liberi, & sui iu-
ris, ut adduxerunt Fulgos. Seuerin. So-
cin. Iason. & Cagnol. numero 170. indi-
cta l. frater à fratre. ff. de condition.
indebiti, quia ciuiliis ratio naturalem
tollebat, aut corrumpere non potest.
l. 2. ff. de usufructu, & earum rerum
que: usu consum. §. fin. instit. de usu-
fructu.

8 Secundo intellige, quando talis
naturalis obligatio filio que: itur ab
extraeo, vel ab alio fratre, vt in dicta
l. frater à fratre, nam tunc pari
queritur, ut dictum est, secus quando
directo queritur filio ab ipso pa-
tre dicta l. frater à fratre, veri contra
si pater, vbi notat glos. magna ad fi-
nem, quam ibi sequuntur communite-
ter Doctores, & Ferdi. Loaz in re-
per. l. si filius fami. §. Diui, numero
103. ff. deleg. l. Tiraquel. de vitroque
renat. prima parte. §. 1. glossa 9. nu-
mero 66.

9 Et quia dicta regula, & conclusio
restringitur hodie in bonis profecti-
ti pleno iure, & in adie tunc quo
ad usufructum, vi in l. cum oportet.
C. de bonis que liber, ideo pro
huius restrictionis declaratione pra:
supponendum est, quod peculium li-
cer in duo genera soleat dividiri, &
aliud dicatur Castrense aliud pagi-
num tamen quia: utramque horum
rursum in duas dividitur species di-
cendum est, secundum communem
sententiam quod peculium est qua-
druplicem, scilicet castrense, quasi ca-
strense, profectum, & aduentu-
tum.

10 Castrense autem peculium dici-
tur quicquid in castris acquiritur,
vel quod in militiā proficiens fi-
lio familias datur, aut quod occasio-
ne militiz quæsitum est. l. si forte. l.
l. castrense peculium l. hereditate,
in principio. ff. de castrense peculio.
l. si filius. C. famili. erciscudz. l. 2. ti-
tulo 2. partita 3. l. 6 & 7. titulo 17.
part. 4.

11 Quasi castrē peculium est, quod
filios familias administrationem de pu-
blico habenti ex officio obuenit, &
quod magistri aitium, medici, cleri-
ci, & aduocati undecumque ex pu-
blico salario acquirunt, vel ex dona-
tione facta à rege de rebus eius, vel
regni. l. simili. C. & de inofficio te-
flament. l. cum oportet. C. de bonis
que liber. l. ultima. C. de adunat. l.
velut C. de assessor. l. cum antiquis.
§. 1. l. cum multa ff. de bonis libertat;
§. 1. instit. de milit. testa. Doctores in
dicta l. finali. C. de inofficio testa-
ment. & in l. fori. C. de aduocat. di-
versor. iudi. & in §. 1. instit. per quas
person. nobis acquiri. dicta l. 2. titulo
2. partita 3. & l. 7. titulo 17. partit. 4.
Que latius declarant que sint bona,
quasi castrensis, & extendunt ad ea,
que acquiruntur per notarios, seu ta-
heliones, quod tantum procedunt in
salarialijs que dicti notarij acquirunt

de publico secundum Greg. Lopez: illa dicta l. 2. verbo; *Los escrivanos, & los dicta l. 7. verbo, Ca los escrivanos del Rey, post Baldus in dicta l. cu[m] oportet, in principio. C. de bonis, que liber, & sentir glos. in dicta l. fina verbo, memorabilibus. C. de inoffic. testamēt. quam ad hoc referit, & se-quitur in Casl. in dicto §. 1. nume 4. instit. per quas person. nobis acquir. quos clare colligitur, ex dicta l. 7. titu-
lo 17. que hoc extendit ad alios similes officiales, ibi: *E lo q dianosotros, qualesquier de la maneras**

12. Et est aduertendum, quod salario aduocatorum hodie dicuntur, quas caſtrenſis licet non inveniunt de publico cb, quia ſucceſſerent loco illorum quia antiquitus dabantur de publico ſecundum Bald. in dicta licet oportet, in principio, claram 1. de bonis que liberis, quem refert, & sequitur Gregorius Lopez in dicta l. 2. titulo 2. partia tertia verbo; *En las ef- cuelas de la Reyna, q mea mordida*

13. In his autem bonis caſtrenib[us], vel quas caſtrenib[us] filii n[on] faci-
cunt patr[is] eriam quo ad uolumen-
dum, dicta l. cu[m] oportet, in principio, verbi exceptis. C. de bonis que
liberis. §. 1. instit. per quas person. no-
bis acquir. dicta l. 2. titulo 2. partia
11. 6. & 7. titulo 17. partia 4. Eratio-
ne est, quia in hoc peculio caſtren-
ſi, vel quas filii habetur proprie-
familias l. 2. ff. ad Macedon. in l. 2. &
3. Vbi Toini de Pinal C. de caſtren-
ſi. Peculii lib. 2. & ita in hoc caſ-
trenſi fallit regula quam ex hoc efficitu-
ſi p[ro]p[ri]a deciuimus, & plura inferen-
tur quia in his effectibus deciu-
mus.

14. Profeſſitium peculium est, quas filii familias ex libib[us] a vel horre
parti; vel ex eius facto occasione,
vel contemplatione libiſſent t[em]p[or]e
plures. Vbi Toini de Pinal C. de
peculii lib. 2. 1. veluti fanciū 4. libro
per quas person. nobis acqui. l. 2. lib.

5. sociis. ff. pro socio. l. 1. & l. 2. lib. 1. cendio. ruin. naufrag. l. pedis. lib. 1.
eod. tit.

15. Et haec bona profeſſitia acquisiſit per filium pleno iure quo ad denar-
num, & proprietatem cum v[er]biſſim
etu queruntur patri, ut probant p[ro]p-
dicta iura. Leu. mortis. C. de bonis que
liberis, vbi Doctores, & indicati
§. 1. instit. per quas person. nobis ac-
qui. Cointens consilio 235. libro 1. 88
consilio 258. eodem libro, & consilio
54. numero 9. & consilio 39. numero
6. & consilio 2. 28. humero 1. libro 40
& consilio 130. numero 1. libro 2. &
consilio 152. numero 2. libro 3. Tita-
nique, de retract. §. 1. glossa 9. Cleſtus
de patr[is] potest. effectu. 2. numero 2.
& probat exprefſe; dicta l. 5. titulo
17. partia 4. de iure enim, aut anti-
quo, ut dictum est omnia patr[is] per fi-
lium querelantur, dicta l. placet. ff.
de acq[ui]renda haec editate. l. cu[m] fi-
lio. ff. de legatis. l. dicto §. 1. instit. per
quas person. nobis acquir. & cum sit
huiusmodi p[ro]p[ri]etati, nihil sit ho-
die per voluntaria immutare in t[em]p[or]e
ligitur id antiquitatis legum regulis
relictum esse. l. praeſipimus C. de ap-
pellat. cum alijs.

16. Ex quo inferitur, quod peculium, hoc profeſſitium post mortem patr[is] est cum alijs fratrib[us] commu-
nicandum. glossa & Doctores in di-
cta l. cu[m] oportet. C. de bonis que lib-
eris, & hanc testatur con munere
opinione viui. recept. sentent. libi-
1. verbo, filius familias op. 116. dicta l.
titulo 17 partia 4. vbi Gregorius Lopez.

17. Limita tamen dictam regulam, &
conclusionem, quod bona profeſſitia
acquisiſit per filium pleno iure qua-
rentur patr[is]. ut procedat quando fili-
lius patris nomine negotiatur le-
gatus si suo nomine, cuius tunc pro di-
midit quarti patr[is]; & propria d[omi]ni
dia filii, ut infra isto. §. late dicimus
in peculio aduentio.

58 . Liber secundus praxis ciuillis,

Secundo limita, nisi filius aliquam rem effet acquisituras alia ratione, quia tunc non acquirit pari, l. profectitia versiculo si pater, ff. de iure doti notat Nicol. in dict. §. 1. numer. 4. insti. per quas person. nobis acquir.

19 Tertio limita, vt non procedat in illicite acquisitis, quæ patrī non acquiruntur, nec post eius mortem cū fratribus veniūt communicād.l. quod seruus vbi cōmuniter doct, ff. de acqui. possēsio. & Docto. in l. cum oportet. C. de bonisque liber. Ioan. Andræ in additioni. ad specul. in titulo de actio. Socio. in l. Gallus. §. & quid si tantum numer 3. ff. de liber. & posthum. Rimii. in dict. §. 1. numer. 77. cum seq. & numer. 90. & 130. insti. per quas person. nobis acqui. Clem. de patria potest. effectu 2. numer. 16. & idem in acquisitione serui. & Monachi dicemus in addi-
tionē sequenti vbi declarauimus quæ sint genera illicite acquisitorum.

20 Aduenticium peculium est, quod filiofamilias ex operis, vel la-
boribus suis industria, vel fortuna ouentum est, quod pertinet patri quoad vsum fructum, & filio quoad dominium, & proprietatem dict. l. cum oportet. C. de bonis quæ lib-
er. dict. §. 1. insti. per quas person. nobis acqui. l. c. titulo 17. partit. 4. l. 24. titulo 13. parti. 5. Doct. cōmuni-
ter in dict. l. c. oportet, & in dict.
§. 1. & in l. 1. §. nec Castrenz. C. de collatio. bonorum Bald. inauthenti.
ex testamento. C. de collatio Paul. in l. illu¹. C. eodem titulo Corne.
consilio 27. numer. 9. & consil.
79. numer. tertio, & consilio 130.
numero secundo libr. secundo, &
consilio 105. numero primo, & con-
silio 152. in princ. & consilio 213.
numero quinto, & consilio 285 nu-
mero 17. libro tertio, vbi hanc testia
tur cōmmanem Guido Papa quæ-

sione 144. numero tertio Boeri.
quæsitione 61. numero primo. Ro-
ma. Sing. 309. & 147. Bello. consil.
62. numero primo, Parisi. consilio
129. numero querro, libro primo Ro-
land. consilio 95. numero 45. lib. pri-
mo Clem. dict. effectu 27. qui testia-
tur de cōmuni dicit etiam cōmune
Viui. in suis cōmuni. opin. opinione
138. lib. 1.

Ex omni enim causa aduictitia filius
abi acquirit quoad dominium & pro-
prietatem, & acquisita per eum non
communicantur post mortem pa-
tris cum fratribus: sed sunt preci-
puz ipsius filij quæ aacquisivit. l. fi.
C. de collatio. l. vt liberis eod. titul.
d. §. 1. insti. per quas person. nobis
acqui. dict. l. 5. tit. 17. part. 4. docto.
proxime citati. Roma. consil. 3. Grat.
consil. 104. numer. 11. lib. 2. Bertrand.
consil. 284. num. 2. lib. 5. Beroi. consil.
161. nu. 23. lib. 2.

21 Sed vsumfructum bonorum ad-
uentiorum quem pater habet tene-
tur filius post patris obitum cum fra-
tribus conferre sicut peculium pro-
feditum, vt dicta iura probant & ci-
tati docto. notant.

22 Eaduerte quod dictus vsumfru-
ctus quæritur patri in omnibus bo-
nis aduentorijs tanq. in pecunij merci-
bus & rebus alijs. mobilibus, quam
immobilibus & sermonibz in qui-
bus constitui potest vsumfructus iux-
ta eaque plene habentur per totum
fere. ff. de vsumfructu & earum re-
rum quæ vsum consumuntur, & in §.
constituitur cum sequentib. insti. de
vsumfructu. & in l. 1. C. de vsum. &
habitatione & in l. 2. & 3. & in l. gene-
rali. §. vxerl cum alijs. ff. de vsumfra-
ctu legato Parisi. consil. 129. num.
6. lib. 1. Clem. dict. effectu 2. num.
40. qui hoc aducit pro ampliatione
ad supradictam conclusionem cum
alijs ampliationibus a numero 34.
cum alijs sequentib. per eum tra-
ditis.

Sint

hoc adducit pro ampliatione ad supradictam conclusionem cum alijs ampliationibus a nume. 34. cum alijs seq per eum traditis.

23 Sunt tamen plures casus in quibus pater in bonis aduentitijs non habet vsumfructum, nec filius patre mortuo tenetur cum fratribus conferre quorum, primus est quando pater remisit, vel donavit vsumfructum bonorum aduentiorum filio: nam talis remissio, vel donatio valet, & vsumfructus cum proprietate consolidatur. L. cum oportet. §. sin autem res. C. de bonis quæ liberis, vbi Doctores, Bar. quem sequuntur ibi s. ribetes in duodecima quæstione in l. frater à fratre. ff. de cōdictio. in debiti, vbi Ias. & Ioannis Crotus in quarta ampliatione, & Cagnolus, numero 335. testantur h̄c esse communem opinionem. Alexáder, cōsilio 138. columna 2. libro quinto. Baldus in authenticā ex testamento, columna 8. C. de collat. Corneus cōsilio 285. columna 4. Parisius cōsilio 130. numero 12. & 1. libro 1. Clemēt. disto effēctu 2. num. 31. Anto. Gomez in l. 48. Tau. nn. 9.

24 Quid etiam procedit in remissio ne tacita fūcta à patre quādo viens pater permisit filium de bonis aduentitijs percipere vsumfructum, quia cēsetur pater filio donasse. L. cum oportet. §. sin autem, vbi Bart. Baldus, Sa lyce. & Paul. notant. C. de bonis quæ liber. idem Baldus, & Angelus in l. 14. C. de inofficiis. donatio. Alex. cōsili. 138. num. 3. lib. 5. Ias. Crot. & Cognol. nu. 335. in d. l. frater à fratre. Corneus consil. 235. nume. 8. & cōsilio 285 numero 22. lib. 1. & cōs. 130. num. 7. lib. 2. & consil. 152. num. 3. libro 3. Rui. consilio 23. num. 57. Aymon consil. 39. nu. 2. Parisius cōsilio 130. numero 7. cū sequēt. qui hanc dicit veriorem opinionem Neuiz. qui h̄c testatur com munem, cōsilio 76. numero 11. Bero ius cōsilio 139. numero vigesimo se-

cundo, libro secundo, & cōsilio 140. numero 13. eodem libro Baldus No uellus qui h̄c etiam dicit communem in tractatu de dote. 6. parte. 36. priuilegio, versiculo, multo magis. Antonius Gomez ip̄ dicta lege 48. numero 10. Beccius cōsilio 113. numero 29. Clemēt. qui etiam testatur de communi dicto secundo effēctu, numero 31. cum sequēt. qui tenent, quod patre mortuo nō tenetur filius dictos fructus conferre licet sī ex cessiū ex quo Anton. Gomez loco citato hunc excessum extendit vtra tra tertiam, & quintam partem bonorum, v̄r̄ ibi declarat, quia nō est propriā donatio de bonis, & patrimonio patris, sed quādam resūratio, & remissio iuris sibi cōpetētis, quod intellige si pater nō reuocauerit dictā tacitam remissionem, quia tunc eius morte conformatur, secus autem si eam reuocauerit, quia post reuocationem teneretur filius fructus perceptos conferre dicta lex cum oportet. §. sin autem. C. de bonis quæ liberis, vbi notat Doctores, & tenent plures alij ex proximis cītatis, & testantur communem. Iulius Clarus libro quarto, recep. sentent §. donatio. quæ sīone 8.

25 Secundus casus in quo pater non habet vsumfructum in bonis aduentitijs filii est, quando aliquid est filio relictum, vel donatum eo pater, vt pater vsumfructum nō habeat d. l. cum oportet, authent. excipitur. C. de bonis quæ liberis. l. si vsumfructus. §. si ita. ff. quādo dies leg. cedar authent. vt liceat matri, & auīz in princ. collat. 8. per quem texius extendit dispositio. d. authent. excipitur ad recta à quacūq; persona licet loquatur de hereditate relicta à parentibus, vbi notant Doctores, & Mā tua sing. ss.

26 Quod etiam extende in eo, quod relictum est à matre filio, v̄r̄ legiūmā in quo potest prohibēre

Liber secundus praxis ciuiliſ.

vſumfructum patri querēdum ratio
ne patrī potestatis, vt in dicta au
thentica, vt liceat matri, & auix in
rubrica, & in p. incipio, collatione 8.
& tenet Bartol. in tractatu de duobus
fratribus, quæſtione septima, idē
Bartulus, Angelus, Cumanus, Ful
gol. Paulus, Caſtreñs. & Corneus in
dicta auſtentica excipitur, Crotus li
mitatione nona, quæſtione 12. Cagn
ol. numero 346. in dicta lege frater
à fratre. ff. de conditione indebiti.
Bertrandus consilio 3. in fine, libro
I. Ruinus numero 17. & Emanuel à
Costa, numero 90. in I. Gallus. §. &
quid si tantum. ff. de liber. & posth.
qui hāc testatur magis communem
opinione. Suarez in I. quoniam in
prioribus limitatio. I. Antonius Go
mez in I. 48. Tauri, numero 11. qui
plures allegat, quod etiam extēdit
Emanuel à Costa loco proximū ci
tato, num. 91. siue filius maior, siue mi
nor fuerit.

27. Exiēde etiam diſpoſitionēm dictę
authenticę excipitur, vt habeat locū
etiam in prohibitione tacita, vt ibi
notant Doſlores, & tenent Bartho
lus in lege ſi vſuſructus. §. ſi ita. ff.
quādo dies legat. cedat Cuma. num.
7. Caſtreñs. numero 18. Aretinus nu
mero 4. in I. filioſamilias. ff. de lega
tis i. Cagnol. in I. frater à fratre, nu
mero 346. ff. de cōdi. in debiti. Becc.
consilio 97. num. 15. vbi hāc dicit cō
mu. op.

28. Tertius casus eſt, qui ex præcedē
ti extēſione videtur manere in quo
patrī nō queritur vſuſructus in ad
uentitiis, quādo pater fuit grauatus
bona ſibi relicta filio testituere ſecū
cūdum Bartolum in d. vſuſructus.
§. ſi ita. ff. quādo dies leg. cedat, quod
tenet etiam Cuma. Caſtreñs. & Aie
tinus in dicto filioſamilias. ff. de lega
tis i. Decius cōſilio 38. Crotus quæ
ſtione 11. & Cagnolus numero 168.
in dicta lege frater à fratre, & Becc.
cius dicto cōſilio 97. numero 13. nam

quādo aliiquid relinquitur filio, vt ip
ſi filio ſoluatur videtur relinquēre vel
le, vt patri nō queratur vſuſructus,
& proprietatem, & vſumfructū fi
lio reſtituat, vt prædicti DD. notant
cum verbum reſtituere ſignificet ple
nam reſtitutionem. I. videamus. §. in
ſauiana de vſuſr. notant laſon nume
ro 150. cum ſequentiibus. Sōnius nu
mero trigesimo primo. Ripa numero
ſexagesimo octauo, in dicta lege cū
filioſamilias. ff. de legatis primo, &
Beccius dicto consilio nonagesimo
septimo, num. 14.

29. Quartus casus qui ex eadem ra
tione exit in quo pater non habet
vſumfructum eſt, quādo filioſamili
as eſt institutus hæres vniuersali
ter ab aliquo, & ab eo eſt reſtitutum
patrī legatum annuum aliciuſ ſum
mz: nam vſuſructus huius heredi
tatis aduētitia non queritur patrī ſe
cūdum Iacobum Madel. Aluen. cō
ſili 100. quem ſequitur Burſatiſ con
ſilio centesimo vigesimo primo, nu
mero decimoſeptimo, mox princi
cipaliter, quia dictum legatum an
num, & præſtatio totius vſuſructuſ
evidetur duo penitus contraria
reſpectu eiusdem perſone. quia non
poſſunt ambo ſimiliter contingere in ea
dem perſona ſicut dicitur de vſuſructuſ
ſtu cauſali, & vſuſructuſ formali, &
per gloss. in princip. verbo, eſt ius
inſtit. de vſuſructuſ, tradit Bartho
lus in II. prim. colum. ſecunda. ff. de
conditionibus, ex lege nam quem
ſine liberis. ff. de verborum ſignifi
catione, & probat etiam hanc opini
onem per argumentum à deſtru
ctione conſequentiis ad deſtructio
nem antecedentiis. I. vbigloſſa, ver
bo, non poſſunt. C. de delatoribus, li
bro decimo, dicens, quod ſi in hoc
caſu admittieretur intentio patris pe
tentis legatum, & vſumfructum
totius hæreditatis, & talis vſuſructuſ
eſſet præſtandus non eſſet lo
cus legato annuo, ſed legatum an
num

De exercit. pract. actio. Cap.I. 34

noum debet habere locum ex voluntate testatoris: ergo non est præstandus vñsfructus totius hereditatis ad ducit etiam lex regia. §. cum possidius. s. de vñsfructu vbi dicitur, quod ex eo, quod testator grauando hæredem institutum ad restituendum fideicommissum concedit ei retentionem vñj fundi censetur disponere, quod nihil aliud penitus possit retinere præter eum fundum, ita etiam vt non possit retinere fructus m. dij temporis ex quo probatur, quod illud legatum sufficit ad probandam voluntatem testatoris ne ip si legatario, seu heredi liceat retinere fructus aliorum bonorum, & satisfacit ibi, idem alia in casu quo pater repudiet legatum ad obtinendū vñsfructum quem vide, & pro hac opinione facit ratio authēticæ, item hereditas, & quod ibi tradunt Doctores. Codice de bonis qꝫz liberis.

30 Quintus casus, qui ex eadem ratione procedere videtur est in maioratu in quo adest expressa alienationis prohibitio: nam si filius familiæ succedat in bonis maioratus obuenientibus ex linea materna, vel alias quæ expresse sint prohibitæ alienari pater non habet vñsfructū, sed solā cōmoditatē cum in eis non possit vñsfructus cōstitui, quia eius constitutio est species alienationis, qua prohibita etiam ipsa constitutio vñsfructus prohibetur. lex finali. Cod. de rebus alienis, non alienand. vbi Bartulus, & Balbus, & communiter Doctores notant, ita vt sequens successor maioratus etiam in vita possessoris admittatur ad reuocandam talem alienationem, lex cum pater. §. libertis iuncta glossa, verbo, ne id alienarent. s. de legatis secundo, cum igitur ex expressa alienationis prohibitio censeatur probata vñsfructus constitutio, talis prohibitio debet serua-

rjetiam quoad patrem cum ei possit prohibere vius rectus, atque cōmoditas, vt late ostendit Ludouicus de Molina de primogenijs Hispanorum, libro primo cap. decimonono numero 20. & capit. 20. numero 8. cum seq.

31 In primogenijs autem, & vincitulis in quibus nō est expressa alienationis prohibitio licet colligatur tacita pater nō solum habet commoditatem, vt tener Suarez in quæstione majoratus quā possuit post lectrum, lectori, titulo, *De las heras*, numero duodecimo, sed etiam verum ius vñsfructus, vt format idem Ludouicus de Molina, dicto capite decimonono, numero decimono.

32 Sextus casus in quo pater non habet vñsfructum in bonis aduentitijs filij, est in bonis feudalibus, l. serui quos. s. de manumis. Baldus in legi vñxorem, in vita quæstione C. de conditio. insert. Boerius decisio. 199. numero secundo & tertio. Clement. dictio secundo effectu, numero quadragesimoprimo, & ratio est, quia feudum est se. iuris, & daretur seruitus seruituti, quod est impossibile, l. s. s. de vñsfruct. leg. Iacobus. Nouellus libro secundo. suarum regul. in regula centesima trigesima quinta, faul. tercia, quod intellige, vt per Petrum Dueñas in tribus limitatio nibus quas facit ad regulam trigesimam sexagesimam tertiam quam fecit in cōtrarium videlicet quod frustus bonorum feudalium acquiratur patri declarat etiani Rolandus consilio 54. numero vigesimo octavo, libro 3.

33 Septimus casus est, quando pater cum filio succedit aheri filio habenti bona aduentitijs secundum authenticam definitio. C. ad Tertullia. nam cum pater acquirat mediatem proprietas extinguitur in ea vñsfructus, quia consolidatur cum

communem. l. sic eveniet. ff. ad l. Iul. de adult. & etiam quia per tales ingressum desit esse legitimus administrator, vt in l. cum oportet. §. cum autem C. de bonis quæ liberis, & ita his fundamentis expresse tenet hanc opinionem Salyetus in dicta authētica ingressi, num. 7. & 9. C. de s. cro sanct. Eccles. & in authenticā idē est numero 1. C. de bonis quæ liberis, Ia son in d. authēt. ingrediſi, nume. 48. Abbas numero 57. & Deci. numero 255. in cap. in præsentia, de probat. Hippolyt. sing. 68. Boerius decisi. 197. num. 10. Rimi. in §. 1. numer. 128. institu. per qual. perso. nobis acquir. Jacobus Novellus libro 2. suarum reg. in reg. 135. in 2. fall. Coquaru. in cap. 2. num. 8. de testam. qui hāc testatur communem opinionē m̄dicit etiā communem Eman. Sua recep. sentē. lit. R. vers. religionem, & in hac par tem se inclinat Greg. Lop. in dict. l. 5. tit. 17. part. 4. verbo, El v. sūfrus, licet : elinguat cogitandum.

Coquarium tamē tenet plures Doctores relati per Pinellū in l. 1. in t. par. nu. 49 cum sequēt. C. de bon. ma ter. quos ipse seq. dicēt patrem per ingressum religionis amittere vsum fructuum honorum aduentiorū filij, & hāc dicit magis commu. Frāc. VI ui. lib. 2. op. 220.

Mediam autem viam tenet Barr. in d. authē. idem est. nu. t. C. de bonis quæ liberis, dicēs, quod dimidia pa. s. vsum fructus remaneat, penes monasterium altera penes filium, sicut quādo pater filium emaciat, iuxta l. cō oportet. §. cum autem C. de bon. que lib. quē seq. alij citati, per eūdem Pi nell. loco proxime citato. n. 47.

Sed prima opinio Salyc. & aliorū qui eū sequuntur verior videtur per fundamēta per eum adducta, & quia cum ex dispositione legis filius per ingressum religionis patris liberetur à patrīa potestate, vt dictum est pa ter nullam partem vsum fructus reti-

net, quā cessat ratō remuneratioñis propter quā datur pāri dimidjia pars vsum fructus, vt notat Greg. Lop. in l. 25. titulo 18. part. 4. vbi bo. Retenet pa rati, & Anto. Oom. in d. l. 48. Tauri, nu. 6. & quia per ingressum religio ni cessat cura, & sollicitudo quā pāter erga filium habet, vt probat l. cum pater. §. mando. ff. de legatis se cuudo.

41 Sed si filius ingrediatur religione propter tales ingressum pater non amittit vsum fructum, quem habet in bonis aduētitij filij nō solum in acquisitis ante ingressum, sed etiam post ingressum religionis, vt norant Doctores in dicta authētica ingressi. C. de sacro sanct. Eccles. & in cap. in præsentia, de probat. vbi Dec. numero 62. testatur de commun. opin. quam etiā sequitur Suarez in dicta quæstione maioratus, col. fina. & Ios. Lup. in repetit. rubr. 6. 42. num. 15. & Anto. Comez in dicta lege 48. Tauri, num. 7. Pinell. in d. l. in 1. p. n. 45. C. de bon. mater. & Greg. Lop. in d. l. 5. titu. 17. part. 4. verbo, El v. sū frus.

42 Qnod etiam extēde, vt procedat in caso quo filius meriatur naturaliter vivente patre, nam retinebit pater vsum fructum honorum aduentiorum filij tototempore vitz suz post mortem filij. l. finali, versicul. penultim. ¶ Doctores. C. ad Testulianum. l. finali. C. comit. unia de suc cessionibus, cum alijs adductis per Ios. Lup. intrubrica. 6. 42. numero 013, & Antonius Comez in l. 48. Tauri, nume. 5. & Pinellus in d. l. 1. in t. par. nu. 39. & idem tenet Soci. Iu. cōsilio 124. col. 1. lib. 2. & Paris. cōs. 74. nu. 77. libro tercier. & Rolādus consilio 16. numero 1. lib. 2. & iatō est, evia vsum fructus dicitur seruitus persona lis, lex prima. ff. de servitutib. & cum persona perdūst, & ea extirpatur, ut in §. finitū institut. de vsum fructu.

I. Liber secundus praxis ciuilis,

43 Unde decimus casus in quo pater nō habet vsum fructū in bonis aduentu-
rijs filij est, quando filius est cle-
ricalis, & post clericatum aliquid ac-
quisuit, sive occasione militis cle-
ricalis, sive ex alio titulo, vt proba-
tur in authenticā presbyteros. Cod.
de Episcopis, & clericis, &c. xxi. Ca-
stren. in Sacro Ianctz, eodem titu-
lo. Rodericus Suarez in dicta qua-
stione maioratus, numero 32. & 33.
Ioannis Lupus in rubrica de dona-
tionibus inter vir. & vxor. §. 42. nu-
mero septimo. Couarruias in capite
quia nos, numero secundo de te-
stamente, vbi hanc testatur commu-
nem opinionem. Pinellus in distale
ge prima, prima parte, numero 43.
Cod. de bonis maternis. Ludouic. de
Molina de Hispanorum primoge-
nijs, libao primo, cap. 19. numero 25.
cum sequent. Rolandus consilio 16.
numero secundo, cum sequent. libro
quarto, plures citans, vbi refert, quæ
in iure fauore clericorum permittū-
tur quæ alias non permetterentur, &
ita hunc casum intelligi licet Anto-
nius Gomez ind. l. 48. Tauri, nu-
mero 7. & alij ibi per eum citati cū
restrinant soluū ad bona adquisita
intuitu lux præbendæ, & beneficij,
& sic de fructibus eius.

Sed in bonis, acquisitis antequam
filius fiat clericus pater habet vsum
fructū, vt tenent Salyctus, & Fa-
ber. in authenticā ingressi. Cod. de
sacrolanct. Eccles. Abbas in cap. co-
stitutus veni de integrum restitu.
Dec. in copite in præsentia, nu. 64. de
probatio. Rodericus Suarez in dicta
questione maioratus, num. 33. Ioan-
nis Lup. in dicto §. 42. num. 13. Cou-
arruias in dicto capite quia nos,
numero 2. Antonius Gomez in id.
l. 48. Tauri, numero septimo. Pinel-
lus numero 43. & Ludouicus de Mo-
lina numero 28. in locis proxime ci-
taris. Tellus Ferdinand. in l. 5. Tauri,
num. 4.

44 Et supradicta intellige, vt etiam
locum habeant in clericis simplici-
bus primæ tonsuræ, vt tenent Docto-
res in dicto capite, quia nos testebi
Couarru. numero 3. & multi alij per-
eum citati, & Suarez, Ioannis Lup.
& Mol. vbi sup. Roland. d. cons. 16.
nu. 7. com. alij seq. qui alios allegat.

45 Duodecimus casus est, quando pa-
ter legitimus administrator dissipat
bona filij in quibus habet vsum fruc-
tū, nam in hoc casu non solum au-
ferunt patri administratio, sed vuso
fructus illorum bonorum reseruantur
ei alimentis in casu indigentia, vt
probat textus per argumentum à for-
tiori in l. Imperator. ff. ad Trebell.
in fine, & ita ibi tenent glos. Dynus,
Alber. Ang. Castren. Alex. & Imol.
qui hanc testatur communem opin-
ionem, & plures alios refert, & se qui-
tur Boerius qui late hanc questione
examinat deci. 61. n. 17. & 20. & deci.
198 nu. 4.

46 Quod extende in casu in quo pa-
ter dissipat bona propria, & lib-
bera, nam postulat filij petere, vt
aliquid sibi assignetur, vnde viue-
re possent, quod ver nō possit aliena-
re, quia filios esse debet, & hoc
prodest tam patri, quam filiis, &
interest reipublicæ re male vitatus sub-
stantia sua. lib. vbi adhuc. C. de iure do-
cti. cap. per vestias de donatio. inter
vir. & vxor. & ita tenent Baldus in
l. finali. colum. fina. C. si quid infra-
dem patroni. Castren. Alexand. &
alij in d.l. Imperator ff. ad Trebell.
Greg. Lop. in rub. tit. 14. p. 1. verbo,
Emperat.

47 Et addere quod licet pater non dissi-
pet, sed omnia bona vēdat in fraudē
filiorum filij pro aliamentis possunt
revoicare taliem venditionem si non
constet pretium ab emptore frustis
numeratum, vt tenent Ioannis de
Platea in §. item si quis in fine inflit. i
de iniurib. stipulat. Socinus consilio
93. lib. 1. Calc. consilio 93. num. 30.
126.

De exercit. pract. actio. Cap.I. 36

Iason in authentica nouissima , numero 3. C. de inoficiois testam. & in l.t. numero 5. ff. de eo, per quem fact. erit. Ferdi. in l. in quartam, prima parte, numero 262. Moller. Gallus in cōsuetud. Pas. titu. 1. §. 8. glossa 3. num. 19. Covarrubias in cap. Raynatiū. §. 10. numero 9. de testam. Menoch. de recuperanda possess. remedio 9 numero 180.

48 Decimus tertius casus est in bonis donatis à Rege , vel Principe filio, alius casus est, quādo filij recuperāt bona à patre alienata, vt notat Guid. Panciro. conf. 137. num. 13. arg. text. & eorum que ibi notant Angel. Castrensi. & Corn. in authēticā idem est. C. de bonis que liber. in quibus pater non habet vsumfructum, quia talia bona reputātur castris. l. cum multa. C. de bonis que liberis , vbi Doctores, Iason in authēticā ex testimoniō, numero 11. C. de Collatio. Anto. Gomez. in l. 48. Tauti, numero 3 & idem disponit. l. 7. in fine, titulo 17. sententia 4. semper enim bona que à principe deueniunt sunt priuilegiata libene a Zenone. C. de quadri prescriptio. §. 1. institut. de vscucapionibus.

49 Quod extēde, vt etiam procedat, quando dicta bona sunt donata à Rege, vel Principe filio contemplatione ipsius patris, & nō filij, nam pleno iure queritur filii quoad proprietatem & vsumfructum, vt post alios probuit idem Antonius Gomez in dicta lege quadragesimā. octaua, numero 30 quarto, & tenet Burgos de Paz, conf. 38. nu. 6.

50 De imuscuritus casus est , quando filius familiis retraxit rem vēditam à patre; nam huius rei vsumfructus nō queritur patri secūdum Māsus. de vto que retraxit. §. item filius familias, argumē. l. cum nō solum §. primo, versic⁹ lo, siue ex cōtrario cum authētica excipiatur, & sequenti. C. de bonis que liberis, quam opī

nionem sequitur AEgidius Vellame. in cap. cōstitutus, verlic. plus dīcebām de in integrum restitutio mo-
tus rationibus quas reserat Tiraquel-
lus de retrātu linagier. §. primo, gl.
9. numero 71. cum sequētibus, vbi pu-
mero 75. de hoc dubisat. Sed pro man-
sue. opī. facit. l. frater à fratre. versic.
cōtra, si pater. ff. de cōdictio. indebiti-
ti, vbi glossa magna in fine ait, quōd
quando obligatio descedit immedia-
te à patre in filium nō re acquiritur
ipso patre licet secus sit, ouando aliū
de p. ouenit quam glos. sequitur, ibi
Castrē. Doctores, & Ferdinand. Loaez
in repetitione , l. si filii familias,
§. Diuī, numero 103. ff. de legātis 1. &
Tiraquellus in dicto § primo, glos-
sa 9. numero 65. sed filius retrahens
rem à paire venditam nō eam acqui-
ret à primo emptore, sed à patre vē-
ditore, & sic videtur, quod vsumfruc-
tus dictæ rei vēditæ nō re acquiratur
ipso patre.

52 Decimus quintus casus est , quan-
do filius amillas addit hereditatem
patre recusante, nam in hoc casu pa-
ter amittit vsumfructum beatorum
illius hereditatis. l. fi. ali. §. sin autē,
Cod. de bonis que liberis. l. prima,
vbi glossa, & Doctores. Cod. de bonis
maternis. 6. primo, instau. t. per
quasdam perso. nebis acquir. Docto-
res in l. prima. C. qui admitti, vbi Ja-
son numero decimo septimo , testa-
tur hanc esse communem opinio-
nem.

53 Decimus sextus casus in quo pa-
tri in aduentijs non acqui litur v-
sumfructus est quando filius addit he-
reditatem patre ignorantē , & pa-
ter non ratificat additionem à filio
factam: nam tunc amittit etiam
patrē vsumfructum bogorū in h̄o re-
ditus, vt notant glossa & Docto-
res in dicta lex prima. Cod. qui
admitti , quia fieri filius potest ad-
dere patre innito , & recusante
potest etiam eo ignorantē, vt ibi te-

Liber secundus praxis ciuilis,

nent Doctores, vbi Iason nume. 17. tellatur hanc esse communem cpi-
nionem, dicit etiam communem Ioā-
nis Baptista à Villalobos in suis cō-
mun. opinio. verbo, filius familias,
numero oētūgēsimo nono, & Cle-
de patria potestate. 2. effetu, nume-
ro 2.

54 Decimus septimus casus est, quan-
do pater exhereditatur, nā nepes cui
defertur hereditus non acquirit pa-
tri vsumfructum, quia quod vna via
prohibetur, alianō permittit; ur. l. que-
ritur. ff. de bonis libert. capite finali
iuncta glossa, verbo, vt personaliter
de officio delega. & expresse no-
nat hūc casum Gregorius in dicta l.
5. titulo 17. partita 4. verbo, *El vsum-
fructu.*

55 Decimus octauus casus est, quan-
do filius familias relictus est solum
vsumfructus non autem proprietas. l.
1. ff. de vsumfruct. leg. Cro. cōsilio 139.
numero 10 & sequent. ā nume. 21. li-
bro 2. Rodericus Suarez, quæstione
majoratus, numero 15. cum sequent.
tenant, quod in hoc casu pater ha-
bet cōmoditatē, vt vsumfructū nō
habet. Sed in hoc casu pater tenet
cauere de viendo arbitrio boni viri,
& restituē do fructus omnes percep-
tos, et maxima cōmoditatē, vt teneat. Ca-
stren. cōsilio 45. numero 7. colum-
na 2. Franciscus Marc. decisione 7.
numero 1. in prima parte, Burfat. cō-
silio 133. numero 38. libro 2. alios re-
ferens licet in alijs secus sit, vt notat
Antonius Gabriel 2. parte, titulo de
vsumfruct. conclusione 1. numero 48.
Burlatius cōsilio 133. numero 37. li-
bro secundo, qui hanc testatur com-
mūnem.

56 Decimus nonus casus est, quando
filius familias ab aliquo est institu-
tus heres, & alij relictus est vsum-
fructus hereditatis, nam tunc patri
non queritur vsumfructus, vt probar
textus iusta authentica, vt liceat matri
& auiz. in principio, collatione 8.

Parisius cōsilio 157. numero 13. li-
bro 4

57 Vigesimus casus est, quando ser-
uus legatur filio familias, vt eum na-
nummittat. l. finali. §. finali. C. de bonis
qua lib. vbi Doct.

58 Vigesimus primus casus est, quan-
do nulli fructus bonorum extat, nec
fuerunt consumpti dolo, & fraude &
liji, nā pater non potest petere vsum-
fructum bonorum adūtiorum, nec
filius tenetur cū fratribus post mor-
tem patris communicare. Lea demū.
C. de collation. & expresse tenant
Castrens. Alexander, & Iason, nu-
mero 3. in l. finali. C. eodem titulo,
de collatio. Parisius cōsilio 130. nu-
mero 9. libro 1. Neuiz. cōsilio
76. numero 11. Beccius cōsilio 113.
num. 29.

59 Vigesimus secundus casus est, quā
do pater fuit vannitus, & reueillis de
ciuitate, & hoc durante ouenit filio
aliqua hereditas, nam propter talem
rebellionem non potuit pater vsum-
fructum acquirere, nec postea cum
recuperabit, si restituatur in inte-
grum, quia cum non haberet talem
vsumfructum tempore rebellionis
non perdidit, & per restitucionem in
integrū non potest recuperare,
quod non perdidit secundum Bald.
in authenticā excipitur, numero 1.
C. de bonis qua liberis, quem ibi se-
quitur Castren. numero 8. & Ioan-
nis Lupus in repetitione rubricæ. §.
42. nu. 14. alios allegās, & regulari-
ter pater nō acquirit vsumfructum,
quando non est capax talis vsumfruc-
tus, quia consolidatur cum proprie-
tate, vt post Bald. notat Gregorius
Lopez in dicta l. 5. titulo 17. part. 4:
verbo, *El vsumfructu.*

Vigesimus tertius casus est, in illi-
cite acquisitis in quibus pater nō ha-
bet vsumfructū, vt in vsumfruct. l. quod
seruus, vbi Alexander. ff. de acquisi-
da possessione. l. quod autem ff. pro
socio. Doctores in Leum oportet. C.
de

De exercit.pract.actio.Cap.I.

37

de bonis quæ liberas. Gregorius Lopez loco citato. Rimi. §. 1. nume. 77. cum sequentibus, & numero 90. & 130. instit. per quas. person. nobis aqui. qui rationē adducit, dicēs, quod filius ex delicto nō querit patri si cut nec seruus domino. dicta l. quod seruus, sed vſurp̄ sonant in quadam furtum, & delictum merito in eis nō acquiritur patri vſusfructus, & hęc est communis opinio, vt testatur Viliu. lib. 1. op. 136. & Clem. d. 2. eff. etu, nume. 16. & idem dic in acquisitis per mereuticem, & ex illi- cito ludo, & ex furto, & alijs similibus dellictis, vt in sequenti actione ex libertate, & seruitute dice- mus.

61 Vigesimus quartus casus est, quando pater alienauit ius vſusfructus bonorum adūētiiorum filijfamilias. nā tūc consolidatur cum proprietate. l. vſusfructus, vbi Doctores. ff. de iure doct. §. finitus instit. de vſusfructu no- tant Tiraquellus de retract. cōsang. §. 26. glof. 1. nume. 4. Craue cōf. 222. num. 8. in f. Courruuias qui alios refert, libro 1. variarum resolutio. cap. 8. num. 7. Vuesemb. in dicto §. finitur numero 7. & ratio est, quia persona- lia cedī nō possunt. l. ex pluribus de administrat. tutor. l. nō solum. §. si puelle. de rit. nupt.

62 Sed licet ius vſusfructus alienari nō possit commoditas tamē puta fru- etus alicetari potest. Arboribus. ff. de vſusfruct. l. nō viri, & l. sequēt. ff. eodem titulo. l. necessario. §. fina. de periculo, & commode rei vendit, Tiraquellus, Craueta, Courruuias, & Vuesemb. in locis proxime citatis Menoch. de recuperanda possessio- ne remedio decimonono, numero 243.

63 Vigesimus quintus casus est, quando pater per delictum maximam, vel dimidiatim capitis diminutionē pati- tur, nam tunc patris personā exūdita dicitur, & vſusfructus cum proprie-

tate cōsolidatur, iuxta l. corruptio- nē. C. de vſusfructu, & ita tenet Bald. Roma, & Alex nume. 51. in l. si finita, §. si de vestigalibus. ff. de damno in- fecto, & Menochius de recuperanda possēt. dicto remedio nono, nume- ro 244.

Sed si per delictum patris perso- na in totum nō extinguitur tūc vſus fructus, seu commoditas extincta nō est, sed ad filii commodum publica- tur, vt Menoch. loco prōxime citat̄ norat.

64 Vigesimus sextus casus est, quan- do per cōsuetudinem patri nō que- ritur vſusfructus in bonis adūētiis filijfamilias per ea quæ tradit Boe- rius decif. 198. nu. 4. & 199. nu. 5. vbi plura adducit.

65 Tandem conclusio est vulgata, & communis, quod patri potestas est causa acquirendi vſumfructum in bonis adūētiis filij, & sc. si filius re- peritur sui iuris nō cōsiderantur ho- na adūētia. l. finali. C. de inofficio so- testamento, & per cōsequēs pater in eis habebit vſumfructum, quia ces- sante patria potestate cessat acquisi- tio vſusfructus. cap. cessante, de ap- pellatio. & sunt plures casus in qui- bus cessat patria potestas quos Deo valente declarabitus infra isto ca- pite.

Sed est aduertēdum, quod qnām uis in casibus supradictis patri nō quaeratur vſusfructus quālitur tamē cōmoditas, vt sentit glossain authen- tica idem est. C. de bonis quæ libe- ris, vbi expresse hoc tenent Cythus, & Angelus idem tenet Angelus, A- retinus in §. 1. nom. 5. instit. per quas. person. nobis acquirē. Alexand. in l. possēt. in principio. ff. de acqui- cēda possit. l. 15. in l. cum filio nume. 157. ff. de legat. 1. Boerius decif. 199. nu- mero 8. Parisius consilio 157. nume- ro 5. & 42. libro 4. Clem. d. 2. eff. etu numero 44. qui principaliter funda- tur. l. placet. ff. de acquirēda habet.

e 5 I. quic-

Liber secundus praxis ciuillis.

Louicquid. ff. de acquirēd. poss. ff. l.
1. in principio. ff. si quis appa ēte fuerit manūmiss. l. finali, vbi glossa, & Doctores. C. de bonis qua liberis, quibus iūlibus probatur, quod quicquid filius apprehendit statim pater possidet, & quod hodie nihil est immutatum præterquam in sola proprietate aduentitorum bonorum, ut per totum. C. de bonis maternis, & de bonis qua liberis, secūdum glossam in dicta lege posse sio. ff. de acquirēda possessione, & sic quod licet in iūlibus casibus auferatur patrī vſus fructus non auferuntur commōditas, qua a iure vſusfructus diuersa est, itē mouētur. l. plenum. § quamquam, & l. filio. ff. de vſu, & habitatione, vbi si vſu, & habitatione legatā filio, & vſusfructus est alterius pater habet illam cōmoditatēm habiāndi, & viendi, & filius licet non possit habere vſusfructum habet tñ vſum, & habitationē quā cōmunicat cū patre, & ita cōmunicaret cōmoditatēm vſusfructus si vſusfructum habueret. Sed licet his fundamētis dicti Doctores hanc teneant opinionem conīariorum sententiā vtiſorem Suarez in dicta quæstione minoratus, numero 1. & 16. & Gregorius Lopez in dicto 1. s. titulo 17. partita 4. verbo, *El vſusfructus*, & expreſſe eam secundum Ludouicus de Moma de Hispanorū primogeniis, libro 1. cap. 19. nume. 33. quam etiā ego sequor eorum fundamētis, & quia sub prohibitione vſusfructus necessario comprehenditur cōmoditas hoc est fructus cuius vſus prohibetur alias redderetur falsa illa communis opinio. Doctorum dicentium, quod in honis in quibus pater nō habet vſusfructum non est legitimus administrator, & quod filius potest sine patris cōsensu dicta bona donare, & alienare, vt in sequenti. 6. dicimus quia si pater in eis habueret cōmoditatēm hoc est fructus esse legi.

timus administrator ratione fructuū & sequeretur quod filius non posset donare, & alienare in præiudicium cōmoditatis patris cuius contrariū probatur in authēt. vt liceat matri, & auiz. §. t. collatio. 8. vbi gloſ. Bartol. & Ang. & textus indicta l. finali, §. filiis autem. C. de bonis qua liberis, & tenet Bartolus & Doctores in l. non solum, in principio. ff. soluto matrimonio, Cagnolus qui hanc testatur cōmūnem in l. frater à fratre, numero 15. 4. ff. de condicō. indebiti, cum alij, in dicto §. sequen. adductis, nec obstat regula, dicta l. placet, & l. quicquid cum similibus qua nihil facit ad propositum: nam in bonis aduentitijs in quibus patri non queritur vſusfructus nihil transit ad patrem cum proprietas, & vſusfructus acquirantur filio, & in eius personā remaneant per iura noua, & sic iura antiqua non possunt induci ad id quod de iure nouo in contrarium est dispostum, vt notat Gregorius in loco citato, nec etiam obstant dicta l. plenum. §. quamquam, & dicta l. filiofamilias, quia licet dicatur, q̄ in sua specie non sit corrente loquuntur in casu quo filius ratione patriz potestatis tenetur habitare cum patre, & cum habitatione si personalis nimis um si eius occasione pater ea vitatur cum commode separari non possit vſus filiū ab vſu patris propter dictum effectum patriz potestatis.

67. Dicendum est supra quomodo bona cōstrenſia, vel quasi, profectitia, & aduentitia acquirantur, & sunt conferēdi nunc est vidēdum in dubio quod peculium præsumatur, & dicendum est quod semper sit in dubio præsumendum profectitum, & quod filius acquisiuit ex pecunia, vel re, & substantia patris. l. cum oportet in principio, vbi notatur. C. de bonis qua liberis. dicto §. t. versic. sanctum iuncta glossa, verbo, ex re insti, per quas personas nobis acquiritur facit. l. etiam

etiam.C. de donatio inter vir & vxor
vbi probatur quod si est dubium, an
vxor acquisivit ex rebus suis, an ex
rebus mariti semper presumitur
quod ex rebus mariti l. quintus. ff.
cod.tit. Alciat. in tractat. presumptio.
reg.3. presumptio.36. Menoch.
conf.154. num. 11. lib.2.

¶ Facit etiam pro hac parte, quia re-
gulariter, ut dictum est quicquid filius
acquirit, patri acquir. d.l. placet. ff.
de acqui. hæred. l. i. §. 1. ff. si quis à pa-
tēte fuerit manumis. l. cū filio. ff. de
leg. 1.cū similibus, & quod hæc sit re-
guia, & dispositio in bonis aduenti-
tij sit exceptio illius regulæ pro-
bat latissime Camilus Plauti in l. 1.
versi. si ratam. num. 38. cum pluribus
anteced. C. qui admitti, vbi hanc te-
statur communem opin. & Becci.
alios referens conf. 113. Sed qui ha-
bet pro se regulam habet fundatam
intentionem. l. ab ea parte l. in exce-
ptionibus de probatio. Alexand. cōf.
79. numer. 5. lib. 7. Corne. conf. 206.
numer. 213. lib. 3. Aymon. conf. 229.
num. 5. & qui allegat exceptionem
à regula tenet illam probare secū-
dum Bald. in l. si quis non dicam rapare.
C. de Episcop. & cleri. quiem.
seq. Corne. conf. 152. in prin. & conf.
213. num. 5. lib. 3. & conf. 174. num. 7.
lib. 1. & Becci plures allegans d. cōf.
213. numer. 3. & sic in dubio filius te-
netur probare bona esse aduentitia
castrensis, vel quasi cum presumatur
in dubio profetitia, ut tenet Bar.
in l. t. §. sed nec Castrense col. 3. de
collatio. honor. n. dicens, ita omnes
tenere, idem tenent Ang. conf. 112.
col. 2. Calcan. conf. 19. col. 1. & 2.
Zesi. conf. 5. num. 19. lib. 1. Roland.
conf. 54. num. 12. lib. 3.

Quod procedit etiam si vendens,
vel cedens filio confitetur se rece-
pisse premium de pecunia filii, nam ta-
lis confessio non praividicat patri,
vt tradit Socin. conf. 61. num. 2. cum
se querat. lib. 4. & Roland. alios alle-

gant dict. conf. 54. num. 2. & 3.
¶ Hæc tamen conclusio, quod in du-
bio sit p̄sumendum, quod filius æ-
quisit ex substantia patris debet in-
telligi, & limitari, nisi ratio industrie
filij aliad suadeat, & sic in hoc casu
est recurrentia ad coniecturas nam
si pater est diues & filius, non est in-
dustriosus procedit dicta conclusio,
& bona presumuntur qualita ex bo-
nis paternis. Sed si pater sit pauper,
& filius industriosus, & diligens p̄z-
sumuntur qualita ex operis. & indu-
stria filij, & consequenter esse adue-
titia l. si defunctus. C. arbitri tui. ho-
tant glo. & Docto. in d.l. cum oportet
in prin. C. de bonis quæ liber. glo.
etiam, & Docto. in §. 1. insl. per quas
personas. noui. acqui. maxime Ni-
cas. ibi num. 7. & Porti. num. 4. Bald.
conf. 2. 9. lib. 5. Angel d. conf. 112. col.
2. Fulgos. conf. 197. col. 2. Abb. conf.
36. num. 2. lib. 2. Alexand. conf. 133.
num. 5. & 6. lib. 7. Calcan. d. conf. 19.
num. 6. cum seq. Corne. conf. 82. nu.
3. lib. 1. & conf. 175. num. 1. & conf.
213. nu. 9. cum seq. qui testatur de cō-
muni. & cōf. 247. eod. lib. & cōf. 54.
lib. 4. Ruin. conf. 23. nu. 37. Beroi. cōf.
90. num. 13. lib. 3. Crat. conf. 104. n. 10.
lib. 2. Aymon. conf. 61. num. 7. & cōf.
244. Clem. de patria potest. esse & u.
2. num. 46. qui hanc testatur comiu-
nem opinionem. Roland. conf. 90. num.
23. lib. 2. Becci. conf. 113. num. 9. Sem-
per enim recurrentia est ad conie-
cturas, & considerandum utrum filius
ex industria sua, an aliud verisimili-
ter potuerit habere pecuniam, & si
sit diligens, & industriosus in aliquo
exercitio, quia tunc presumitur, quod
ex operis, & industria acquisivit, &
cessent bona aduentitia, alias pro-
fetitia, vt dictum est, & plures coje-
ctur referunt prædicti Doctor. ma-
xime Abb. Aymon, & Becci. in locis
proximo citatis.

Nec obstat d.l. etiam C. de dona-
tio. inter virum & vxor. vbi proba-
tur,

tur, quod indubio semper presumitur quod vxor acquiluit ex rebus mariti, quia illa presumptio sit ibi ut tollatur conjectura turpis quaestus adulterij dict. l. Quintus. l. fin. ff. de donatio. inter vir. & vxorem tenent Ang. & Porti. numer. 4. in dict. 9. primo insti per quas person. nobis acqui. Alciat. in dict. tracta. de presumptio. reg. 3. presumptio. 36. Anto. Gabriel in tit. de presumptio. conclusione 15. Menoch. dictio confi. 15. 4. num. 11. lib. 2.

73 Immo etiam in hoc casu sunt consideranda coniecturæ, nam si mulier constante matrimonio aliquam exercuit artem ex qua verisimiliter apparet quod acquisivit aliqua bona, tunc cessat suspicio turpis quantum & sibi, & non marito acquirit, & ita limitatur, & declaratur dict. l. Quintus. ff. de donatio. inter vir. & vxor. secundum Bal. in l. vxorem numer. 6. C. de conditio. insert. & in l. cum oportet. num. 12. C. de bonis quæ liber. & in conf. 299. lib. 1. Alexand. conf. 133. num. 3. lib. 4. Ripa lib. 3. responsum, cap. 4. Alciat. dict. respon. 3. presumptio. 36. numer. 3. Menoch. dict. conf. 15. 4. numer. 12. lib. 2. qui alios etiam refert. de iure autem huius regni bona acquisita per lucrum, tam a marito, quam a muliere constante matrimonio communicantur inter eos & qualiter pro dimidia parte per l. secundum titulo nono lib. quintore copil.

74 Sed si coniecturæ sint pares tunc pro possessore presumuntur & agenti incumbit onus proclandi intentiōnem suam, quia in pari causa potior est conditio possidentis secundum gloss. & docto. in dict. l. cum oportet in princ. Bal. in authen. ex testamento num. 9. C. de collatio. Abb. dict. conf. 36. numer. 2. Corn. conf. 182. num. 4. & conf. 327. num.

10. lib. 1. & conf. 54. in finis lib. 4. Alexander. confi. 24. numero primo, libro primo, & confi. 82. numer. 1. 4. lib. 2. conf. 17. ou. 5. lib. 6. Aymond. confi. 61. numer. 8. Ioan. Crot. in l. frater a fratre numer. 191. ff. de conditio indebti Bertrand. confi. 284. numer. 2 & 3. libr. 5. Rimi. confi. 127. numer. 11. Roland. late confi. 90. numer. 9. lib. 2. Natta. confi. 354. numer. 3. Becci. dict. confi. 113. numero. 14.

75 Nec in hoc casu nocebit filio patris assertio dicentis quod filius acquisivit ex substantia ipsius patris nam patris etiam defuncti assertio in sui favorem & prejudicium alterius non creditur l. rationes l. exemplo. authen. quod obtinet G. de probatio. l. orationibus C. de testib. c. cum anobisi extra eod. gloss. in c. sicut de sent. ex com. Deci. in c. causam quæ de off. deleg. Aymond. confi. 193. numer. 5. Becci. dict. confi. 113. numer. 22. cum alijsseq. vbi late con probat.

76 Nec etiam prodebet filio confessio pairis contra se & alios filios dicentes pecuniam esse filij, quia ut dictum est in dubio semper presumuntur pecunia patris secundum Bal. in l. iuhemus. 6. 1. ad Trebelia tradit Roland. d. conf. 54.

75 Verumtamen est quod assertio patris aliqualem preberet coniecturam, ut probat Corne. d. conf. 174. num. 5. lib. 1. quem refert & sequitur Becci. d. conf. 113. num. 24. quæ coniectura cum alijs sufficerent ut sua pradicatum est.

76 Sed si coniecturæ deficient vel sint pares, ut superius dictum est & neuter possideat, tunc indubio bona acquisita per filium presumuntur acquisita ex bonis paternis d. §. 1. ver. fanciū iuncta gloss. verb. ex re insti. per quas person. nobis acqui & ita debet intelligi quod tradidit Bar.

De exercit. pract. actio. Cap.I. 39

in l.t. §. sed nec castrense. s. de collatio. bdnorum, & Corneus consilio 247.libro 3. & consilio 54.libro 4. Rolandus dicto consilio 54.num. 12. libro 3.

77. Nec etiam supradictis obstat, quod pater habeat fundatam intentionem, quia pro se haber regulā, & qui allegat exceptionem tenetur probare: nam à regula sunt excepta à iure bona aduentitia, & plures sunt causas aduentitiae, quā profectitiae, & ideo potest dici, quod regula sit etiam pro filio secundum Decius consilio 670. & Corneus dicto consilio 182. numero 10. Beccius dicto consilio 113. numero 18.

78. Et sic recurrentum est ad coniecturas ex quibus colligitur prae sumptio quæ tollit aliam, quæ sumitur ex regula. I. Diuus, de in integrū restit. Ruinus dicto consilio 23. numero 37. & transit onus probandi in adversarium. I. finali, quod metus causa. Decius in capite nouit, in fine de iudi. Aymon. consilio 60. numero 7. & consilio 135. numero 42. & consilio 198. numero 3. Beccius dicto consilio 113. numero 19. & dicitur liquiquidissima probatio. I. licet Imperator. s. de legatis. t. I. penultima. C. de periculo ruit, cum simil.

79. Sed quod dicendum erit in casu quo appareat filium aliquid lucratū fuisse cum pecunia patris an lucrum hoc dicatur in totum profectitium, & glossa in dicta lege cum oportet in principio, verbo, ex eius substantia. C. de bonis quæ libe. tenet, quod quicquid filius lucratur cum pecunia patris dicatur in totum profectitium, & in totū acquiratur patri, idē tenet specul. in titulo de iudi. §. sequitur, versiculo, quid si alter filiorum, & Fulgos. in dicta lege cum oportet, & hoc videtur probare I. S. titulo 17. partita 4. ibi, De aquello que quanābs hijos con los bienes de los padres, &c. Todo es de los padres que los tie-

n en su poder.

80. Quid intellige, & limita ut procedat quando patris nominis, & de eius mandato filius negotiatur cum pecunia patris, ut post Roman. Soci. & Iason tenet Gregorius Lopez in dicta lege 5. verbo, *Con los bienes de los padres, & idem tenet Decius in I. illud, colum. fina. C. de collatione. Aymo consilio 165. numero 4. libro 1. Clem. de patria potestate effectu. 2. numero 9. & sentit dicta I. s. ibi, O porrazon de sus padres, & in hoc casu si filius sit in obsequio patris, & ab eo alimēta recipiat nō poterit petere salariū per ea quæ notabimus supra in precedenti §.*

81. Sed si filius familiæ aliquabonā acquisivit simul ex pecunia, vel re patris, & industria, & laborebus ipsius filij prodimida sunt patris tanquam profectitia, & debent conferri, & pro aliad imidia sunt filij, quo ad dominium, & proprietatem, & patris quod vsum fructum tanquam aduentitia, & nō conferuntur, ut tenet Bartolus, Alexander, & Iason in I. illud. C. de collatio. idem Bartol. Baldus, Angelus, Castrus, & communiter Doctor es in dicta lege cum opportet, in principio. C. de bonis quæ liberis. idem Bartolus in lege 1. §. nec castrense. num. 5. C. de collatione. bdnorum, & in tractatu de duobus fratribus in secunda questione, & in lege si tibi decem. §. si pactus, numero 5. vbi etiam Iason numero 7. Orosei. numero 2. vbi testatur hæc esse communem opinionem, dicit etiagi communem, Corneus consilio 285. columnā 5. libro 1. & consilio 79. numero 7. & consilio 130. libro 2. Socius consilio 92. numero 15. libro 1. Aymo consilio 165. numero 1. libro 1. Beccius consilio 113. numero 20. Suarez recept. septēt. versic. filius, numero 221. & viui. commu. op. libro 1. op. 136. VII. Job. cummu. op. libro 6. versic. filius familiæ. Menochius de arbitrio judi.

Liber secundus praxis ciuilis,

iudi.libro secundo, casu 126 numero 4.Clem.de patria potestate, effectu secundo, numero 10. & 11. Gregorius Lopez in dicta lege quinta, titulo 17. partita quarta, verbo, *Cō los bie
nes de los padres*, qui inter alios allegat Montalb.in lege 7. titulo 4. libro 3. Forti.leg. que conclusio colligitur etiam ex dicta lege quinta, in quantum dicit, quod acquisitum ex bonis patris dicitur profectum, & pertinet patri, & acquisitum ex laboribus, & industria filii est aduentitium, & pertinet patri quo ad usum fructum, & filio quo ad dominium, & proprietatem ergo si ex virtute causa quid acquirit debet diuidi cum partim sit aduentitium, & partim aduentitium, & in hoc casu sub simplicibus contineatur mixtum, ut notant glossa, & Doctores in §. omnium institut. de action. Bartulus, & Doctores in L. 2. ff. de verborum obligatione maxime cum hoc sit favorabile, & sit absurdum, & iniquum, ut lucrum quod filius sua industria, & laboribus acquisivit ad fratres proueniat, ut in §. primo institut. per quas personas nobis acquirend. vbi Doctores, Cornelius consilio 105. numero 10. 2. lib. 3. Gratianus consilio 104. numero 11. libro 2. Boero. consil. 161. numer. 23. lib 2.

82 Primo intellige, ut in dubio sequitur pro dimidia parte lucrum dividatur, sed si appareat quod maius lucrum processerit ex pecunia patris, quam ex industria filij tunc maius lucrum acquiritur patri, & per contrarium si maius lucrum ex industria, & laboribus filij processerit maius lucrum filius consequi debet, quod iudicis arbitrio est relinquendum inspecta quantitate, & qualitate operz, & industrie filij, & quantitate lucri, ut notant Cornelius dicto consilio septuagesimono, numero. odecimtertio, libro tertio, Ale
xander i. leges tituli. §. si pactus in fi-

ne ff. de part. Decius in dicta Lillud. colum. hna. C. de collatio. Graueta dicto consilio 165. numero 5. libro 1. Menoch. dicto libro 2. de arbitrio. iu di. casu 126. num. 5. & 6. Beccius dicto consilio 113. numero 20. Petrus Angusol libro 2. consiliorum casu 5. Clem. de patria potestate, dicto secundo effectu, numero duodecimo, & 13.

83 Secundo intellige, & limita, nisi filius suo ipsius nomine, & periculo cum pecunia patris negocierit: nam In crux in hoc casu acquisitum queritur filio, & non patri licet tencatur pretium patri, vel fratribus restituere pro rata secundum Roma. in authentic. ex testamento, & in Lillud. C. de collatio. & cons. 469. num. 5. Pau. Castrensi d. I. cum oportet in princip. col. 2. C. de bonis quis lib. Ioan. Croi. in repet. I. frater a fratre. q. 30. ff. de condicione. in debiti. Corn. dicto consi. 79. num. 9. & 10. Dec. in d. Lillud, colu. 2. Tiraquellus de viroque retract. 1. par. §. 1 glof. 9 num. 62. plures reserpes. Beroi q. 46. in principio. Roland. cōf. 90. nu. 21. cum seq. lib. 2. Bec. d. cons. 113. n. 21.

Tertio intellige, quod acquisita per filium proprio patris nomine insolida patris pertinent acquisita vero mente communis, vel ex pecunia patris & industria filij pro dimidia sequentia tamē ratificatione, I. si ego d. nego. gest. Bar. in I. si patruus. col. 1. C. cōmu. vii i. iud. tradit Dec. cōf. 628. col. 1. quos seq. Bec. d. cons. 113. n. 26.

Quarto intellige, quod si filius sit industrious, & diligens mercator, & negotiator, & seorsum habitat a patre liceat proprio patris nomine negotietur, vel communis presumitur p. eius solutum, ex sua industria, & laboribus acquisitus, & sic ex propria filij ementis pecunia, & ita pater, vel alij filij non possunt consequi bona acquisita a filio, vel partem, nisi filio pre-

96 pretium sit solutum. I. Et magis de solutio Bart. in l. si patruus, num. 4. C. commun. utriusque iudicij. I. Titulum, aut meum. §. altero de administratio. turo. Abb. conf. 46. in 3. dubio lib. 1. Corne. conf. 79. num. 12. & conf. 267. num. 18. & conf. 285. numer. 11. & 12. lib. 1. cum aliis alle gatis per Becci. d. conf. 113. num. 27.

Nam regulariter in dubio pretium presumitur solutum de propria sol ventis pecunia etiam si emptio facta sit nomine alieno & solvens sit alterius administrator. I. si defunctus. C. arbitri. tut. l. 2. C. pro socio, vbi Bart. Ang. & Fulgos. notant. Corne. conf. 282. nu. 6. & conf. 327. num. 16. & 16. lib. 1. conf. 152. num. 5. & conf. 213. num. 1. cum sequent. lib. 3. & conf. 251. num. 5. lib. 4. Alexand. conf. 78. num. 4. lib. 2. & conf. 152. num. 5. lib. 7. Deci. conf. 99. nu. 2. & conf. 651. num. 3. & conf. 670. nu. 2. Mandosi. ad Roman. conf. 274. Rimi. conf. 130. num. 2. Aymon. conf. 229. num. 2. & 244. column. 3. Roland. conf. 90. num. 21. cum sequenti. lib. 2. Becci. d. conf. 113. num. 27. qui plures refert Menochi. conf. 122. num. 11. lib. 2.

87 Et ratio est, quia altera persona non sub intelligitur, nec in dubio presumitur. I. si ita stipulatus. §. Chrisogonus. ff. de verb. oblig. vbi Docto & nunquam communis nomi ne censetur emptum nisi quando ita actum fuit inter emptorem & venditorem secundum Fulgo. in l. si patruus in prin. C. commun. utri. iudi. & alciat in l. si Socius num. 1. ff. si cert per. Mude. in l. §. 1. num. 2. ff. pro socio quos sequitur Menochi. d. conf. 122. num. 12. lib. 2.

88 Sed quid in bonis ac quiritis ex ultimis voluntatibus velex donatio nibus an in dubio presumantur profectitia vel aduentitia, & regulariter ut colligitur ex supra dictis si aliquid sit legatum, vel donatum si

lio contemplatione patris dicitur profectitum peculium, quasi respetu per personam patris profectum, & sic imputatur in legitimam ipsius filij I. sed si plures. §. in arrogato. ff. de vulg. & pupil. substit. §. 1. vbi gloss. & Docto. insti. per quas person. nobis acquir. I. socii. §. socii. ff. pro socio. l. & 2. ff. de incendio rui. in aufrag. 1. tit. 17. part. 4.

Hinc est quod dos ab extraneo data filie contemplatione eius patris imputatur in legitimam quam filia consequi debet ex bonis patris, vt in specie scripserunt Paul. Castrensi. conf. 96. num. 1. lib. 2. Alexand. conf. 179. num. 7. lib. 3. Socin. conf. 34. num. 16. lib. 3. Rubeus conf. 34. num. 5 & conf. 37. numer. 1. Cephal. conf. 105. num. 33. lib. 1. quae sequitur Menochi. conf. 153. num. 10. lib. 2.

90 Sed si fuerit relictum vel donatum contemplatione filij appellatur aduentitium quasi ex prospera fortuna acquisitum & pertinet filio quo ad dominium & proprietatem patri quo ad vsumstructum d. §. 1. vbi Docto. insti. per quas personas nobis ac qui. l. cum oportet vbi etiam Docto. C. de bonis quae liberis d. l. 5. tit. 17. par. 4. l. 24. tit. 13. par. 5. cum alijs supra adductis & hoc est in casu clero quando constat cuius contemplatione fuerit relictum vel donatum.

91 Sed in casu dubio quando non apparet cuius contemplatione sit aliquid filio relictum si simpliciter filius sit institutus presumuntur institutus contemplatione propriar. I. filios familias in fine de conditio. & demonstratio. Bart. in l. fin. C. de usufru-
tui. & in l. filios familias, ff. de donatio. causa mort. Paul. Castrensi. in l. quamuis. num. 2. C. de fideicommiss. Hippolyti. Rimini. conf. 31. num. 109. & 110. qui alios citat lib. 1. Cephal. conf. 659. num. 29. lib. 5.

Liber secundus praxis ciuilis.

92 Et idem est in legatis nam indubio legatum presumitur factum favore legatarij, vt notant Bart. & alij in l. 1. C. deleg. Soci. conf. 69. num. 5. cū sequen. lib. 1. Deci. conf. 601. in fine, Corne. conf. 323. col. 3. lib. 1. Menoch. conf. 146. nu. 9. lib. 2.

93 Quod procedit etiam in relictis ab aucto nam si aius nepoti aliqua bona relinquit dictuntur adiutaria & non profectaria, & sic ad nepotem cui fuerūt relicta quo ad dominium & proprietatem pertinet secundum gloss. in l. qui in alienā. §. interdum, verbo, faciet herredem. ff. de acqui. herredit. quam sequuntur, & dicunt communiter recepiam. Bal. Ang. Alexand. & Ial. ibi num. 27. idem Ial. in l. Gallus. 6. quid si is. num. 22. ff. de liber. & posthum. & Joan. à Rojas qui alias consimiles gloss. allegat. in epitome successio. c. 29. num. 29.

94 Si tamen legato sit adiectum onus quod equa ualeat ipsi legato, tūc legatum presumitur factum contemplatione oneris ei adjuncti non autem favore legatarij & sic si onus adiectum legato sit adiectum favore patris, tunc eius contemplatione censetur legatum relictum per eaque supra dicta sunt Bar. in l. Pamphilo. §. duas delegat. 3. quem refert & sequitur Menoch. dict. conf. 146. numer. 9. lib. 2.

95 Ex quo primo inferitur quod tunc presumitur testatorem legasse creditori suo animo compenfandi quādo summa legata equa ualeat, & conuenit summaz debitis secus si eam excedit, vt notant glof. & Paul. Castrē. in l. si cum dolem. §. si pater. ff. soluto matrimon. Abb. conf. 81. in fine libro 1. Corne. conf. 23p. num. 5. lib. 4. Aymon conf. 149. num. 5. & conf. 133. lib. 1. Menoch. conf. 56. num. 25. lib. 1. & conf. 146. num. 14. lib. 2.

96 Secundo inferitur, quod si filios familias aliquid sit legatum sub condicione si in patris potestate maneat

magis patri quam filio censetur factum legatum quod pater pleno iure sibi acquirit & suoncmine petere potest. l. filio familias. ff. de condicio. & demonstratio. Bart. in l. fin. C. de usufructu, & in l. cum aliquis. C. de iure delib. cuius sententia recepcionis est, vt testatur Emmanuel à Costa selectarum interpretatio lib. 2. c. 17. nu. 4.

97 Tertio inferitur, quod legatum prxsumitur factum favore illius cū quo legatarius habitarde debet ex dilpositione testatoris, & si deficiat illa persona legatum amplius legatario non debetur ex eo quod cessaverit causa ob quam factum fuit legatum. l. illis libertis in fine. ff. de condicio & demonstratio. l. scio in prin. ff. de annuis legat. notat. Bart. in dict. l. illis libertis col. fin. Bal. conf. 140. in fine lib. 5. Ancharr. conf. 237. num. 2. Imol. in l. sed hoc ita. §. fin. ff. de cond. & demonstratio. Deci. conf. 485. num. 7. & conf. 601. num. 1. & conf. 621. num. 4. Ruin. conf. 46. num. 21. cum sequent. lib. 2. Menoch. dict. conf. 146. num. 2. & 3. lib. 2.

98 Quod intellige quando causa commorandi est successiva ac perpetua, vt quando persona cum qua legatarius debet commorari est in egritudine in sanibili opressa, & testator ea de causa legatario relinquiri legatu, nam hoc casu legatarius tenetur perpetuo cum illa infirma commorari, vt illi inferuiat, & si infirmat moritur amplius legatum annum non debetur, ita Ancharr. in dict. conf. 237. num. 2. Deci. dict. conf. 601. numero 3. Ruin. conf. 46. numero 5. lib. 2. Socin. Iunior conf. 108. numero 6. lib. 1. & conf. 74. numero. 4. lib. 4. quos sequitur Menoch. dict. 146. num. 25. lib. 2.

99 Secus vero est si legatu si factū hoc adieicto orere q̄ legatarius debet morari cum aliquo & onus illud deficit aliquo casu vel morte eius cum quo

quo legatarius erat commorandus, nam in hoc casu si legatarius cepit morari legatum debeatur legatario, & onus illud reicitur. I. meua. in princip. si. de annuis legat. I. annua. ff. eodem titulo. I. stichus. §. fina. ff. de alimento. & cibar. legat. declarat Fulgos in l. t. C. de legat. & in l. 1. numero 6. vbi Decius colum. penult. C. de instit & substitut. Socinus consilio 69. numero 5. libro 1. Ruinus cōf. 37. nu. 5. & 6. lib. 2. qui distinguit duos casus. Primus est quando testator legauit le gatario donec, vel quo vsque habita deritum aliquo, vel quando legatum est factum ad tempus, & legatarius non potest habitare cum illa persona, vel quia decessit, vel aliqua iusta causa in quo casu videntur loqui. Decius consilio 485. & Socinus Iunior consilio 110. numero 3. libro 1. Secundus casus est, quando testator simpliciter legauit, vt legatarius habiteret, vel si habitaret, vel cum a habitaret, vna cum iali persona, & nullum adiecit tempus quo casu si de cedat illa persona cu qua legatarius tenebatur habitare, vel alia de causa habitere non possit cum legatario legatum non deficit, quod teneat idem Ruinus consilio 42. numero 3. & 5. libro 2. & Curtius Iunior cōf. 14. quos refert, & sequitur Menochius dicto consilio 146. numero 19. & 21. libro secundo, qui aliud casum similem addit, ut quando legatum est factum matri, ut commoretur cum filiis in puheribus, nam tunc secundum eum sufficit, quod mater commoretur, cum eis donec facti sunt puberes, & post illud tempus debetur legatum matri, & si amplius cum illis non habitet cum iam munus suum impleuerit habitando cum illis vsque ad xatem pupillarem per dictum legem stichus. §. finali, ff. de alimento. & cibar. leg.

100 Et est etiam notandum quod legatum non solum censetur factum

contemplatione patris, quando aliquid legatur filio sub conditione si in patris potestate manisset, vel si cum patre habitauerit, sed etiam quando legatum est relictum sub commemoratione patris, vel patriz potestatis, vt si testator diceret relin quo Caio filio Sempronij, vel relin quo Caio filio familias, nam tunc etiam intelligitur relictum contemplatione ipsius patris. I. filio. ff. de condition. & demonstration. & notatur in lege cum aliquis. C. de iure deliberandi, & tenet Bartolus in lege finali. C. de usufructu, & in lego filio familias. ff. de donatio. causa mort. & in tractatu de duobus fratribus. Paulus Castren. in lege quamvis, numero secundo. C. de fideicommiss. Porti. in §. primo, numero secundo institut. per quas personas nobis acquirit. Hippolytus Riminaldus consilio trigesimoprimo, numero 1 o 9. & 110. qui alias citat Cephalus consilio 659. numero 29. lib. 5.

101 Quod etiam extende, vt procedat licet relictum sit simpliciter expressione nomine filij non facta mentione personae patris, nec in his patriz potestatis quando legatum est talis qualitatis, quod non possit acquiri filio, sed solum patri, vt si legata sit servitus praedialis quod solum potest patri acquiri qui habet fundum cui illa servitus debetur, nam intelligitur contemplatione eius legata servitus si autem potest acquiri filio, & patri censetur relictum contemplatione filii arg. I. & magis de solutio. & §. sed cum factum institut. de stipulatio seruorum, & faciunt notata in l. fin C. de usufructu. & expesse tenet Bart. in d. tract. ue duob. frat. & Porti. in d. §. 1. nu. 2 inst. per quas perf. nob. acqui.

102 Et sic est aduertendum, quod quando aliquid sit contemplatione alterius debet inspici illud cuius contempla-

Liber secundus praxis ciuillis

templatione fit actus. l. seruo legato. §. si testator, vbi Bart. ff. de legat. i. l. fideicomissa. §. interdum. & l. plerumque. ff. de legat. 3. l. 4. §. fin. ff. de liberatio leg. & semper considerare debemus no. ipsum. actum simpliciter, nec ad quem dirigatur verba, sed in cuius fiat contemplatione l. si patet. §. qui duos, vbi Baldus. ff. de adopcio. cum alijs collectis per Decius cōs. 283. & 279. Aym. cōs. 91. n. 6. li. 1. Menoch. alios referens cōs. 8. l. num. 43. lib. 1.

113 Ex quo primo infertur, quod donata mulieri per consanguineos viri licet mulieri tradatur cōsentur donata contemplatione mariti ratione proximitatis, & sic quā hereditate mariti, & no. vxoris soluto matrimonio, secūdum Bartolum in l. sed sepius §. in arrogato. ff. de vulg. quem sequitur Cagnol. in l. contractus, numero. 48. ff. de regul. iur. qui dicit habe magis communem opī. Roladus & plures per eum citati cōs. 10. nu. 10. cum seq. lib. 1. qui etiam dicit eam magis communem opī. qui licet alij ibi per eum citati, num. 8. & 9. teneat contra fidem quorum fundamētis responderet idem Roland. dices, quod eorum opī. sīc procedit quādo appetet, quod consanguinei mariti volū donare vxori, ei vt acquiratur donata, vel quando esset consuetudo, quod essent vxoris.

114 Secūdū paritatione infertur, quod cōverso donata sp. so. à consanguineis ipsius sponsor cōsentur eius contemplatione donata, & no. contemplatione spōsi secūdum eundem Bartolum in dicta l. sed sepius. §. in arrogato, numero 3. ff. de vulg. & puer. substitut. quem sequitur ibi Alexander & Iason, & Ioannis Lupus in rubrica de donatione. inter virum, & vxorem. §. 4. numero 13. & Rolandus dicto cōsilio 10. numero 10. lib. 1. & Menochius, consilio 81. nume. 50. libro 1.

115 Quod extēde etiam si donator sit consanguineus tam viri, quam vxoris: nam bona cōsentur donata cōtemplatione eius, qui est in proximiōri gradu, quia vbi concurrunt duas causas, quarum altera est potentior illa est praeponēda minus potenti. l. queritur. ff. de statu homi. l. sed est quēsum. ff. de liberis & posthumis. Abbas in capite cum non sit tertio notabili de decim. Antonius Natta consilio 463. numero 16. libro secundo, & quod causa illa proxima sit potētior probatur per l. sociū. §. socius. ff. pro sociis. & notat Baldus in l. ex placito. quēstione prima. C. de serum per mutationem. vbi dicit, quod causa proxima magis imprimet, ac influit quā remota, & sic magis atenditur, & ponit exemplum naturale in planta pruni in qua si inseratur Ramus pīri deseret ramus illē pīra tanquam producta à causa proxima quod post Bald. notat etiam Decius in capite secundo de probatio. & in authentica præterea, notabil. 7. C. vnde vir, & vxor, quem refert in hunc propositum. Cagnolus in proemio ff. numero 5.

Prō qua etiam extēsione facit, quod in iudicanda causa actus, qui ex pluribus causis fieri potuit in dubio præsumitur, quid actū ex causa magis principali, & propinquā, vt notant glossa, & Baldus in l. non vero. ff. ex quibus causis maiores, & glossa in capit. de cōtero de homicidio. Abbas in cap. quia diuersitatem de decim. Decius in cap. dilecti 2. & 3. notab. post Bald. ibi de appellat. Antonius Natta consilio 202. nume. 14. & 15. lib. 2. Antonius Natta cons. 463. nu. 26. lib. 2.

117 Facit etiam quia animus donantis præsumitur magis liberalis inconiūctam & proximiōrem personam, & ideo donatio ampliatur, vt trahatur etiam ad personam non expressam in donatione ex mēte donantis licet alias

alias nō traheretur, ut cōsiderat Cor
neus cōsilio 14. col. penul. & fin lib.
2. vbi alia plura adducta in terminis
donationis.

108 Si vero cōsanguinitas, vel proxim
itas sit inaequāli gradu, & in dona
tionē facta vxori fiat mētio mariti,
tūc iudicio meo, donationē traheretur
tam ad pérsonam mariti, quam vxori
per et quæ superius dicta sūt, sed
si mariti nō facta sit mētio res dona
ta erit vxoris, quia bona donata ma
rito, vel vxori dūante matrimonio ef
ficiunt propria illius cui donata
sunt, nec veniunt communicāda, nisi
ambobus donata essent. I. solum, in
fine. ff. pro socio. L. nec adiecit. L. duo.
§. fin. ff. eod. tit. tenet Baldus in ru
brica eodem titulo in fine, vbi dicit,
quod p̄miale lucrum, quod vni
socio est collatum nō venit commu
nicādum, & probat l. 2. titulo 9. libro
5. recom. tradit Suarez in lege 2. ti
tulo 3. libro 3. Porti. limitatio, tertia,
&c.

109 Secūdo infertur, quod legatū cēse
tur factū cōfēplatione eius qui magis
cōsideratur est testatori, ut tenet Paul.
cōf. 97. lib. 2. Alex. cōf. 179. nu. 3. lib.
5. Barba cōf. 69. ll. 3. Ioā. Lup. in rub.
de donat. inter vir. & vxor. §. 45. nu.
13. Rui. cōf. 196. nu. 6. lib. 2. Alcia. ref
pō. 150. n. 3. Ant. Nat. cōf. 14. n. 4. lib. 1.
Ceph. cōf. 105. n. 33. lib. 1. Menoch. d.
cōf. 81. n. 44. lib. 1. & cōf. 151. n. 2. lib. 2.

110 Quod intellige quando nulla alia
pr̄sumptio, & cōiectura extat, quā
pr̄sumptio maioris proximitatis, sed
si alia fortior pr̄sumptio extaret,
tūc tolleret aliam proximitatis secū
dūdum eundem Menoch. d. conf. 81.
num. 54. libro 1. & d. cōf. 151. num. 16.
libro 2. qui alios citat, quia pr̄sump
tio fortior tollit minus fortē, & de
biliorem. L. nō solum. ff. de ritu nupt.
L. cum de ztate. ff. de probat. L. mater,
vbi Ang. & Salic. C. de calumnior.
Porti. cōf. 55. nu. 79. & cōf. 19. nu. 57.
Scot. conf. 3. lib. 1. in 2. par.

111 Tertio infertur, quid cum filius
sit proximior patrī, quam nepos, &
etiam magis dilectus. I. Gallus. §. qui
dam recte. ff. de liberis & posthum.
L. cum ita. §. in fidei commissione lega
tis 2. l. finali. C. de iure dotti. dos data
ab avo nepti cēsetur data magis con
templatione filij, quam ipsius neptis
ut tenet Cinus in l. scimus, quæstio
ne quinta. C. de inofficio testamē
to. Bartolus in lege dedit. dotem, nū
mero secūdo. ff. de collatio. bonoru
Ang. columnā finali. Alexander, nu
mero 28. Picus numero 246. Ripanu
mero 202. in l. in quartam. ff. ad legē
Falcidiam. Ang. cōsilio 78. Alexād.
cōf. 31. num. 5. libro 4. & conf. 179. nu
mero 4. libro 5. & cōf. 117. nu. 5. cum
sequēt. lib. 6. Decius conf. 81. num. 5.
Ruin. cōf. 30. nu. 9. & cōf. 196. num. 8:
lib. 2. Alciatus in tracta. pr̄sumptio.
regul. 1. pr̄sumptione 17. Neuiz.
cōsilio 76. numero 12. Graueta consi
lio 219. num. 1. Antonius Gabriel in
suis commū. conclusi. titulo 1. de iure
dotti. conclusione 5. numero 4. Ceph.
conf. 105. numero 36. cum duob. seq.
lib. 1.

112 Cōtrariam tamē opinionē sequū
tur Alex. sibi cōtrarius cōsilio 8. nu
mero 7. lib. 3. & cōsilio 138. nu. 3. lib.
5. Soci. cōf. 33. nu. 16. lib. 3. Ceph. cōf.
253. numero 44. libro 2. Menochius
consilio 183. num. 32. libro 2. & hāc
testatur magis receptam opinionem.
Antonius Gabriel loco proxime ci
tato. num. 20. in fin. & tenet alij infra
citandi.

113 Et pro hac ultima opinionē facit,
quod supradictum est de legato fa
sto ab avo nepoti. quod dicitur adū
titium, & nō profectitum, & sic ad
nepotem, quo ad dominium & pro
prietatem pertinet, ut notat glof. in
l. qui aliena. §. interdū, verbo, faciet
hāredem. ff. de acquirend. hāredit.
quam sequuntur, & dicūt communiter
receptam, Baldus, Ang. Alexād. &
Iaf. ibi. num. 27. & idem Iason in l.

Liber secundus praxis ciuilis;

1. Gallus. §. quid si is. num. 22. ff. de liber. & posth. & loā. Rojas in epit. success. c. 20. nu. 29.

114 Sed hæc duæ cōtrarie opiniones possunt cōcordari pér ea quæ supra diximus , vt prima opinio procedat quādo in cōstitutione dotis facta sit mērio filij taliter , vt colligatur quod eius cōtemplatione auus neptem dotauit , & secūda , quādo filij nō fuit facta mentio.

115 Item prima opinio absque illo dubio procedit , quando filius est pauper , qui nō potest filiam suam datur , quia tūc cēsetur auus dotaſſe cōtemplatione filij pauperis secūdum Alex. in dicta l. in quartam. nu. 28. & Paul. Pic. ibi. num. 244. & Cesar Fin magiol. nu. 415. ff. ad l. Falc. Soc. cōf. 33. nume. 16. lib. 3. Crauet. cōf. 219. nu. 1. Cephalus dict. cōf. 105 num. 57. Menoch. cōf. 151. num. 3. lib. 2. & ratio est , quia quādo filius non potest filiam suam datur tenetur auus eām dotare secūdum Bajdum in authēti ca res quæ , numero 12. C. commu de leg. & in l. fina. C. de dotis promiss. Iafon in lege prima. numero 26. ff. so luto matrimonio , vbi Ripa numero 74. & Socinus Junior numero 190. hanc testantur esse commu. opi.

116 Sed si auus dorem constituit nep ti quam necessario datur nō tenetur quia filius est diues , & ab eo est do tanda nō cēsetur illam dorem dedisse cōtemplatione filij , sed ipsius neptis secūdum glof. Bart. & DD. in l. que situm. ff. de leg. t. Alex. cōf. 199. nu. 7. lib. 2. & cōf. 8. nu. 7. lib. 3. & cōf. 89. nu. 6. lib. 4. & cōf. 138. nu. 2. & cōf. 179. num. 5. lib. 5. Crauet. cōf. 219. n. 1. Picus. nu. 245. & Berēgar. num. 66. part. vlt. en d. l. in quartā. ff. ad l. Fac. quos refert , & sequitur Menoch. cōf. 81. num. 49. cum seq. lib. 1. & cōf. 151. nu. 6. cōf. seq. qui hanc testatur magis commu. opi. & tenet alij supra citati tenētes secundam opinionem quæ in hoc casu plane procedit.

117 Et quod auus nō tenetur datur neptem quando filius est diues , & po tell eam datur tenet Alexander cō filio 138. numero 3. libro quinto De cius cōſilio 81. columna penultima. Socinus cōſilio 33. columna 6. libro 3. Crauet dicto cōſilio 219. numero 40. 3. Ripa in dicta l. in quartam. nu me. 204. ff. ad l. Falcid. Aleiat. in tra dīat. p̄f̄ſumptio. reg. 1. p̄f̄ſumptio. 17. Menochius qui testatur de com muni. d. cōſilio 81. num. 48. lib. 1. & cōf. 151. numero 11. lib. 2. qui plures allegat.

118 Quarto sub infertur , quod dona tio censetur facta contemplatione il lius quem donator maxime diligebat secūdum Bart. in dicta lege sed plu res. §. inarrogato , numero 3. ff. de vul gar. quēm simpliciter refert , & sequi tur Menochius dicto cōſilio 41. nu mero 49. libro 1. & idem post alijs notaſ. Corneus cōſilio 81. columna fina. & Rolandus cōſilio 10. numero 11. libro 1. Et ratio est , quia maxima ami citia cēsetur , quēdam cōiunctio , quæ p̄p̄onderat coniunctiōni sanguinis. L. cum alias. C. de cast. pecul. libro 12. & facit l. 2. verſic. amici. ff. qui petat tut. & l. late culpæ. §. amicus , cum glossa. ff. de verborum signification. & notant Cinus , & Saliceſtus in lege exigendi. C. de procuratoribus , & censetur quēdam fraternitas. l. ve rum in princ. ff. pro socio.

119 Hinc est quod dispositum in con innito habet etiam locum in multum amico , vt tenent Ciaus , Barto lus , Baldus , & Salicerus in lege in uitius. ff. de procurator. glossa in capite requisiuiti , & ibi Abbas de te stam. Thom. Grammat. cōſilio 56. numero vigesimoſecondo , cum se quentib.

120 Et hī adde , quod donatio in dubio censetur facta contemplatione il lius cuius plurima merita erga do ratorem adiunt secundum Baldum in lege . cum oportet , numero quarto. C. de

801

801

801

C. de bonis quæ liberis. Alexād. cōf. 8. num. 10. lib. 3. & cōf. 89. nu. 6. lib. 4. & cōf. 138. num. 2. libro 5. Bereng. in d.l. in quartam, numero 66. in vltim. part. ff. ad l. Falc. 10. fūl Lup in rub. de donati. inter vii. & vxor. § 45. nu mero 11. quos refert, & sequitur Me noch. dicto cōfilio 81. numero 52. li bro 1. & consilio 151. numero 15. lib. 10 secundo.

Et in hoc casu cū venemērita sint facti sunt probāda ab eo, qui in his ve nemeritis se fundat, ut scripserunt Alexāder in l. si donatione, nu. 4. C. de collatio. & in cōfilio 55. numer. 4. libro 1. Ias. in Lex hoc iure, nu. 13. ff. de iust. & iur. Dec. cōf. 366 n. 12. late Rui. cōf. 44. in fine, lib. 5. Cepha. cōf. 94. nu 19. lib. 1. Menoch d. cōf. 1st. nu me. 15. libro 1. & quæ merita sint cō siderāda, & qualiter diximus sup. in § 9. in 7. extēsione ad l. 55. Tauri. vbi plura alia adduximus circa donatio nem remuneratiōnem.

E. est ad ierēdām, quod si donatiō prop̄ter merit. sit facta marito, vel vxori cōstante matrimonio, quo etiam durāte fuerūt facta venemērita donatori, tūc bona donataveniūt communicāda inter maritū, & vxorē rem tāquam bona acquisiti durante matrimonio per ea quæ tradit Rode tic. Suarez indicta lege prima, titulo tertio, libro tertio. Pori. in tertii limi tatione.

Et ratio est, quia talis donatiō re munera: oria nō est propriæ donatiō, sed remuneratiō. I. Aquileus Regu lus. ff. de donatiō. Bart. in proemio ff. numero 14. & in leg. 1. vbi e. iam Cuman. de donatiō. Corneus cōfilio 36. numero 11. libro 2. Curtius Senior cōfilio 16. numero 1. Bertrādus cōfilio 213. numero 16. libro 10. Aymon cōfilio 136. numero 2. Rodericus Sua rez loco proxime citato. Et pō ins dicitur quædam permūtiō. l. sed & filego. §. consūluit, vbi Baldus. ff. de

petirī, h̄redit. Barbatius cōf. l. 42. numero vndecimo, libro tertio. Ber trādus cōfilio 47. numero quinto, li bro primo, & cōfilio 205. numero 12. libro 3. Ripa in l. si vñquam, quæflio ne 14. C. de reuocād. de natio. Et dici tur etiam debiti cuiusdam naturalis recompēsatiō, & xculparatur cōtra stui oneroso, dicta l. Aquilius regu lus Baldus in l. Qui se patris, colum na penultima. C. vnde liberi. Decius cōfilio 286. numero 4. & cōfilio 292. numero 7. Bertrādus cōf. 176. numero 14. libro sexto, & habet vim vēditionis secūdum Guidum Papā cōfilio 214. columna 6. Tiraquelius in tractatu de vitroque retrasti. prima parte. §. vigesimoquinto. glossa 1. nu mero 3.

In alijs autem casib⁹, vt distum est, vbi cōstat cuius cōtemplatione aliiquid donatum, vel legatum est illi soli acquiritur, secundum Bart. & Doctores in dicta lege sed si plures. §. in arrogato. ff. de vulg. & pupill. Baldus & alij in dicta lege cū oportet. C. de bonis quæ liberis. Socinus cōfilio 33. columna vltima, libro ter tio. Ripa in dicta lege in quartam, numero 205. ff. ad legem Falsidiam. Parisius cōfilio 5. numero 46. libro primo. Aymon cōfilio 91. numero 6. Menochius dicto cōfilio 81. numero 43. libro primo, & alij supra cita ti.

Et aduerte, quod licet vernū sit, quod vbi relinquitur, vel donatur aliquid filio in potestate patris con stituto ab aliquo distinguatur, vt di stum est, an relinquatur, vel done tur contemplatione patris, vel non, vt dicatur profestitum, vel aduen tūtum, tamen eundem donatur, vel re linquitur filio emancipato in distin gite acquiritur filio. & dicitur aduen tūtum, vt notat Baldus in dicta lege cum oportet, num. 4. C. de bonis quæ liberis, vbi etiam sequitur Paulus

Liber secundus praxis ciuilis.

Castrensi. eod. nu. 4. & Calcan. conf. 19. nu. 24. Soc. Iun. cōf. 27. nu. 12. lib 1. Pet. Angufol. lib. 2. consiliorū casus. nu. 3. Becc. conf. 113. nu. 16.

124 Et eadem ratione si filius emancipatus aliquid lucratur etiam ex pecunia patris dicitur aduentum, & ideo nec est imputandum in legitimam, nec conferendum. Si filius familias sive de verbis obligat. l. fin. sive de stipulatio. seruor. l. fin. C. de collatio. tenet Bald. in l. omnimodo. §. imputari. nu. 6. C. de inofsc. testam. quem sequitur Ripa in d. l. in quartam. nu. 160. sive ad l. Falcid. Aymo cōf. 84. nu. 8. Petr. An gufol. & Beccius in locis proxime citatis.

125 Quod procedit etiam respectu viusfructus cum debeatur patri ratione patris potest, ut in §. l. institut. per quas. pers. nobis acquiritur. l. cui oportet. C. de bonis que liberis, & patria potestas per emancipationem sit sublata. §. praterea inst. quib. mod. ius. patris potest. soluit. glof. & D. D. in l. siviuia matre. C. de bonis mater. Paul. Castrē. in l. C. de bonis que lib. Alciat. cōf. 152. nu. 4. Becc. d. cōf. 113. nu. 16. l. 5. & 6. tit. 17. par. 4. l. 9. tit. 1. lib. 5. recomp.

126 Et licet in premium emancipationis pater habeat medietatem viusfructus intelligitur in acquisitis ante emancipationem non tamē post d. l. cui oportet. §. penult. C. de bon. que lib. facit per locū ab speciali sive matre, in princ. C. eod. tit. Alex. in l. si finita. §. si de vestigialibus. nu. 51. de dā no infecto, quē refert, & seq. Anton. Com. in L 48. T. au. nu. 6.

Sed si pater cogitur filium emancipare propter sauitiā, vel iniuriā, vel defecū patris pater nō retinet dimidiā viusfructus, sed amittit omne commodium eius. l. diu. sive si quis aparet e fuit manumiss. vt te ne post

Rapha. Cepola in tractat. caut. cautel. 115. nu. mero 3.

EX §. X I I I I .

S V M M A R I A .

- 1 Filius familias non potest sine con sensu patris bona aduentitia donare, nec inter vivos, nec causa mortis, nec alter alienare.
- 2 Filius familias non potest sine con sensu patris pecuniam aduentitiam mutuare.
- 3 Filius familias potest donare illa bona aduentitia in quibus pater non habet usumfructum.
- 4 Filius familias potest alienare, & disponere de tercia parte bonorum de sure regio, sine pars quartatur usumfructus sive non.
- 5 Filius familias non potest disponere, nisi de muda proprietate illius tertie partis ex basis aduentitijs.
- 6 Pater an in peculo profectissi habeatur usumfructum de sure regio.
- 7 Filia an possit disponere de tertia parte doxis profectissi stipulata, vel redi pars, vel hereditas.
- 8 Pater si praesudicare possit filio in legimia, ita filius patri.
- 9 Pachum inter virum, & uxorem reciprocum an valeat.
- 10 Bona aduentitia nō publicantur per delictum filij dum pater in illis retinet usumfructum.
- 11 Jurare etiam querenda, nec qua sita perduntur per delictum filij in presudicium patris.
- 12 Bona aduentitia in quibus patri nō quarantur usumfructus an publicentur per delictum filij.
- 13 Pater praefersur sive in bonis filij.
- 14 Peculiū castrense non venit in confiscatione bonorum filij.
- 15 Lege regiastante, quod filius possit disponere de tertia parte bonorum aduentitorum illa tertia pars ob delictum, nec venit confiscanda.
- 16 Pater acquisita emilibet priuate personae non habet locum in aduen tibus

De exercit pract. actio. Cap. I. 44

16. & profectis in praedictum patris.
 17. Bona profectitia a venienti in cō-
 punctione bonorum.
 18. Legitima filio non venit in
 cōpunctione bonorum filij.
 19. Pecunia in fiduciā a patre ne filius de-
 periretur sit in patrem legitime
 computata.
 20. Filius de cōsensu cum cōsensu pa-
 trius sive omnia bona venienti con-
 ficitur etiam in praedictū patris.
 21. Patratus bona patris non cōsensur
 publicatum pecuniam filij.
 22. Pater si ex cōdēnatione amittit pa-
 triam potestatem bona ad cōsumptum
 transire in fiduciam.
 23. Pecuniam cōsensitum quodā pro-
 p̄. cōsensit non venit cōpunctione
 ex delicto patris, sed quodā v̄sum-
 fructum tantum.
 24. Bona matratus, vel subiecta patri
 suorum non possunt in fiduciam transi-
 re per delictum possessoris aut sunt
 prout alienari contrarium in
 iuris causa.
 25. Bona si non sunt expresse prohibitas
 alienari durante vita possessori pos-
 suit in fiduciam transire per delictum.

D E P A T R I A P O T E-
stātē quam pater habet in filios
quibus potest impēdere alienatio-
nēa bonorum aduentitiorum.

XIII.

S E X T U S electus patrē po-
 testatis est, quod filiis familiās
 non potest, sine cōsensu patris bona
 aduentitia donare inter vivos,
 nec causa mortis, nec aliter alienare. l.fina. §. filijs autem. C.de bonis
 quæ liberis tam is. §. l.vbi glo. Bar.
 & Doct. ff. de donat. l.3. C.de patrī
 potest. vbi glo. & Doct. Afflīct. dec.
 241.nu.2. Crauet. cons. 39.num.2.lib.
 1. & hoc propter effectum acquisitio-
 nis, vt in §. præcedenti.

2. **Q**uod etiā extēde in mutuo, nā nō
 potest filiis familiās sine cōsensu pa-
 triis pecuniam aduentitiam mutuare,
 quia cum pater in illa habeat v̄sum-
 fructum, qui non est separatus à pro-
 prietate. I. quibus. I. pecunia sit de
 v̄sumfructu, & eorum rerum quæ v̄sum
 consummuntur filius rō potest eam
 alienare, vt tradidit Calcia. Lup. nu-
 mero 22. & Cagnolus numero 148.
 cum alijs sequentibus in lege frater
 à fratre. ff. de conditione. indebiti, &
 Rolandus consilio 54. numero 27.li-
 bio 2.

Sed bona aduentitia in quibus pa-
 ter non habet v̄sumfructum, sine eius
 cōsensu potest filius donare, & aliena-
 re licet sub patris sit potestate,
 qua in his bonis nō habet patre. legi
 timam administrationem, vt p̄. chat
 textus in authentica, vt licet matrī,
 & aut. §. collatione 8. ibi licetiam
 habet quo velut modo disponere,
 vbi notant glossa. Bart. & Angelus,
 probat etiam textus indicia l. fina. §.
 filijs autem. C. de bonis quæ liberis,
 ibi in his dumtaxat casib. in quibus
 v̄sumfructus parenti quæ sit tenet
 idem Bart. in l. nō solum in princip.
 num. 9. ff. soluto matrī morio, quem
 ibi sequuntur Doctores, & Paul. Ca-
 indicto §. filijs autem Roma. consi-
 lio 512. columnat. Paris. consilio 157.
 num. 17. & 18. vbi h̄c testatur com-
 munem sequitur, & dicit communē
 Cagnol. ind. l. frater à fratre. nu. 1. 4.
 ff. de condicione. indebiti. & Aymo cōf.
 92. numero primo, & per totum. Co-
 urtunias detestant. 3. par. num. 9.
 Ludouicus de Molina libro 2. de His-
 pan. primog. cap. 9. num. 16. qui alios
 citat.

4. **I**ure autem regio per l. 6. Tauri,
 quæ est lex prima, titulo 8. libro 5.
 recopilat. filiis familiās potest dispo-
 nere in vita, & ultima voluntate de
 tertia parte suorum bonorum, siue
 in eis pater habeat v̄sumfructum, si-
 ue non.

Liber secundus praxis ciuilis, i

Quod primo limita, & intellige
absque praividicio vſufructus pa-
tris, & sic in bonis aduentijs in quin-
ibus pater habet vſumfructum filioſ-
familias nō potest disponere, niſi de
nuda proprietate dicta tertia par-
tis absque vſufructu licet post mor-
tem patris vſufructus debeat conſo-
lidari cum proptieta, vt ſentit Bar.
in l.t. num. 21. C.de ſacrosanct. Eccles.
& colligitur ex Bald. in l. ſi qua-
rum in fine. ff. de testament. qui ait,
quod ſi statuto cæbatur, quod filius
familias poſſit testari debet intelligi
dummodo id fiat absque praividio
paris respectu iuris, quod habet
in bonis filij, quem reſerti, & lequitur
Imol. in cap. quia ingredientibus, nu-
me. 28. de testament. adem tenet An-
gel. in tract. de testament. nume. 12.
Franc. in rubr. de testament. in 6. num.
45. & ibi Perot. quæ ſt. 18. verbi. quin-
to, auerſit. Guiller. Benedict. in
cap. Raynuntius, verbo, matrem inſu-
per cleram, num. 24. de testament. Di-
dao. Perez in addition. ad Didac. de
Segura in l. Imperator, num. 78. ff. ad
Trebella. Gregorius Lopez in l.t.
titulo 1 partita 6. latifimile Petrus Pe-
ralta in rubrica. ff. de heredi. inſtitut.
numero 181. Arius Pinellus in l.t. in
1. parte, numero 44. C.de bonis ma-
ternis. Tellus Ferdin. in l. Tauri nu-
mero 2. Ludouicus de Molina, libro
2. de Hispanorum primogenijs, cap.
9. numero 22. cum alijs ſequent. Ioā-
nis Cephalus confiſ. 256. numr. 36.
libro 2. Ioā & Rojas in epitome ſuc-
ceſſio. cap. 29. n. 12. cum ſeq.

Et hæc eſt vera, & communis opī-
nio licet contrarium teneant Anto.
Com. in dicta l. 6. Tauri, numero 13.
& Mencha. de ſuccesſio progreſſu,
libro 1. §. 1. numero 31. quorum funda-
mētis ſatisfacit Tellus Ferd. & Ioā.
& Rojas loc. prox. cit.

Secundo limita, diſt. l. 6. Tauri,
vt non procedat in peculio profeſſi-
tio, nam licet per diſt. l. filius fami-

lias poſſit diſponere de tertia parte
bonorum ſuorum non poſteſt diſpo-
nere de tertia parte peculij profeſſi-
tij cum non ſit ſuum. L. certum. C. fa-
mil. et c. ſecond. neſat in diſta leges.
in 3. & 4. queſtione. C. de ſacrosanct.
Eccles. vbi Iason column. 3. in ſecū-
da lectura, quos refert, & ſequitur
Ioā Ceph. d. conf. 256. n. 46. lib. 2.

Tertio limita, veſtis procedat in
dote profeſſitria ſtipuata reddi pa-
tri, vel eius hereditibus, nam filia non
poſterit diſponere de tertia partis do-
tis, profeſſitrix ſi factū ſit adieſtū in
coſtitutione dotis, ꝑ ſoluto matrimo-
nio dos ad coſtituentem reuertatur:
nam nō poſterit filia praividicare pa-
tri, vel alteri ad quē dos redire debet,
vt per plura fundamenta probat
idem Ceph. in d. conf. 256 nume. 10.
cum alijs ſequent. & per torum.

Quarto limita diſtam Regni, vt
filius poſſit in vita, & in ultima vo-
luntate diſponere de tertia parte tan-
tum bonorum ſuorum, vt intelligatur
quādo filius ex mera liberalitate
diſponit, vt tūc nō poſſit diſponere,
ultra diſtam tertiam partem, ſecus
tamen ſi titulo oneroſo cōtraheendo
alienet excedendo diſtam tertiam
partem: nam tunc ſicut pater poſteſt
praividicare filio in legitima, ita eſco-
tra filius patri. l. vſque adeo. ff. ſi quis
apparente fuerit manumisſ. & nota-
tur in l.t. ff. ſi quid in fraudem patro-
ni, glōſſa & Doctores in leg. i. C.de
inoſſicio. donat & dicit Paulus Ca-
ſtrenſ. in diſta l. C. ſi quid in fraud.
patroni, quod filius pro legitima ſi-
bi debita in bonis patris nō poſteſt re-
uocare alienationes factas inter vi-
uos ex cauſa oneroſa, vt ex cauſa ve-
ditionis, vel permutationis ſecus ex
cauſa lucrativa donationis inoſſicio-
ſe, vt per titulum de inoſſicio. dona-
tio. & pari ratione ſicut filius nō re-
uocat alienationes factas inter vi-
uos ex titulo oneroſo, ita pater nō
poſterit reuocare alienationes factas

De exercit. pract. actio. Cap. I.

45

à filio eodem titulo oneroso cum inter parentes, & filios successio sit æqualis. l. 3. in principio. C.de bonis quæ liberis.l. finali.C. communia de successio.l. fin.C. ad Terrullian. authenticus de hereditibus ab intestato venientibus. §. si igitur collatione 9. dicta l. 6. Tauri, & viro bique Doctores.

9 " Ex quo inferri Ioan. Lup. in rubrica de donat. inter vir. & vxor. §. 50. num. o. 17. quod si per pactum reci procum maritus, & vxor partis sunt inter se, quod is qui supereffet altero præmortuo habetur ex bonis præ morientis ducenta millia nummos si quod vivens poterit petere illa ducenta millia licet excedant tertiam pars rem honorum præmorientis in prædictiū legitimam eius patris, vel matris contradicunt, & impugnantis dictum pactum, & ita refert fuisse decifsum pro marito contra matrem suam vxoris præ mortuæ ex natura pateri reciprocí per iura supradicta, & ratio est secundum eum, quia in illo pacto reciproco nulla reperitur gratia, vel liberalitas alterius coniugum cum euentus mortis sit incertus, nec aliquis eorum possit dici circunuentus. l. ii. pater pueræ, vbi Paulus, & Alexand. C. de inefficiso testamento. l. fiducia commissio. C. de transactio. l. cum hi, vbi nota Baldus. ff. de transactio. Rod. Sua. in l. quoniā in prioribus, ampliatione 6. num. 6. vbi eius additionator sequitur Ioan. Lup. in dicto §. 50. num. 17. per dictam limitationem. l. 6. Tau.

4 Et aduerte quod Episcopus Abbas, & ciuitas non habent hanc actio nem, nisi iniuria facta sit in eorum contumeliam, sed pater habet actionem pro iniuria facta filio licet non sit facta in contumeliam suam. l.i. §. fina. ff. de iniur. Doctores in dicto §. patitur, quia pater videtur magis iniuriā pati, quam filius. l. isti quādēm §. fin. ff. quod metus causa. Innocentius in capite non dubitem desentia excommunicat. & maritus pro iustitia facta vxori. quia semper censetur facta marito cū sint duo in carne vñb, & vxor dicatur pars corporis mariti. l. aduersus. C. de crimi. expil. hære. cap. admonere, trigesimalteria quæsiōne secunda; & maritus est particeps infortunij, & iniurie vxoris. l. si cum. doteat. §. si maritus, & §. sin autem in sevissimo. ff. solut. matrimon. DD. in d. §. patitur.

Liber secundus praxis ciuilis,

EX 9. XXV.

SUMMARIA.

- 1 Pater potest remittere iniuriam factam filio etiam iniusto eo.
- 2 Pater remittens iniuriam, filius amplius agere non possit.
- 3 Filius non potest remittere iniuriam sibi factam in praesudicium ipsius patris.
- 4 Vxor non potest iniuriam sibi factam remittere, sine consensu viri.
- 5 Pupillus non potest sine consensu tutoris remittere iniuriam sibi factam.
- 6 Monachus non potest remittere iniuriam sibi factam sine consensu monasterij.
- 7 Iniuria si fiat filio à coniuncta persona pater eam remittere non potest sine consensu filii.
- 8 Pater si est turpis persona non potest iniuriam filio factam remittere absque eius consensu.
- 9 Pater furiosus non potest remittere iniuriam filio factam.
- 10 Pater non potest remittere iniuriam factam filio qui non est in patriis potestate.
- 11 Mater non potest remittere iniuriam filio factam.
- 12 Pater remittente iniuriam factam filio non possunt a. y. fratres agere amplius.

DE PATRIA POTESTATE quam pater habet in filios familias, ut possit remittere iniuriam eis factam etiam iniustis.

9.XXV.

- 1 DECIMVS OCTAVVS effectus patriz potestatis est, ut filio iniusto pater possit remittere in iuriā ipsi filio factā l. in personā, vbi glos. Bart. & DD. ff. de pac. l. sed & si vnius. h. filiofamilias. ff. de iniuris vbi glos quā ibi sequuntur Bart. & Alber. Bart. & cōmu. DD. in L. Lucius.

ff. solut. matr. & tenet plures DD. cītati, per Pinel. in L. in 3. par. nu. 105, C. de bon. mat. vbi hāc testatur com. suu. opin. licet ipse cōtrarium teneat post Azon. Host. & Iac. de Aren. hāc etiā huius effectus cōclusionē tenet, & dicit cōmu. Boer. decif. 120. nu. 1; cū seq. & Iul. Clar. in sua pract. crim. q. 58. vers. quero nūquid, & Clem. de patr. potest. effectu 8. nu. 1. qui plures allegat.

3 Et adeo hāc cōclusio procedit, q̄ si pater remittat nō potest filius age re, vt notat glos. in cū illorū, verbo, passus est vbi Abb. & DD. de sent. excō. Bart. & alij in l. huius studij. ff. solut. matr. & in l. si sine. h. fin. ff. rem rat. habe. Ias. in l. contra iuris. h. si filius. ff. de pac. Boer. d. dec. 120. Cle. d. effect. 8. n. 1. qui alios refert.

Quod exende, vt in tantum pater iniusto filio possit remittere iniuriā ipsi filio factā, quod eam ipse filius remittere nō possit in praesudicium patris, vt notat Boerius dicta quēstio ne 120. numero septimo, quem refert & sequitur Clemens. dicto effectu 8. num. 4.

4 Sicut supra in 9. 9. in 25. extensio ne ad legem 55. Tauri diximus de muliere, quz non potest absque viri consensu offendam, vel iniuriam sibi factam remittere, vt notat glos. sa in capite primo in principio, verbo, à decem & octo annis de pac. iu ra. firman. quam ibi sequuntur Doflores, & tenet Lamberteng. in trāstatu de contract. glossa l. num. 346. cum seq.

Ad quod facit, quod ibi etiam notabimus de pupillo, & adulto, qui non possunt sine tutoris, vel curatoris autoritate remittere iniuriam sibi factam secundum Baldum in lege prima in fine. C. de in integrum restitut. minorum, & in lege prima, columnā 2. ff. de pac. & in l. ius iuran di gratiam, vbi etiam Alexand. & Ia son. ff. de iureciur. & Bald. Albe. Salis.

Gastrenſ

Caſtreñ. Alexand. Arerij. Iaf. Rimi. Dec. & cland. aquen. in L. paſtum cuſatoris. C. de paſt. Crot. in l. 4. §. Ca-
to. nu. 167. ff. de verb. oblig. Lambert. in d. traſt. de contra ft. glof. 1. nu. 547.
vbi teſtatur de communi.

Et quod diſtum eſt de pater, & fi-
lio dici poſteſt de Abbaie, & Mo-
nacho, & de alijs ſuperioribus, & ſub-
iectis per ea queſeſt notaſt. Baldus &
alijs in diſta lege in perſonam. ff. de
paſt. Boerius in ſing. veſbo, reſummoſſio
numero 6. & Caſtreñ. inter conſilia
crimin. diuerſ. doſt. conſilij 95. in or-
dine 48. numero 8. Guido Papa queſ-
tione 464. Marti. Laud. in trac̄at.
de princip. queſtione 265. & 282. &
queſtione 388. Parigiſus de Puteus in
traſtatu Syndic. §. an ex eo, numero
11. Clemēti. diſto effeſtu 8. num. 2. &
3. & 4.

Limita tamē primō diſtum eſſe
etūm, & communem conſuſionem,
niſi iniuria fuit à coniuncta perſona,
quia tunc pater non poterit eam re-
mittere. L. Papinianus in principio,
vbi Baldus, Imola, Roma. & alijs. ff.
de inofficioſo teſtamento. Bartolus.
& Doſtores in diſta lege Lucius. ff.
ſoluto matrimonio, & tenent plures
Doſtores citati per Pinellus in lege
prima, in tercia parte, numero 105.
C. de bonis maternis, vbi hanc teſta-
tur communem opiniohem licet ip-
ſe tēnet cōtrarium dicit etiam com-
munem Julius Clarus in diſta queſ-
tione 58. Clemēti. diſto effeſtu oſta-
uo, numero ſexto. Tiberius Decian.
conſilio 35. numero 29. & 30. libro
primo.

Secundo limita, vt non proceſſat
quando pater eſt turpis perſona, &
ſilius honesta, quia tunc pater non
poterit iniuriā filio factam remi-
tere. I. ſed ſi minus. §. filioſaſilia, vbi
Bartolus. ff. de iniur. idem Barolus
in L. Lucius. ff. ſoluto matrimonio.
quem ſequitur Clemēti. diſto effe-
ſtu 8. nu. 5.

Tertio limita, quando pater eſſet
furiosus per ea queſeſt tradit Tiraquel.
poſt leges connub. glof. 8. nume. 34.
quem refert, & ſequitur Clemēti. diſto
effeſtu 8. nu. 9.

Quarto limita, vt non proceſſat in
iniuria facta filiis qui ſunt extra pa-
triā poſteſtatem, quam pater remi-
tre filio iniuito non poterit cum caſſet
hic effeſtu patrī poſteſtatis, vt ſen-
tit Marāta de ordine iudi. 6. par. prin.
in tit. de inquisit. num. 67. & expreſſe
notaſt Iul. Clar. in d. q. 58. verſ. quero
nunquid. Clemēti. diſto effeſtu oſtauo, nu-
mero 1.

Ex quo inſertur, quod cum mater
non habeat patriā poſteſtatem non
poterit remittere iniuriā filio factā
vt notaſt Guido Papa, cap. 464. queſ
etiam refert, & ſequitur Clemēti. in lo-
co proxime citato.

Et nota quod remittente patre iniu-
riā filio factam non poſſunt alijs fra-
tres agere, vt notaſt Marāta de or-
dine iudi. d. 6. par. iit. de inquisit. nu.
67. quem ſequitur Clemēti. diſto effeſtu 8.
num. 12. & ratio eſt, quia ſi non po-
teſt agere filius principaliter offend-
ſus multo minus alijs filij.

EX 9. XXVI.

SVMMARIVM.

Pater poſteſt contrahere matrimonio
niuum nō minime filij & ſine ſpecia-
li mandato, ſed erit neceſſario ratificā-
tio ipius filij.

DE PATRIA POTE-

ſtate quam pater habet in filios
familias, vt poſſit agere nomine
corum abſque ſpeciali mandato.

9. XXVI.

DE C I M V S N O N V S
effeſtu patrī poſteſtatis eſt, q̄
licet in matrimonio, & in alijs caſib-
us in quibus requiriſtur ſpecialē
mandatum non admittiſtūr coniun-
cta perſona ſine mandato, cap. fina-

Liber secundus praxis ciuili.

de procurat. in 6. cap. studiisti. de offici. leg. 1. generali. ff. de ritu. nupt. vbi Baldus, & alij. Abbas in capite non nulli. s. sunt & alij numero secundo de rescript. & in capite cum in numero 10. vbi etiam Ripa numero 60. qui hanc testatur communem opinionem de constitut. Alexander con filio 78. num. 4. libro 5. Parisius confit. 3. nume. 112. libro 1. Mantica consilio 157. numero 2. libro 2. Tamē speciale est in patre qui ratione patris potestatis potest contraere matrimonium nomine filij etiam absque mandato, & alia agere in quibus requiritur speciale mandatum, ut teneant Roma. sing. 227. & 619. & con filio 241. numero 13. Socinus Senior consilio 220. nume. 5. libro 1. Postius consilio 151. numero 17. Rotis de citione 6. de procurator. in nouis. sed necessaria erit in hoc contractu matrimonij celebrato per patrem nomine filij ratificatio ipsius filij; ad hoc, ut talis contractus eum obliget, ut declarant Doctores in dicto capite finali de procurator, in sexto, capite primo. s. fina. de desponsatione impub. In 6. vbi Doctores, Abbas in capite secundo, numero nono de regulis, idem Abbas & alij in capite 1. de desponsi. impub. l. 10. tit. 1. p. 4.

EX 6. XXVII.

SVM MARIA.

1. Pater & filio compedit actio doris.
2. Viro vergente ad insipiam anfilla posuit agere sine consensu parentis ad diem recuperandam si dor sit magnus habita a matre, vel ab auro materno.
3. Viro vergente adiuto p̄spater, et sic filius potest agere ad recuperationem doris.
4. Actio doris de iure regio filia, & non patris compedit cum permisit in matrimonio filia liberatur a patris potestate.

DE PATRIA POTESTATE
statu quā pater habet in filia s. mulier, ut iure communī eis actio doris cōpetat, & soli patris & summi fructum doris soluto matrimonio. s. XXVII.

VICESIMVS effectus patris potestatis est, quod patrī, & filiū competit actio doris iure communī, & patrī vsumfructū doris soluto matrimonio. I dōs à patre. C. soluto matrimonio. vbi DD. glōs. in 1. 2. 6. item si voluntate verbo, amissa ff. eod. tit. Curt. Iun. cons. 152. nū. 1. & 3. vbi hanc testatur communī opī.

Sed si dos sit magna habita a matre, vel ab auro materno marito vergente, ad inopinatam sola filia absque cōsentū patrii, & eo inuito potest agere in iudicio pro ea dote adūtūtia, authēst. & locū versic. & cū matrē. C. de collat. vbi Bart. Castrēs. & Ias. n. ii. qui hanc testatur cōmū. opin. glōs. & DD. in 1. 2. 6. quid sūlā patrī. si soluto matrimonio idem Iason in 1. si constante. nu. 3. ff. eod. tit. dicit communēm Joan. Bapt. à Villalob. verbo, filius familias. nu. 131. Clem. de pat. pat. effectu 4. n. 14. cum seq.

In quo inopie casu pater etiam solus absque filia potest agere ad repetitionem doris Bartolus, & communiter Doctores in 1. si constante. ff. soluto matrimonio. Iason in 1. si cum dotem. s. eo autem tempore, & in legge docem. ff. eodem titulo. idem Iason in d. authēt. quid locū, num. 9. de collat. Clem. locū proxime citato.

Sed iure nostro regio cū per matrimonium filia liberetur a patrī potestate per 1. 47. quī gest. 1. 8. tit. 1. lib. 5. recopil. cēssat hic effectus, & filia, & nō patrī cōpetit actio doris, rechabet pater vsumfructū per 1. 48. Tauri, quā est 1. 9. tit. 1. lib. 5. nec mortuo viro filia ēcēdit in potestatem patris per d. 1. 47. Taur. ibi, Para semper, de quo infra in 6. latius tractabitur.

EX

EX 4. XXVIII.

S V M M A R I A.

- 1 Pater tenetur maritare filiam habentem in potestate.
- 2 Pater officio iudicis potest compellere ad dotandam filiam.
- 3 Index poteris compellere patrem, ut filiam dojet, etiam filia non petente.
- 4 Pater tenetur dotare etiam filiam diutinem.
- 5 Pater tenetur dotare filiam etiam nupiam.
- 6 Pater tenetur dotare filiam nupiam, sine eius consensu, etiam viro indigo.
- 7 Anus paternus tenetur dotare filiam filij sui.
- 8 Differentia an sit inter anum paternum, & anum maternum.
- 9 Anus tunc tenetur dotare nepotem, eum filius non posuit.
- 10 Mater dimes, & pater pauper tunc mater tenetur dotare filiam.
- 11 Pater tenetur dotare filiam naturalem spuriā usque ad quantitatem alimensorum.
- 12 Pater tenetur dotare etiam filiam emoneipatam.
- 13 Pater tenetur constitui congruum dozem filii secundum quantitatem legitime.
- 14 Dos succedit loco legitime.
- 15 Filia si fuerit incongrue dotata potest petere supplementum, usque ad quantitatem legitime.
- 16 Filia renuntians cum iuramento non petere amplius, non potest petere supplementum.
- 17 Super legitimam non potest imponens.
- 18 Dos sicut non potest esse minus legitima, ita nec legitimam debet excedere.

DE PATRIA POTESTATE quam pater habet in filiis familiis qui tenetur eas maritare, & dotare. §.XXVIII.

V I C E S I M V S P R I M V S effectus patris potestatis est, ut pater teneatur filiā quam in potestate habet nutui tradere, & dotare, lex qui liberos. &c. de'rit. nupt. l. finali. vbi Doctores. C. de dot. promissio. vbi Doctores glossa in lege cum post. §. gener. verbo, placuit. ff. de iure dotium in lege neque mater. C. eodem & in lege cum pluries. §. penultimo. verbo, alio. ff. de administrat. tutor. Bartolus & alij in lege prima. ff. soluto matrimonio. Campegius in tractatu de dote, quæstione 15. partita 1. & quæstione 11. Baldus Nouellus in eodem tractatu, præuilegio 15. partita 6. Clem. de patria potestate, effectu n. numero 1. l. 8. titulo 11. part. 4. ibi, Tenudo es el padre de la casa e de la dotar. l. 9. tit. n. ead. par.

Quod primo extende, vt adeo pater teneatur filiam dotare, vt possit officio iudicis ad id compelli, vt non-Bart. in l. mulier. §. cum proponeretur. ff. ad Trebellia glof. Castrensi. & Alexad. in l. si ficer. ff. soluto matrimonio. Clem. de pat. potest. effectu n. nu. 11. d. 1. 9. tit. 11. par. 4. Ioan. & Rojas plures allegans in epitome succeſ. c. 5. nu. 6.

Quod procedit etiam filia non petente si pater sit negligens, nam poterit eum iudex compellere, vt cōgruenter filiam dojet lex tertia. ff. de iure dotium, tradit Baldus Nouellus in dicto tractatu de dote, præuilegio 18. part. 6. & Boerius decisione 130. numero 4. & 5. & Alexad. der in dicto §. cum proponeretur, numero 14. cum seq. & in l. a filia. num. 9. ff. eod. tit. ad Trebell. Clem. loco proxime citato. dicta lex 9. titulo 11. par. 4.

Liber secundus praxis ciuilis,

4 Secundo extende, vt procedat dictus effectus etiam si filia sit diues, & habeat bona aduenititia ex quibus congrue possit dotari, nam adhuc pater tenetur de suis bonis eam dota e, & ita si simpliciter dotem promisit censetur de bonis suis dotasſe, dicta lex finali, vbi communiter Doctores C. de dotis promissio. Docto. communiter in l. i. ff. soluto matrimonio Scientia consilio 57. numero 3. libro 4. Parisius consilio 29. numero 61. libro 3. qui testatur de communi. Clem. men dicit effectu ii. numero 14. declarant DD. in l. 53. Tauri, maximē Antonius Gomez, ibi. numero 21. cū sequēti. & Gregorius Lopez in d.l. 8. tit. 11. par. 4. verbo. *El padre*, & in l. 6. tit. 10. par. Couar. lib. 3. varia. resol. c. 19. nu. 3.

5 Tertio extende, vt procedat dictus effectus etiam si filia fuerit nupia, quia in eo casu etiam a patre dotari deberet. Corneus consilio 242. libro 3. & consilio 39. numero 2. & consilio 35. numero 1. libro 4. Boerius quæstione 130. numero 8. Beninc. in tract. de pauper. quæstione 8. speciali. 3. in contractibus, quos sequitur Clem. d. effectu ii. numero 13. glossa. I. obligatur, veri o. lege. ff. de actio. & obli gat. Bald. in authēt. res quæ. num. 10. ibi etiā Castrē. & Arg. C. cōmunia idem Bald. in rubrica de officio iud. & in l. i. vbi communiter Docto. ff. soluto matrimonio. Castrē. I. si foder in fin. eod. tit. vbi testatur Corn. contra Bart. Ioan. à Rojas plures referēs in epit. succel. c. 5. n. 7. qui etiam testatur decor.

6 Quarto extende, vt procedat etiā si sine patris consensu filia nupserit etiam viro indigno, vt notant Hossiens Ioannis Andræas, Abbas, & alij in capite 1. de sponsatio. impub. Parisius consilio 29. r. numero 62. qui hanc dicit communem opinionem. Gregorius Lopez in l. 10. titulo 1. partita 4. veibz. *Puedela desheredar.*

Couarru. in epitome de sponsalibus. 2. parte, capite 3. §. 8. numero 5. Cle men. de patria potestate, effectu 6. numero 13. quod intellige nisi filia habeat, vnde congrue dotari possit, vt supra in §. decimo octavo declara uitum.

7 Quinto extende, vt procedat hic effectus etiam in auo paterno qui se netur dotare neptem, quam in potestate habet quamvis neptis habeat, vnde se possit dotare, & in auo materno quando nepis non habet aliud, vnde se dotare possit secus si habeat. I. dedit dotem. ff. de collario. bonorum, & tenent Doctores in d.l. finali. C. de dotis promissio. & in leg. prima. ff. soluto matrimonio.

8 Quæ differentia inter auum paternum, & maternum sublata est iure regio per dictam legem 8. titulo 11. partita 4. quæ disponit quod a uus paternus non tenetur dotare ne ptrem in eius potestatem constitutam si ipsa habet vnde se possit dotare, quod notat ibi Gregorius Lopez, & hodie attenua lex quadragesima septima Tauri, quæ est lex octava, titulo primo, libro quinto recopilationis, planius procedit cum filius per matrimonium liberetur a patria potestate.

9 Imo etiam de iure communi licet officium avi paterni esse dotare neptem, quam in potestate habebat, sicut erat officium pairis filiæ dotare per d.l. dedit dotem. ff. de collatio. bonorum, & tenent Doctores supra citati, tamē hoc erat intelligendum quando filius nō poterat elius filiam dota re, nam si diues filius esset proximitatis ratione tenetur filiam dotare, vt notat Bald. in authēt. res quæ. nu. 12. C. communia de leg. & in d.l. fin. C. de dotis promis. Iaf. in d.l. 1. nu. 26 cū seq. ff. solut. matri. vbi etiam Ripa. n. 74. & Soc. Iu. n. 190. qui hāc testatur commu. op.

Sexto

io. **Sexto** extende, ut procedat etiam in matre quando est diues, & pater pauper quæ tenetur filiam dotare, ut notaç Campeg. in dicto tractatu de dote, quæstione 22. in 1. parte, & Benincal. in tractatu de pauper. quæstione 8. speciali 3. numero 17. in contract. Clemen. de patria potestate, effectu 11. numero 4. & idem disponit 19. titulo 15. partita 4. quando mater est infidelis, & filia fidelis.

ii. **Septimo** extende, ut pater teneatur etiam dotare filiam naturalem, & spuriam usque ad quantitatem alij mentorum quæ ei debentur authentica licet. C. de natural. liber. cap. cū haberet, vbi glossa finalis, & communiter Doctores de eo, qui duxit in matrimonio. quam poll. per adult. Bart. L. meuius. §. duabus. ff. de legat. 2. Alexander in L. numero 18. ff. soluto matrimonio. Benincas in dicta quæstione 8. speciali 3. numero 6. qui hanc testatur communem, quos & alios resert, & sequitur Clemen. d. effectu 11. numero 5. cum alijs sequē. Antonius Gomez L. 10. Tauri, numero 44. & in hoc casu dos non potest excedere quintam partem bonorum sicut nec alimenta dicta L. 10. Tauri, vbi Antonius Gomez dicto numero 44. vbi etiam Tellus Ferdinandus, numero 11. Couatru. in epitome de sponsalibus. 2. par. capite 8. §. 6. numero 11. Paleot. cap. 42. Boerius decis. 127. nu. 6.

Ottano extende, ut pater teneatur etiam dotare filiam ingressam religionem, ut tradit Boerius decis. 126. numero 12. & quæstione 130. numero 14. Afflictis decisione 348. numero 4. de pat. potest. effectu 6. n. 24. & effectu 11. nu. 17.

Nono extende, ut pater teneatur etiam dotare filiā emēcipatā, ut notat Bald. Nouell. in tractat. de dote priuil. 5. & 26. in 6. p. & Campeg. in eod. tract. 1. p. q. 26. Boer. q. 131. nu. 6. qui hanc testatur cōmu. op. declarat Clem. ind.

tract. de pat. potest. c. fin. nu. 89. cū sequent.

Dicimo extende, ut pater teneatur filiæ cōgruam dotem cōstituere secundum quantitatem legitime, ut notat cōmunicer D. D. in authē. res quæ maxime. Salic. notab. 2. & Ias. nu. 22. C. communia de leg. & inauthē. no uisima. C. de inofsc. test. Caſtrenſ. cōf. 362. lib. 1. Cum. conf. 46. in fine. Ang. cōf. 367 indub. 4. Alex. cōf. 69. in 1. dubio lib. 1. & cōf. 7. col. 2. lib. 2. & conf. 88. lib. 6. & cōf. 83. col. 2. lib. 4. Dec. conf. 106. nu. 3. & conf. 180. col. 1. & conf. 379. nu. 14. conf. 26. nu. 4. & conf. 181. nu. 5. & cōf. 277. nume. 2. & cōf. 611. num. 7. Corn. cōf. 107. nu. 3. & cōf. 91. n. 1. lib. 2. & cōf. 258. n. 13. lib. 4. qui testatur cōmuni. Rui. cōf. 26. n. 5. & cōf. 60. n. 6. & cōf. 82. n. 11. lib. 3. Pa. il. cōf. 63. n. 51. & cōf. 81. n. 50. lib. 2. & cōf. 26. n. 90. & cōf. 93. n. 13. lib. 3. Crauet. cōf. 236. n. 3. & cōf. 11. n. 15. qui hac testatur cōmu. op. Soc. Iun. cōf. 79. n. 44. & 87. lib. 3. Afflict dec. 160. Tho. Grā. decis. 57. n. 6. cū duob. seq. & decis. 10. n. 16. cū plur. seq. Tiraq. qui plures citat in L. si vñquam, verbo, lusc erit liberos, num. 110. C. de reuocand. dona. io. Rubeus in 1. pater filium, num. 169. ff. de inofsc. test. statim. Clem. d. effectu 11. num. 23. qui dicit etiam communem plures allegans. Menoch. conf. 8. nu. 9. lib. 1. Beccius qui alios plures resert conf. 112. num. 8. vbi hanc testatur communem opinionem, quæ probatur iure regio ex L. titulo 2. lib. 5. recop. iuncta petitione, & responsione, ibi: supplicamus a V. Mageſtad quælas dozes no puedan ser mas de la leguima que le verbia a la dota laſi entonces se par tieſen los bienes del dñadr, & ibi: Aſenté vueſtra ſuplicacion, &c. quæ verba no fuerint trāslata in recopilacion, & ibi: Mandamus. que por via de dote, ni casamiento ninguno pueda darsercio, ni quanto, ni se entienda ser mejorada faceta, ni expreſſamente.

Liber secundus praxis ciuilis.

- 14 Et ratio est, quia dos succedit loco legitimæ, & cum pater teneatur legitimam filiæ relinquere, ita & dominum illius loco cōstituere debet Baldus in l. Titio centum. §. Titio genere numero 6. ss. de conditio. & de monstratio. Afflictus decisione 111. numero 10. & decisione 260. numero 13. Capit. decisione 176. numero 9. Corneus consilio 107. numero 3. lib. 2. Parisius consilio 25. numero 39. & consilio 54. numero 14. & consilio 60. numero 44. & consilio 63. numero 11. libro 2. & consilio 26. numero 8. libro 3. Tiraquellus in lege si unquam, verbo, suscepit liberos, numero 112. Cod. de reuocand. donation.
- 15 Ex quo infertur, quod si filia fuit in congrue dotata potest petere supplementum, usq; ad quantitatem, & mensuram legitimæ, vi notar Baldus in dicta lege finali. C. de dot. promissio. & in authenticas res quæ. C. communia de leg. Castren. consilio 362. libro 1. Alexander consilio 121. libro 6. Socinus consilio 57. libro 4. Baldus Novellus in tractatu de doce, privilegio 17. in 6. parte. Decius consilio 276. columna penult. Corneus consilio 100. numero 3. libro 3. C. auer. quia quis referit consilio 236. numero 4. quos referit, & sequitur Clemens. dicto effectu 11. numero 27.
- 16 Quod limita, nisi filii renuntias- set cum iuramento, & promisisset amplius non petere, quia tunc virtute iuramenti non poterit supplementum petere, ut tradit Baldus in lege si quando, numero 1. C. de inofficio testamento, & late Craueta plura adducens consilio 11. numero 13. libro 1. vbi hanc testatur communem opinionem. Tellus Ferdinandus in 1.23. Tauri. Clemens. dicto effectu 11. numero 31.
- 17 Infertur etiam quod sicut de legiti- ma reiicitur omne grauamen, lex
- 18 quoniam in prioribus. C. de inofficio se testamento, vbi Doctores: ita de doce lex finali. §. filio. ff. de legat. 2. l.5 filia. C. ad Trebellianum. Roman. consilio 64. numero 2 Bello, consilio 53. numero 19. declarat Clemens. dicto effectu 11. numero 28 cum sequent.
- Et adoerte, quod sicut dos debet cōstitui ad mensuram legitimæ, ita non debet excedere legitimam per dictam legem 1. titulo 2. libro 5. Recopilat. iur. ita petitione, & responsione quæ non fuerint translata in re copillatione, licet de iure communis dos poterat excedere legitimam. I. etiam. C. de iure dotium. I. si conslane, & l. fin. vers. fin. C. de donatio. ante nuptias, & tradit Baldus. Novell. in tractatu dote. 7 part. prim. speciali. 8. Alexander consilio 134. numero 30. libro 6. Parisius consilio 126. numero 1. libro 1. Clemens. dicto effectu 11. numero 31. quod etiamante dicit. l.1. titulo 2. libro 5. recopilat. erat etiam permisum iure regio per viam meliorationis tertie & quintie partis, excedere mensuram legitimæ. per l. 22. Tauri, quæ est lex 6. titulo 6. libro 5. recopilat. vbi tradunt late in Marienzus, & Azeuedus, & Ioannis Gurierez in libro 2. Questionum, questione 59. Angulus de melioratio. in lege sexta per totam. Mieres in tractatu de maioratu, prima parte, questione 65. numero nono, & in prima parte, questione 72. numero secundo. Ayora departit. secunda parte, questione decimaqua- rta, numero 30. & 31. Menchaca de successio creatio. libro primo. §. pri- mo, numero decimosexto. Spinus in suo Speculo testamentorum, glossa decima octaua, numero 71.

E X

EX 4. XXIX.

S V M M A R I A .

- 1 Pater fame opresso potest filium vendere.
- 2 Pater occasione famis potest filium pignorare.
- 3 Pater an posse permittat filium fama opresso.
- 4 Ausus paternus potest vendere filium occasione famis;
- 5 Pater vendere ex alia causa non potest, quam ex saevis necessitate.
- 6 Pater non potest vendere filium electum occasione famis.
- 7 Mater non potest filium vendere occasione famis.
- 8 Pater non potest vendere filium emicatum pro famis necessitate;
- 9 Pater vendet filium si deuerterit ad pinguire rem forsanam teneat, ut illum redimere.

DE PATRIA POTES-
TATE quam pater habet in filios
familias, & fame opresso posse
eos vendere. §. XXIX.

VICESIMVS SECUNDVS est patrie potestatis est, vt pater fame opresso possit filium vendere. l. 2. vbi glossa; & Doctores. C. de patribus qui filios distinxerunt. & Doctores in §. ius autem institutus patrie potestate, glossa in capite si quis de fuit. & in capite discipulos de consecratione, distinctione. Abbas in capite nonne, columnina finali de presumptione. & in capite ex literis, numero 7. de diuorti. Cagnolus in legge non debet, numero 4. de regulis iuris qui plures allegant. Gerardus sing. 100. numero 16. Marsilius sing. 101. Mantica sing. 547. Tiraquellus de vtroque retrahit. §. 26. glossa 1. numero 14. & 17. Clemens de patris potestate, effectu primo, numero pri-

mo. Couarruias libro 3. variarunt resolution. capite 14. humero 4. & probaturex l. 8. tit. 17. par. 4.

Quod primo extende, vt etiam locum habet in pignoris datione, nam potest pater ob inopiam, & egestatem filios pignori dare, & obligare secundum glossam communiter exceptam in dicta lege 2. C. de patribus qui filios distinxerunt, quam etiam sequitur Baldus in l. in suis ss. de liberis & postiblum, & Couarruias in disto capitulo 14. numero 4. vbi hanc testatur communem opinionem Ludouicus de Molina de Hispanorum primogenitiis, libro 4. capite 5. numero 25. Ioannis Baptista Alinus in sua pract. capite 2. numero 21. & expresse probat d. l. 8. titulo 17. par. 4. & l. 7. tit. 13. part. 5.

Secundo extende ex identitate rationis, vt hic effectus procedat etiam in permutatione cum per ea non fiat deterior coditio filii, & forte utilius sit pati pe. mutare quam vendere, vt tenet Arias Pinellus in rubrica. C. de bonis maternis. 2. parte, numero 26. maxime, quia permutatio vicem obtinet emptionis. l. 2. C. de rerum permutatio, & est similis emptioni, & venditioni. l. ultima quibus ex causis in possessio. eatur. Afflictus 339. numero 2. Decius consilio 555. numero 10. & licet in aliquibus dissimilis sit secundum Castrensem in l. ss. de rerum permutatio. eius dissimilitudo, nihil filio permutato notere potest, vt ex differentiis colligi potest.

Tertio extende, vt locum etiam hic effectus habeat in suo paterno, qui poterit ne potem ob famis necessitatem vendere cum eum habeat sub sua potestate. l. si marites. C. de patrie potestatis, §. ius autem institutus eodem titulo, & hic sit effectus patrie potestatis, vt iura supra in principio adducta probant ouz licet loquantur in patre non tamen excludent auum cum patris appellatione

h 5 etiam

Liber secundus praxis ciuilis,

etiam autem continetur. Iustitia interpretatione. ss. de verborum significatio, vbi glossa, & Doctores ipsi patens appellatione. ss. eodem titulo. Albericus in tractatu statutorum in 2. parte, quæstione 107. Baldus in l. scimus, numero 12. C. de inofficio testamento tradit. Boerius quæstione 241. numero 5. Rebussus in tractatu de priuileg. schola, priuileg. 177. numero 10. & facit quia rub. tam istitue. quam. C. de patria potestate comprehendit potestatem cui licet de ea non loquatur, & in effectu his fundamenis hanc extensionem tenet Clemens. de patria potestate, effectu primo, numero 20. cum sequent. cuius opinio mihi vera videtur licet Salicetus in dicta l. 2. C. de patribus qui filios distraxer. contrarium teneat dicens, quod permisso illius. I. est contra ius naturale, & loquitur de patre & non de aucto, & sic quod de solo patre intelligi deberet cuius fundamentum excluditur per ea quæ dicta sunt, & quia in hoc casu militat eadem ratio patris potestatis, & sic comprehenditur in dicta l. 2. cui potestas, & nepotis venditio per ea quæ late diximus in §. 9. in 50. extensione ad l. 55. Tauri.

Primo limita dictum esse etum, ut non procedat ex alia causa quam ex famis necessitate, nam non licet patri filium vendere, nec obligare ex ilia alia causa necessitatis etiam huic simili secundum glossam in dicta l. 2. C. de patribus qui filios distraxer, quæ ibi sequuntur Doctores, & Alciatus post alios libro 2. de verborum significatio. columna 48. quem refert, & sequitur Couarruicias dicto capite. 14. numero 4. & idem tenet Tiraquellus de vitroque terra. §. 26. glossa 1. numero 23. & Clemens. dicto effectu primo, numero 6. cum sequent.

Secundo limita, ut non procedat in filio clero in sacris constituto.

quem patet vendere, nec obligare poterit, vt teneret Cardin. Hos sicut. Ioannis Andreas, & communiter Doctores in capite indecorum de rectate, & qualitate. Cardinal. in Clemens. 1. in 17. quæstione de vita, & honestat. cleric. Marsilius sing. 101. & in rubrica de fide iussoribus. Gerardus sing. 109. numero 6. Ioann. Corra. in l. qui liberos, numero 14. ss. de iure iurand. Couarruicias dicto libro 3. variarum resolutio. cap. 14. numero 4. versiculo quarto. Alinus in d. pract. cap. 2. numero 23. Clemens. dictio primo effectu, numero 23. Gregorius Lopez in d. l. 8. titu. 17. part. 4. verbo, Puede vender.

Terrio limita, ut non procedat in matre cum non habeat potestatem in filios lex 4. de curato. furio. cum alijs, & quia ius istud non solum in amore, & ratione sanguinis consistit, sed etiam in consilio, quod in viro potius quam in scemina presumitur l. 2. vbi late deci. ss. de regulis iuris. l. nec in ea. ss. ad legem. Iuli. de adult. l. 1. ff. de legibus cum alijs similibus, & hanc opinionem tenet glossa communiter recepta in dicta l. 2. C. de patribus qui filios distraxer. quam pluribus rationibus comprobatur, & sequitur Pinellus in dicta rubrica de bonis maternis. 2. par. n. 22.

Quarto ex eadem ratione limitat, non procedat remedium dicta l. 2 in filiis emancipatis cum cesseret patria potestas, & sic eius effectus, ut colligitur ex glossa, & ibi traditus per Doctores in dicta l. 2. C. de patribus qui filios distraxer. & expresse tenet Pinellus in loco proxime citato, numero 23.

Et est aduertendum; quod si patet qui filium vendidit ad pinguiorem fortunam revertatur tenetur filium redimere ad quod potest filius compellere cum esset causa venditionis, ut declarat Baldus in capite ex rescripto de iure iurando, & Felinus:

in c. cū dilecta de rescript. Hippol. in
lege vnicā, num. 23. C. de rapt. virg.
Cōcurrū. Afinus, & alij Doctores in
principio circai, & probat exp̄esse.
L. titulo 17. partita 4. vbi Gregorius
Lop.

EX §. XXX.

SUMMARY.

- 1 Pater potest pro filio stipulari.
- 2 Pater ut possit stipulari pro filio post mortem eiusam si pari filius heres non fuit.
- 3 Pater potest stipulari pro filio emancipato.
- 4 Tutor pro pupillo Abbas promonasterio jnatus pro uniuersitate stipulari possunt.

DE PATRIA POTE
STATE quam pater in filios familias habet ad stipulandum pro
cis. §.XXX.

VIGESIM V TERTIVS
electus patrī potestatis est, &
licet stipulari pro a tero nemo regu
latus possit. I. stipulatio ista. § alteri.
ff. de verborum obligatione. § alteri iust. de inutil. stipulat. vbi DD.
fallit tū in pare, qui ratione patrī
potestatis pro filio stipula e potest,
glossa in l. quod dicitur, vbi Bartolus
numero 4. ff. de verborum obligatione.
Bartolus & alij in l. do minus seruo.
ff. endem titulo, glossa in l. si legati.
ff. de pignor. Iason qui hanc testatur
communem opinionem in dicta lege
quod dicitur, numero 18. Pinellus
alij refe. eus in l. in secunda parte,
numero 73. C. de horis maternis, &
ratio est quia pater, & filius reputan
tur via eadem pe. sona. l. fina. C. de
impel erum, & alijs substitut. l. in
fuis. ff. de liberis, & posthumis, cum
alijs.

Quod primo extēde, vt possit pa
ter stipulari pro filio post mortem
etiam si patri filius heres futurus nō
sit, vt pater in acquisitionibus emphatic
teuticis quæ quotidie sunt pro se, &
liberis. l. quodcumque. §. si quis ita
vbi Doctores. ff. de verborum obli
gatione declarat Bartolus in dicta le
ge quod dicitur. ff. eodem titulo, &
in l. vt iurandi. §. si liberi. ff. de
oper. libert.

Secundo vt procedat etiam in fi
lio eminicipato cui acquirit pater ut
lem actionem, vt norat Castrenſ. in
dicta l. quodcumque. §. i. ff. de veri o
rum obligatio. vbi Iason numero se
cundo, hanc testatur communem op
pinionem, quos refert & sequitur Pi
nellus loco supra citato. Antonius
Gabriel plures referens libro tertio
de ve. horum obligatione. conclus. l.
numero 28.

Tertio extende, vt locum etiam
habeat hic effectus in tute pro pu
pillo Abbatē pro monasterio, & in
sindico pro uniuersitate, vt in prin
cipio institut. de autho. tutor. vbi Do
ctores Azon in summa. C. eodem ti
tulo glossa, & Doctores in dicta le
ge stipulatio ista. § alteri. ff. de ver
borum obligatio. Bartolus & Imola
in eadem lex. § si stipulator. glossa
Albericus, Bartolus, Imola, & Ca
strenſ. in lege quarta. ff. rem pupil. sal
uum fore. Portius consilio 1-6. nu
mero 23.

Plures alias fallencias ultra hunc
effectum tradūt Doctores ad dictam
regulam in dicta lege stipulatio ista
§ alteri, & in dicto § alteri de insti
tut. de inutilib. stipulatio. & Anton.
Gabr. d. i. conclus.

EX §. XXXI.

SUMMARY.

- 1 Cuiuslibet obligatio nō potest esse ha
cer potest, & sicum.
a Obligatio.

Liber secundus praxis ciuilis;

- 2 Obligatio naturalis cadit inter patrem & filium.
- 3 Ciuitatis obligatio potest esse inter patrem & filium in bonis castrenibus, vel quaevis.
- 4 in bonis aduentiis filius non querit patrem, nisi quo ad usufructum.
- 5 Ciuitatis obligatio cadit inter patrem & filium cum sit firmata turnamento.

DE PATRIA POTES
tate quam pater habet in filios
familias, vt inter eos non poset
esse ciuitatis obligatio. §.XXXI.

VIGESIMVS QVARTVS
Effectus patris potestatis est, vt
inter patrem & filium non possit esse
ciuitatis obligatio. l.1. §.finali, de co-
trahend. emprio. l.2. C. de inoficio.
donatio. l. frater a fratre. §. quæsitus,
vbi Doctores communiter. ff. de con-
dictio. indebiti. §. item inutilis institut.
de obligat. item inutilis institut. de
inutilibus stipulat. & ratio est, quia
istud ius patris potestatis est indu-
ctum de iure ciuitatis quo pater &
filius reputantur una eadem persona,
lex final. C. de impuber. & alijs sub-
stitut. l. in suis. ff. de liberis & posthu-
mis. & ideo ciuitatis obligatio inter eos
non cadit, quia a statio, & passio in eo-
dem subiecto stare nequeunt, & si
bi ipsi quis obligaretur contra ratio-
nes naturales, & legales. l. hæres. l. si
is, qui pro eo. l. vranius. ff. de fideiusti-
for. cap. fina. de institut. Doctores in
dicta l. frater a fratre, vbi Cagnol.
numero. 30. hanc testatur communem
opin.

Sed considerato iure genitum, & in
specta veritate personæ patris, &
filij diversæ sunt ideo inter eos cadit
naturalis obligatio qua est de iure
genitum. d.l. frater a fratre, vbi Bart.
Salic. Iaf. Crot. Zaf. & Cagnol. n.13.
notant.

3 Sed limita primo hunc esse etum
vt non procedat in bonis castrenibus,
vel quasi castrenibus, nam in his in-
ter patrem & filium potest esse etiam
ciuitatis obligatio, & lis. l. de depictio. iun-
cta glos. in princ. C. de iniur. vocand.
l. cum oportet. §. adem. C. de bonis
qua liber. gl. fl. & communiter Do-
ctores in dicta l. frater a fratre. fl. de
condictio. indebiti. glos. in l. lis null-
la. ff. de judic. Socin regula 244. fol-
l. 3. Afflictis decisione 241. nume-
ro 1. l. 3. titulo 2. partita 3. l. 1. titu-
lo 17. partita quarta, lex 6. titulo 11.
part. 5.

4 Secundo limita, vt non procedat
in bonis aduentiis cum in eis filius
no querat parti, sed sibi excepto usu-
fructu. d.l. l. cum oportet. C. de bo-
nis qua liberis. §. 1. institut. per quas
personæ nobis acqui. quia in his bonis
inter patrem, & filium existentem in
potestate potest etiam oriri ciuitatis
obligatio. l. pactum cum glos. finali.
C. de pact. conuent. l. iubemus. C. ad
Trebellian. vbi Baldus Castren. &
Corneus notans glossa in dicta l. fra-
ter a fratre, in principio, vbi Jason in
prima lectura, numero 37. Calcia.
Lup. numero 39. Cagnolus numero
37. eam sequuntur. Bartolus in authē-
tica vnde si parens. C. de inoficio-
so testamento Castren. in dicta l. lis nulla.
ff. de iudi. & in l. dominus. ff. de
verborum obligatio Baldus, & Are-
tinus in principio institut. de obli-
gat. Alexander consilio 185. numero
6. libro 6. Crotus in l. si constante in
2. lectura, numero 120. vbi Ripa num-
ero 100. ff. soluto matrimonio. Ostau-
ianus Cachera decisione 44. nume-
ro 17. Clemens. de patris potestate, ef-
fectu 2. numero 29. & hanc testatur
communem opinionem. Pinellus plu-
res referunt licet ipse post Baldum te-
neat contrarium in l. t. in prima par-
te, numero 17. C. de bonis maternis,
cuius fundamenta minime obstant,
vt colligitur ex Doctoribus proxime
citatis,

citaris, & quia in bonis aduentitijs maxime in his in quibus patri non queritur vslusfructus multe possunt ori- tio. occasiones ex quibus inter patrem & filium contrai possit, & nasci ciui- lis obligatio, & contentio, vt colligi potest ex pluribus casibus quos supra in §. 4. esse. Et si. notauimus, & longidiversa ratio est in his bonis quae est in prole. etiis que cum ple- no iure acquirantur patri inter eum & filium nulla potest esse mei, & tu contentio, sed in adventitijs cum rei acquisitio filius remanent dominus potest inter eum, & patrem esse ci- uilis obligatio, & hac ratione potest esse inter eos. His que presupponit actionem, & obligationem. I. His nullis de iudi. vbi notatur per Doctorum & per Capic. decisione §. 6. numero inveniuntur referunt, & sequitur Menoch. de recuperand. possess. remedio i. s. numero 283. & probat. I. 3. titulo 2. part. 3.

¶ Tertio limita, ut non procedat quo- tiecundam inter patrem, & filium es- se facta obligatio, & firmata juramen- to, quia tunc inter eos poterit ef- fectualis obligatio secundum Baldum in lege 3. C. pro donato. Socin. reg. 244. fall. 4. Covarru. plures referens in capite quarumque pactum 3. parte. §. 1. in numero 4. de pact. in 6. Iulius Cla- rus §. donatio, qua st. 8. Menoch. cōsi- 354. num. 3. lib. 2.

EX §. XXXII.

SVM MARIA.

¶ **C**ontrafacta facta a filio simul cum patre si in praesulicium §. 1. presumuntur facta metu reveren- tialis.

¶ **M**etus reverentialis in filio tunc con- sideratur cum praeserent missa.

¶ **M**etus reverentialis sine minis sup- filii quarto ad se non misse.

¶ **M**etus reverentialis sufficiet tunc pa-

ser sit servatus, & eruditus, & filius obediens.

¶ **A**metus reverentialis tunc sufficit est, praeserent missa patris in contractu filij.

¶ **A**metus reverentialis eadem modo co- sideratur in uxore, & marito, & pa- trio, & seruo.

¶ **I**Metus reverentialis purgatur tac- to consensu postea interuenientem.

¶ **M**etus non potest purgari durate in ad- sa metus.

¶ **M**etus reverentialis oritur ex patria- potestate naturali.

DE PATRIA POTESTATE

¶ **P**otestate quam pater habet in filio, familiis, &c. si aliquem actum, vel contractum fecerint in favorem patris ratione reverentiae ipsius pa- tris confitetur fecisse, & non prædi- dicat eis. §. XXXII.

VIGESIMVS QUINTVS

¶ **P**atris potestatis effectus est, ve- ratione reverentiae que ex ea potes- state patri a filiis debetur si filius a- quem actum, vel contractum in fa- vorem, & contumodutti patris fecit, & in præiudiciorum ipsius filii præsu- mitur fecisse metu reverentiali p- tris, & talis actus, vel contractus filio non præjudicat. I. t. §. que onerandæ ff. quarum rerum actio non detur, vbi ex- preesse glossa, & scribentes notant.

¶ **Q**uod primo limita, ut procedat quando simul cum præsumptio me- te reverentiali concurredit mine, quia tunc talis metus reverentialis patris iustam inducit causam timbris, quam non inducit solus metus de per se, vbi notat Bartolus in dicta, legē i. §. que onerandæ ff. quarum rerum ac- tio non detur, quemlibi sequuntur scribentes idem Bartolus, Alexader, & alij in l. interpositas. C. de transla- tio. idem Bartolus, Castren. & Alde- tinus in lege ad inuidiam. C. quod metus

Liber secundus praxis ciuilis;

metus causa. Abbas & Decius in capite causam matrimonij de officio de legat. idem Decius in capite primo numero testio, eodem titulo. An gelus in §. quadrupli, numero nono, & decimo, vbi etiam Jason numero 61. institut. de actio. Afflictus decisione 69. numero 4. Boerius decisione 100. numero 12. Capiclus decisione 159. numero 32. Grammat. decisione 103. numero 49. vbi hanc testatur communem opinionem. Tiraquelius post leges comubiales, glossa 5. numero 39. Cagnolus in lege in omnibus causis, numero 8. ff. de regulis juris. Alciatus in capite cum contingat in principio, ff. de iure iurando. Rodericus Suarez allegat. 24. in fine. Couarru. in epitome de sponsal. 2. parte, capite 3. numero 6. numero 4. vbi hanc testatur communem opinionem. Antonius Gomez 2. tomo variarum resolutio. cap. 14. numero 27. Bolognet. in lege quaz dotis, numero 128. ff. soluto matrimonio. & in lege stipulatio hoc modo concepta, numero 100. ff. de verborum obligatiō. Ioannis à Matienzo in dicto relatoris. 3. part. cap. 20. num. 2. Ludouicus de Molina lib. 2. de Hispanorum primogeniis, capite 3. numero 9. Ioannis Ignatius de Salzedus qui plures citat, & hanc limitatio ne duobus modis post alios ampliat in additio. ad Bernardus Diaz in regu. 532.

Secundo limita dictum patriz potestatis effectum, ut procedat quando cum metu reverentiali patris cum currat enormis lessio: nam tunc non probatis minis sufficit talis metus reverentialis cum enormi lessione ad refectionem actus, vel contra actus, ut notat Doctores in dicta L. interpolatas. C. de trahastio. maxime. Jacob. numero 11. Curtius Senior columna 2. Alciatus numero 31. & Castrensis consilio 174. numero 4. libro 1. Areatus consilio 24. columna 2. Socinus

reg. 379. fall. 3. inter reg. dixer. doct. & consilio 263. numero 2. cum seq. Decius in dicto capite causam matrimonij numero 5. de officio de legat. Grammaticus decisio re 103. numero 49. Capiclus d. decisio re 159. numero 34. Boerius dicta decisione 100. numero 18. Riminaldus consilio 40. numero 15. libro 1. Riminaldus junior consilio 12. numero 2. libro 1. Ruinus consilio 170. numero 16. cum seqnē. lit 10. 1. Socinus Junior consilio 47. numero 31. libro 3. Abbas consilio 77. numero 21. qui plures refert, & testatur hanc communem opinionem, & consilio 89. numero 5. & consilio 100. numero 4. Curtius Junior consilio 141. numero 11. Aymon consilio 114. numero 1. & consilio 11. columna penultima. Octavianus Cachezan. decisio 179. numero 5. & 6. Couarru. in epitome de sponsal. 2. parte, capite 3. §. 6. numero 4. & in capite quamvis partium. 3. parte. §. 4. numero 7. de pact. in 6. Ioannis Ignatius de Salzedo in dicta regula 532. in 1. limitat. Ludouicus de Molina dicta capite 3. numero 11. quod exirendunt fere omnes etiam interueniente iuramento cum enormissima lessione.

4 Tertio limita, ut procedat quando cum metu reverentiali concurrit quod pater est seuus, aut crudelis, & austerus, & filius multum obediens patri, quia tunc sufficeret mandatum patris ad annullandum actum, vel contra dictum inutilitatem patris factum, & iudicis arbitrio relinquitur, quod tandem sit sequitur, vel asperitas, & crudelitas patris, ut notat Rodericus Suarez dicta allegatio. 24. Parisius consilio 139. libro 4. Octavianus Cachezanus dicta decisione 179. numero 3. Ioannis Ignatius in dicta regula 532. limitat. 2. & tenent fere omnes Doctores supra in prima limitatione citati.

5 Quarto limita, ut procedat etiam quando simul cum metu reverentia-

li præcedūt precessatis, vel alterius cui debetur reverētia, quia preces importune superioris æquiperantur metui, vt post alios notari Socinus cō filio 263. numero 8. Iason cō filio 133. numero 8. Neuiz. cō filio 22. numero 22. Afflictus decisione 69. numero 5. Boerius decisione 101. numero 10. Couarru. in epitome de sponsal. 2. p. capite 3. §. 6 in fine. Ioā. à Salzed. in d. reg. 532. limitat. 3. Ostau. Cacher. d. decif. Pedemont. 179. n. 4.

Et quæ dicta sum in metu reverētiali patris intelligēda sunt in metu mariti, vel patroni, vel alterius superioris, vt notat Doctores supra in prima & secunda limitatione citati, & etiam locum habet in fratre majori, & in patruo, & socero, vt post Aret. C. u. Ioā. à Matiēzo, Orosc. Capic. & Rui. cōcludit Ignat. à Salz. in d. reg. 532. inf. fi.

Sed est notādum, quod iste metus reverētialis purgator tacito consensu postea interueniēte lapsu temporis, eius qui vim, & metum patitur. L. 2. 3. & 4. & vbiique glost. & scrib. C. de his qnz vi metusve causa sunt. Quod est intelligēdum interueniēte aliquo astu spontaneo ex quo huiusmodi tacitus cōsensus inducatur. d. l. 2. vbi Bartolus in fine. l. 1. 6. quæ onerandæ quarum rerum actio nō detur Imola in l. quæ dotis. col. f. ff. soluto matrimonio. Decius in l. in omnibus causis pro facto. nu. 12. ff. de regulis iuris. Alexāder cō filio 140. columnā finalib. 6. Crauet. cō filio 119. numero 5. Rolādus cō filio 83. numero 42. & 43. libro 2. Octavia. Cacher. d. decif. 179. numero 8. cum sequēt. qui ratione signat ex Bald. in l. potuit in c. oppositione. C. de iure liber. dices, quod ad declarādum interiorem animi motum, & reddēdum eum essentialiter perfectū requiritur actus exteriōres, quia sola taciturnitas non inducit in hac materia cōsensum immo habetur pro contradictione, quia ta-

cēs propter reverētia in actu quēm impide nō potest præsumitūt diffentire si agatur de eius præiudicē maxime si sit probata sc̄utia. Bartolus numero 22. Iason numero 95. & 104. & alij cōmuniter in dicta legē qua dotis. ff. soluto matrimonio. Innocentius, Fellinus, Decius & alij in capitē causam matrimonij de officio de legat. idem Fellinus in capitē nonne, numero 1. de præsumptione. Curtius Iunior post alios in l. interpositas, numero 13. C. de transactiōn. Afflictus decisione 58. numero 5. Rui nus cō filio 60. numero 54. libro 3. Octavianus Cacher. dict. decisione 179. numero 10. & 11. qui plures alij legat.

Quod subintellige cessante causa metus, nam durante eadem causa, numquid purgatur metus ex subsequenti actu etiam per longissimum tempus, vt notat Alexander cō filio 98. num. 8. lib. 3. Iason cō filio 165. col. 1. lib. 2. Decius in l. in omnibus, num. 12. & 13. de regulis iuris, & in cō filio 219. numero 7. & 16. & cō fil. 498. nu. 15. Boerius d. decisione 108. num 3. latissime Parisius cō fil. 139. num. 25. lib. 4. Rui. cō fil. 121 num. 28. lib. 4. Soc. Iun. cō fil. 77. num. 62. Neuiz. cō fil. 52. num. 52. cum sequēt. Crater. cō fil. 213. num. 1. Rolād. cō fil. 2. nu. 87. & cō filio 95. numero 33. Abbas cō filio 77. numero 14. quos sequitur Octavianus Cacheranus dicta de cōsitione 179. num. 12. cum sequentibus.

10 Advertēdum tamen est quod licet omnia supradicta vera sint hic effec̄rus potius exit à patria potestate naturali, quæ cōsilit in veneratione, & reverētia quæ à filijs parētibus vtriusque sexus debetur, vt in l. 2. ff. de iust. & iu. & in l. 4. ff. de iniōs. voc. & in l. cū trib. seq. ff. de obsequijs alib. p̄f. quæ à patria potestate ciuili, quæ tantū competit patrī auoque paterno p̄f. t. C. & inst. de pat. pot.

Liber secundus praxis ciuilis,

EX §. XXXIII.

SVM MARIA.

- 1 Per scriptio non currit filios familias.
- 2 Per scriptio non currit famulo impedimento.
- 3 Per scriptio currit filios familias in illis bonis in quibus patris non queritur usus fructus.
- 4 Pro solemnitate iudicij ad integrandam personam filij semper necessarius est consensus patris.

DE PATRIA POTE
STATE QUAM pater habet in filios fa-
milias, ut non curat prescriptio
eis durante patria potestate.

§.XXXIII.

1 **V**IGESIMVS SEXTVS
patris potestatis effectus est, ut
filios familias durante ipsa patria po-
testate non currat prescriptio l.1.in fin.
C.de annali exceptio. vbi Doctores
l.1.authentica, nili tricenale, vbi etiam
scribentes. C.de bonis maternis. l.1.
cumque in fine. C.de bonis quae libe-
rit. Bartol. in tractatu prescriptio. 1.
par.6.par.princ.num.15. & plures ci-
tati per Menoch.de rescript. possess.
remedio 15.num.312. & Abbas.Feli.
& alij in capite ex transmissa, de pre-
scriptio. Baldus cōf.77.num.1. lib.4.
& cōf.168.num.2. & 331.num.4.lib.
3.Decius cōf.445.num.48.l.8.tit.29.
part.3.versic. Orosi dezimos, & ratio
est, quia sine cōsensu patris filiusfa-
milias non potest esse in iudicio. l.fin.
§.necessitate. C.de bonis quae liber.
d.l.1.C.de bonis maternis. l.7.tit.2.
part.3.d.l.8.tit.29.eadem partita
l.12.tit.17.part.4.quod late decla-
rauimus supra §.23'nume.1. cum plu-
rib.seq.

2 Hū effectū extēdit Pinellus quia

que modis in d. authētica, nisi trice-
nale, nume.43. C.de bonis maternis,
quem sequitur Ioānis à Matiēzom
l.8.tit.11.libro 5.recopilatio.glos.
9.num.3.cum sequēt.vbi in nume.4.
infert ad limitationem. l.fin. titulo
15.lib.4.eiusdem recopil. vt non cur-
rat prescriptio triēnij famulo impe-
to impedimēto iuris quam l. decla-
rāt Didacus Perez in l.1.tit.2.li-
bro 1.ordi.col.59. cum sequēt. & Pe-
trus Dueñas in regula 6. & reg.206.
& Mécha.de successio.creatio. §.10.
nu.33. quos citat idem Matiēzus loco
allegato.

3 Sed dictum esse stūm limitat Gre-
gorius Lopez in dicta lege 8.titolo
29.partita 3, verbo, *E non el syjo, post*
Nicol.de Neapol. & Bald. vt non pro-
cedat in casibus in quibus patri non
queritur usus fructus cum in his pos-
sit filius familias esse in iudicio abseq;
consensu patris, vt tenent Iacob. Bu-
tri. Iacob. de Aren. Ricard. de Ma-
lumb. Iacob. de Beluis. Cyn. Bartol.
Alber. Salyc. Angelus, & Caſtrenſ. in
l.fin. §.necessitate. C.de bonis quae li-
beris. Angelus in §.actiones, colum-
na 2.institut. de actio. Iason in authē-
tica quod locum.5. & 6 notab. C.de
collat. Bertachinus in tracta. de Epis-
copo, lib.4.part.5. quæſt. 4.4.num.81.
Socinus consilio 34. quæſtione 7. li-
bro 1. vbi hanc testatur communem
opinionem. Aretinus qui etiam testa-
tur de communi consilio 72. 7. dub:
Rūnius consilio 102. columna 1. libro
5.Rip 2 in l.2. §.1.numero 12. ff. soluto
matrimonio, & Clemens. de patria po-
testate, effectu 4. nume. 13. qui alios
allegat.

4 Sed cōtrarium est tenendum, quia
verior, & communior opinio est,
quod pro solemnitate iudicij ad me-
grandam personam filij familias sem-
per requiritur cōsensus patris, vbi fi-
lius agit, vel conuenit rationi pa-
trix potestatis quod probatur ex di-
cto §.necessitate, vbi nullum verbū
de

de interesse paterno reperitur, & ex
lege miles la 1. §. primo, de castrensi
peculio, vbi in solo castrensi pecu-
lio cōceditur filiosfamilias licen-
tia standi in iudicio sine patris con-
senſu, & ex dicta lege prima in fine.
C de annali exceprio. & cap. fina. de
iudie. libro sexto, vbi tantum permit-
titur in rebus Ecclesiasticis in qui-
bus patria potestas non attenditur.
& hanc opinionem tenet glossa, Bal-
dus, Salicetus, & Caſtreñs. in dicto
§. necessitate, & specul. Bartolus, An-
gelus, Caſtreñs. Alexander, Iason,
Decius, Zaner. Marant. Oria. Becci.
Camill. & Menochius in locis supra
in dicto §. vigesimotertio citatis, &
Perusius in dicto capite finali de iu-
dic. in sexto. Neui. consilio deci-
mo octauo, numero sexto, & Grego-
rius Lopez sibi cōtarius in lege sep-
tima, titulo secundo, partita tertia,
verbo, *L*emanda en *J*uiz *io.* & eam
etiam probat dicta lex octaua, titu-
lo vigesimonoно, partita tertia, ibi,
*E*sto et . porque sobre las cosas del hijo
e' padre puede tener pleito, e no el hijo
sin su mandado, nota sobre las cosas del
hijo, nā non sit ibi mentio de interesse
paterno, & dicta lex septima, titulo
secundo, partita tercia, ibi: *A*perebi-
a: d'se ser el que la quiere comenzar,
q' se la fague stando de ante el que lo tie-
ne en su poder, ea de otra q' si no se
la p'dria fazer eos de derecho, vbi lex
fundat conſenſum in paria potesta-
te, & lex secunda, titulo decimoſep-
timo, partita quarta, que in distin-
tione loquitur, & excipit aliquos ca-
ſus. & non huc, ſecundū Pinellū in
authentica, niſi tricenale, & Paz in
practica, primo romo, folio vigesi-
monono, numero decimoquinto,
decimosexto, & deci-
moseptimo.
(. . .)

EX §. XXXIII.

SUMMARIA.

- 1 Pater non potest donare filio in po-
teſtate conſtituto.
- 2 Denatio uisque ad tertiam partem bo-
norum patris valeat cum filio, de iure
regio.
- 3 Denatio inter patrem & filium si non
revoetur morie conſirmatur.
- 4 Reueatio an poſſit fieri si in dona-
tione interuenient traditio.
- 5 Donatio facta à matre filio u'ct.
- 6 Donatio in quibus caſtibus poſſit re-
uocari.
- 7 Donatio fit irrevocabili per traditio-
nem de iure regio.
- 8 Reuocatio debet fieri e' retabellione.
- 9 Melioratio facta cum tertio ex can-
ſa onerosa e' in reuocabili.
- 10 Pater indifſine potest reuocare mel-
iorationem tertij filio faciem.
- 11 Melioratio fit in reuocabili per intra-
mentum de non reuocando.
- 12 Donatio reuocabili fit reuocabili
les abſque reſervatione.
- 13 Melioratio tertia partis pater reu-
ocari non autem quinta.
- 14 Bonis omnibus filiorum ſunt legiſta
prater quintū de quo poſt pater diſ-
ponere.
- 15 Diuīſe o bonorum patris quomodo fit.
- 16 Traditio quomodo fit, & in quibus ca-
ſibus.

D E P A T R I A P O T E-
ſtate quā pater habet in filiosfa-
milias, ut non poſſit eis in ſua
potestate conſtitutis donare.

§. XXXIII.

V I G E S I M V S S E P T I M V S
parte patre potestatis effectus eſt, vt
pater nō poſſit donare filio in ſua po-
teſtate conſtituto. l. 2. Cde inof. do-
natione. l. donationes quasparates. C. d
donat. inter vir. & vxor. l. 2. §. si filii
ſſ. de donatio. l. 1. §. si pater filiz. ſſ. de
vſu capio. pro donato. l. tertia, titu. 4.

i part.

Liber secundus praxis ciuilis;

par. 5. l. 4. titu. 15. part. 6. Bartolus, & Doctores in l. frater à fratre. ff. de cōdīctio indebiti, vbi Iason nume. 44. Jacob. de sancto Geor. numero 33. Crotus quæstione 12. Māniua. num. 327. & 342. Cagnol. num. 300. Socin. qui facit regulam cum ii. limitationibus in regula 103. Petrus Dueñas qui addit alias 8. limitationes in regula 223. in volumine diuersorum Doctorum limitat etiam Menochius cons. 154. num. 3. lib. 2. Doctores in l. 17. & 26. & 29. Tauri. Ios. à Matienzo qui plures allegat in lege prima, titulo sexto, glossa 3. numero 1. libro 5. sc̄. copiat.

Ei ratio est, quia inter patrem dominem, & filium cui donatio fit realis distinctio esse non potest. l. penultima. ff. de recept. abit. cap. fina. de institut. cap. per vestras de iure patro. cap. debitum de baptismō, & dominans, & donata i. cōsententur vna ex dem persona. l. fina. C. de impuber. & alijs sol. situt. l. in suis. ff. de liberis & posthum. l. patris & filij. ff. de vulgar. & pupilla. substitut. & cum illud quod patre donat filio sit profectiū a quis esset frustratorius ratione acquisitionis quæ sit pat. i. ex vi patrī poteſtatis, quia dominium incontinenti revertitur ad patrem, adeo quod nec momento remaneat penes filium.

9 l. placet. ff. de acquirēda hereditatā. l. i. in principio. ff. si quis a parente fuit manut. notant Bartolus, & comiſſor Doctores in l. frater a fratre. ff. de condicō. indebiti, vbi Cagnol. numero 304. hanc testatur communem opinionem, & latius declarauimus supra in §. 13.

2 Hodie tamē attenta legē decimā septima Tauri, quæ est lex prima, titulo sexto, libro quinto recopilationis, valer donatio facta a patre filio in pote ſtate merō iure, vñque ad tertiam, & quinā parentē bonorum patris licet eam posſit reuocare, quæ ſe non reuocetur manet perpetuo uſ

ma, & fit irreuocabilis dicta donationē per d. l. decimam septimam Tauri, si pater tradiderit poffessionem rei dōnatæ, vel instrumentum donationis, vel si donatio fiat ex cauſa onerosa cum tertio in cauſam matrimonij, vel aliam similem cauſam.

Et ut plenior huius l. reddatur intelligentia plura notanda ſunt, & pri mo nota ex ea quod licet de iure cōmuni inter patrem & filium in pote ſtate donationē non valerer, & effet ipſo iure nulla per iura ſupraallegata, hodie tamen de iureregio per di ſtam legem Tauri, valer talis dona tio licet poſſit reuocari, qua si non reuocatur morte confirmatur etiam ſi nulla interuenērit traditio, ut aper te colligitur ex dicta lege, & ibi no tant Castellus columnā prima. Antonius Gomez numero quinto, & oſtauo. Tell. Ferd. n. 1. Per. Due. reg. ducēte ſima vigesimaliterra, limitationē quia ta. Ioannis à Matienzo in dicta lege plinta, titulo sexto, libro quinto re copilationis, glossa tertia, numero primo.

Secūdo ex eadem legē nota, quod licet de iure communi donationē facta a patre filio emancipato erat irreuocabilis. l. donationes inconcubinam. 6. pater. ff. de donatione. l. siue emancipatis. l. cum de bonis. C. eodem titulo, hodie est reuocabilitas, niſi traditio interuenērit, vel fiat ob cauſam ut probatur, ibi: *Aora el hijo este es poder del padre, o no, vñbi notant Ioannis Lupus numero duodecimo, & Castellus columnā prima. Antonius Gomez numero quinto, & oſtauo. Tellus Ferdinandus numero secundo, & Ioannis à Matienzo in d. glo. 3. nu. 2.*

Tertiō ex eadem legē nota, quod quamvis donationē facta a matre de iure communi valeat irreuocabili ter lex velles necne. C. dere uocand. donationē hodie ex dicta l. Tauri po tell reuocari, niſi interueniat traditio vel

De exercit. practic. actio. Cap. I. 66

vel fiat causa onerosa, ut probatur ibi: *Quando el padre, o la madre, vbi notant Castellus, & Ioannis Lupus, & Antonius Gomez numero quinto, & octavo. Tellus Ferdinandus numero tertio. Dueñas dicta regula 223. limitatione sexta, Ioannis à Matienzo in dicta glossa tercia, numero tertio.*

Quarto ex eadē l. nota, q̄ nō solū melioratio tertij potest reuocari, nisi in casibus ibi exceptis, sed etiam quazlibet donatio simplex à patre facta filio emancipato, vel à matre, vel à patre filio in potestate in casibus in quibus dicta regula de iure communi limitatur, & valet donatio à patre filio in potestate, ut tener Castell. in dicta lege decimaseptima, verbo, *La madre*, & ibi sentit Tellus Ferdinandus, & tenet etiam Ioannis Lupus, & Citont. in lege vigesimosexto Tauri. Petrus Dueñas in dicta regul. 223. limitatione sexti, & Ioannis à Matienzo in dicta glossa tercia, num. quinto, quārum opinio mihi placet cum dicta lex Tauri generaliter, & indistincte loquatur, tam in donatione simplici, quam ob causam, & per l. 26. Tauri, quazlibet donatio simplex facta filio à patre, vel à matre cēfatur facta pro melioratione licet Antonius Gomez in dicta lege decimaseptima Tauri, numero nono, in fine, & Gregorius Lopez in lege tercia, titulo quarto, partita quinta, verbo, *No valdrá*, contrarium teneant.

Quinto ex eadem lege nota, quod ex traditione rerum donatarum donatio tertij per contrastum inter viuos filio facta fit irreuocabilis, ut probatur, ibi: *Salvo si hecha la dicha mejora por contra o entre viuos opiere entregado la possession*, quod intellige non solum per actum verum, sed etiā per fictum secundum Ioannem Lup. ibi, numero quinto. Castell. verbo,

La possession. Cifont. columna secunda. Come. Arias numero decimoquarto, & decimoquinto. Antonius Gomez numero undecimo, & duodecimo. Tellus Ferdinandus numero decimoseptimo, & Ioannis à Matienzo in dicta lege prima, glossa quarta, numero primo, consequent. & sufficit, quod traditio fiat aliquid rursumque comprehēduntur sub iure vniuersali meliorationis cum immō posibile sit, ut traditio rerum acquerendarum in futurum, usque ad tempus mortis fieri possit, ut post Tellus, & alios explicat Ioannis à Matienzo in dicta glossa quarta, numero 4. & 5.

Sexto ex eodem lege nota, quod melioratio tertij per contractum inter viuos facta fit irreuocabilis si coram tabollione instrumentum meliorationis filio tradatur, ut probatur, ibi: *O le ouiere entregado ante escrivano la escritura dello*, quod etiam probatur ex lege quadragesimaqua Tauri, quæ est lex quarta, titulo septimo, libro quinto recopilationis, & sic licet de iure communi ad acquirendam possessionem ex traditione instrumenti erat necessarium instrumentum antiquum tituli, ut teneant communiter scribentes in lege prima. C. de donation. Antonius Gomez in l. quadragesimaquinta Tauri, numero quinquegesimoseximo. Couarruias libro tertio variarum resolutio. capite decimosexto, numero duodecimo, qui testantur de communi, & Doctores communiter in dicta lex decimaseptima Tauri, & Ioannis à Matienzo in dicta lege prima, glossa sexta, numero secundo, titulo sexto, libro quinto recopilationis. Hodie tamen de iure regio sufficit traditio instrumenti noui coram tabollione ad acquirendam possessionem, ut probat lex secunda, & decima, titulo duodecimo, libro tertio,

Liber secundus praxis ciuilis,

tio, fori, & lex ostaua, titulo trigesimo, partita tertia, dicta lex prima, titulo sexto, libro quinto recopilationis, & lex quarta, titulo septimo, eodem libro per que iura, ita tenent Cifon, numero secundo. Ioannis Lup. nume. vigesimoquinto. Castell. verbo. *La escritura*, & Antonius Gom. numero decimosexto, in dicta lege decimaseptima Tauri. Come. Arias in lege decimaquinta Tauri, numero vigesimo, idem Antonius Gomez in lege quadragesimaquinta Tauri, numer. quinquegesimo septimo. Gregorius Lopez. in dicta lege ostaua, titulo trigesimo, part. tertia, in glossa ultima, quos refert & sequitur Ioannis à Matienzo in dicta lege prima, titulo sexto, libro quinto, glossa sexta, numero tertio, qui late dictam legem decimam septimam explicat in numero sexto, contra intellectum, quem assignant Coar. uias. in dicto capite decimosexto, numero duo decimo, libro tertio variarum resolutionum, & Tellus Ferdinandus iudicata lege decimaseptima Tauri, numero sexagesimoquinto dicentes dictam legem decimam septimam tantum probare, quod donatio fit irrevocabilis per traditionem noui instrumenti non vero quod tradita censeatur possit.

9. Septimo ex eadem lex nota, quod melioratio facta ex causa onerosa cum tertio est irrevocabilis, ut probatur ibi, *F el dicto contrato se huiusre hecho por causa onerosa con otro tercero, si se como por via de casamiento . o por otra causa semejante , & ita duo debent concurrere, scilicet quod fiat causa onerosa, & cum tertio alias si unum deficiat erit irrevocabilis, ut notat ibi Tellus Ferdinandus numero sexagesimo nono, & Ioannis à Matienzo in dicta lege prima, titulo sexto, libro quinto, glossa septima, numero primo, & Baeca de non melioran-*

rationi doct. filiab, in capite vigesimo primo, numero trigesimosexto in fine, & seq.

10. Octavo nota ex eadem 1. quod pater indistincte potest reuocare meliorationem tertij filio, vel descendenti factam etiam si interueniat traditio rerum, & instrumenti, & si causa onerosa cum tertio si tempore meliorationis in ipso contractu referuabit sibi facultatem reuocandi dictam meliorationem, ut probatur, ibi: *Sino reseruase el que lo hizo en el mismo contrato el poder para lo reuocar* Seorsum vero, vel ex intervallo talis reseruatio non valer, ut in dicta lege decimaseptima notant Ioan. Lupus numero septuagesimo, & septuagesimo primo, & Castell. verbo, *Sino reseruasse*, & Ioannis à Matienzo in dicta lege prima, glossa decima, numero 1. & 2.

11. Non adde quod melioratio tertij ultra causas in dicta L. decimaseptima, expressas fit etiam irrevocabilis si interponatur iuramentum de non reuocando, vel contraveniendo donationi, ut tenet Rodericus Suarez in lege nona, titulo vndecimo, §. nota. 2. libro primo fori. Segura in repetitione l. Imperator, numero trigesimoquinto. ff. ad Trebellian. & in repetitione l. vnum ex familia. §. sed si fundum, vbi etiam Didacus Perez in additio. numero 133. ff. de legat. 2. vbi hanc testantur commune in Dueñas regul. 219 ampliatione secunda. Tellus Ferdinandus in dicta lege decimaseptima, numero nonagesimo tertio. Ioannis à Matienzo in dicta lege prima, glossa nona, numero sexto, cum sequentibus, & isti plures citant.

12. Decimo ex eadem lege nota, quod melioratio tertij quæ fit irrevocabilis in casibus ibi expressis potest etiam reuocari absque reservatione, ex causis quibus donatio perfecta

fecta de iure potest reuocari, ut probatur, ibi: *O por alguna causa que segun leyes de nuestros Reinos, las donaciones perfectas, y con derecho hechas se pueden reuocar.* Quas causas adducit, & late declarat Ripa in legge final. C. de reuocand. donatio. & refert lex prima, titulo duodecimo, libro tertio fori, & lex quarta, cum tribus legibus sequentibus, titulo septimo, partita sexta, & lex decima, titulo quarto, partita quinta, & est aduentendum quod si donatio filio, vel descendenti ex causa onerosa facta sit cum tertio non reuocabitur ex causa ingratitudinis, lex his solis, secundore responsu. C. de reuocand. donatio. notat Ioannis Lopus in dicta lege decimaseptima Tauri, numero septuagesimoquarto, quem refert, & sequitur Ioannis à Matienzo in dicta lege prima, glossa 11. num. 2. cum sequent.

13 Vndeclimo ex eadem lex nota quod quæ dicta sunt circa irreuocabilitatem meliorationis, tantum procedunt in melioratione tertij partis, & non in quinta cum solum dicta lex loquatur in tertio nulla facta mentione quinti ex quo infert Antonius Gomez ibi, numero decimo, quod si pater, vel mater fecit meliorationem in tertio & quinto, & possessionem tradidit potest reuocare melioratione respectu quinti, qui alias efficeretur intestabilis cum talis melioratio respiciat bona praesentia & futura, & in effectu esset donatione omnium bonorum praesentium & futorum quæ de iure non vallet, lex stipulatio hoc modo concepta. ff. de verborum obligatio. vbi Bartolus, & scribentes cum alijs tradidit per Dueñas regula 219. & iure regio expresse probat lex 69. Tauri, quæ est lex octava, titulo decimo, libro quinto, ex qua lex non solum

prohibetur donatio omnium bonorum praesentium, & futurorum, sed praesentium tantum, quam opinionem tenet etiam idem Antonius Gomez in lege vigesimasecuta Tauri, numero vigesimosexto, quem sequitur Ioannis à Matienzo in dicta lege prima, glossa quarta, numero vigesimo, & vigesimoprimo, contrarium tenet Tellus Ferdinandus in dicta lege de cimaseptima, numero octavo, cum alijs sequentibus nonnullis considerationibus, quæ non satisfaciunt prohibitioni donationis omnium bonorum ideo sequor opinionem Antonius Gomez quæ intellige procedere quando melioratio tertij fuit facta ex causa lucrativa fecit si ex causa onerosa, quia tunc non poterit pater eam reuocare, ut notat Ioannis à Matienzo loco citato, num. 22. quod aperte probat l. 22. Tauri, quæ est l. 6. titulo sexto, libro quinio recopilationis, ibi: *T asismismo mandamos, que si prometio el padre, o la madre, o alumno de los ascendientes de mejorar alguno de sus hijos, descendientes en el dicho tercio y quinto por via de casa nino, o por otra causa onerosa alguna, que en tal caso sean obligados a lo cumplir, y hacer, y si no lo hicieren que passados los dias de su vida, la dicha mejora, y mejoras del tercio y quinto secanuidas por hechaz.*

14 Duodecimo & ultimo nota ex eadem lex decimaseptima, & alijs sequentibus omnia bona parentum esse legitimam filiorum præter quantum de pro potest pater, vel mater disponere ad libitum pro anima, vel extraneis relinquere, nam licet possit disponere de tertio inter filios, vel descendentes vnum ex eis meliorando, tertium respectu extraneorum dicitur legitima filiorum, ut clare ex dictis legibus probatur, & teneant ibi communiter scribentes.

Liber secundus praxis ciuilis.

15 Diuisio autem bonorum patris inter filios fit hoc modo, ex tota hereditate fit unus aceruus, & cumulus ex quo ante omnia deducitur ex aliis, quia bona dicuntur de ducto re alieno, lex sub signatum. §. bona, ff. de verborum significatio. & de re fiduciis fiunt quinque partes aequales, & una assignatur pro quinto secundum dispositionem testatoris, & ex aliis quatuor partibus fit iterum unus aceruus, & cumulus ex quo deducitur tertia pars que applicatur filio meliorato, & aliis duae partes dividuntur inter filios aequaliter pro legitima quam formam, & practicam docet Rodericus Suarez in legge quoniam in prioribus. §. modus practicandi, folio nonagesimotertio ad finem, quem sequuntur Antonius Gomez in dicta lege decimaseptima Tauri, numero secundo, & Ioannis a Matienzo in dicta lege prima, titulo sexto, libro quinto, glossa prima, numero secundo, & communiter omnes Doctores huius regni, qui ex l. 214. stili quo obseruantur in praxi, tenent semper fauorem animæ, & legatorum deducendum esse prius quintum, quam tertium, quod ego nouiter limitarem procedere, nisi prius irreuocabiliter aliquis filius esset melioratus in tertio inter viuos, & postea ex intervallo, vel tempore mortis esset melioratus aliis filius in quinto, nam tunc prius deducendum est tertium quam quintum si potest deduci absque praediudicio legitorum, & impensarum funeris, quia cessat ratio, & causa ex qua practica induxit, ut deduceretur prius quintum quam tertium, & ratio eriam legis stili, ibi, *Que se facan primero por razón del alma*, & cum esset ratio animæ, & per consequens practica recurrentum est ad ius commune, quo sine dubio prius est in divisione deducen-

dum tertium quam quintum, quia 16 filius in eo melioratus ex donatione, seu melioratione irreuocabili habet dominium in tertio omnium bonorum, & ex traditione possessionem, nam possessio vniuersitatis meliorationis tertij etiam ad bona acquirenda in futurum acquiritur meliorato per traditionem viuis rei comprehensae sub iure vniuersitatis meliorationis, vt supradictum est, nec est necessaria traditio omnium rerum cum esset impossibile rerum in futurum acquirendarum, usque ad tempus mortis tradicionē fieri posse. I. quod nullius. I. impossibilium. ff. de regulis iuris cum alijs quo propter tradita aliqua re comprehensa sub melioratione videtur traditum ius meliorationis, vt probatur ex l. restituta. ff. ad Trebellianum, quam ad hoc cum alijs tradit Ioannis à Matienzo in dicta lege prima, titulo sexto, libro quinto, glossa quarta, numero quinto, post Tellum Ferdinandū, & alios in dicta lege decimaseptima Tauri, si igitur filius melioratus in tertio irreuocabili habet dominium & possessionem omnium rerum, usque ad tempus mortis patris nullo modo postea in divisione in predicti cium dominij, & possessionis poterit prius detrahi quintū, nisi fuerit animæ, in quo dicta lex stili, & practica fundata est. Imo eiā in casu quo filius melioratus in tertio non habet possessionem, esset preferendus in tertio irreuocabili: cumq[ue] sit prior in tempore, & prioritas temporis inducat prioritatem in iure, lex quoties. ff. de regulis iuris, vbi scribentes. cap. qui prior de regulis iuris in sexto.
Quod etiam procedit in nondum quæstis per ea que tradit Bartolus in lege lex. C. qui potiores in pignore habeantur, & in lege si is qui. ff. de iure fisci, & in lege in rebus C. de iure

jure doli. Baldus in lege hac editali. §. his illud, columnā final. C. de secund. nupt. Negusant. de pigno ibus. secundo membro, quinta parte, numero trigesimono, vbi hanc testatur communem opinionem. Facit bonus textus in lege inter eos. §. is quoque. ss. de re iudica. vbi inter do natarios quibus ex donationis causa pecunia debetur occupantis potior est causa & ita est praeferendus melioratus in tertio qui prius habuit dominium, & possessionem. Ex quo inferitur hanc etiam opinionem procedere in casu quo alius filius non sit melioratus in quinto, sed simpliciter tantum sint legata relicta, nam si deducto, vel detracto tertio impensafuneris, vel legata integre solvi possunt, ex quinto postea deducto, tertium inter viuos irreuocabile factum, prius erit deducendum per supradicta cum cesseret fauor animæ in quo fundatur practica, & dicta l. stili, & hic casus remaneat in dispositione iuris communis secundum quam tertium, tamquam debitum ex donatione irreuocabili facta ex causa onerosa debet prius deduci quam quantum postea ex intervallo ex causa gratuita factum reuocabile, ad quod facit textus in lege, & ex hereditatum, versiculo, pinguius, iuncta glossa, verbo, debitum. ss. de re iudicata, vbi pinguius donatori succurritur quando ex causa lucrativa conuenientur quam ex causa onerosa, nam qui prætendit debitum ex causa lucrativa non dicitur prosequi verum debitum fecus qui prætendit ex causa onerosa, quia tunc prosequitur verum debitum, vt notant Imola, & alij.

(?)

EX §. XXXV.

S U M M A R I A.

- 2 *S'itas non datur ab' que patria potestate.*
- 3 *Posthumus non habet suitasem.*
- 3 *Filius religionem ingressus retinet surasuitasem.*
- 5 *Filius adoptatus non transit in potestatem patris adoptantis.*
- 4 *Filius factus Episcopus regnet suitasem.*

D E P A T R I A P O T E S T A T E Q U A M P A R E R H A B E R I N F I L I O S F A M I L I A S Q U I B U S N O N P O T E S T D A R I S U I T A S . §.XXXV.

- 1 **V I G E S I M V S O C T A V V S**
patriæ potestatis effectus est suitas nam regulariter absque patria potestate non dicitur quis suus, nec potest dari suitas. l. lege Cornelii in fine. ss. de testament. ibi quamvis suus heres esse non posset qui in potestate morietis non fuit idem probat textus in §. sin autem, & §. ceteri institut. de hereditatibus. qualita. & diff. & in §. sui institut. de hereditatibus. quæ ab intest. deferuntur, & virtuotique declarant Doctores, & Antonius Gomez late in primo tomo variarum resolutionum, capite nono, numero no no, cum alijs sequent & Arius Pinelius in rubrica in secunda parte, numero trigesimus sextus cum alijs sequent. C. de bonis maternis, & Ioannis Gutierrez in dicto §. sui autem, numero quarto, cum seq. inst. de heredit. qualitatibus. & diff.

- 2 **Hinc est quod posthumus cum non sit in patria potestate dum est in ventre, vt in lege finali. ss. de collatio bonorum, & in lege finali. ss. de assignand. liber. §. cum autem institut de tutel. non haber suitasem. l. posthum. C. de collatio. l. l. §. toties ss. de vêtre in posse. mitt. quæ. II. loquuntur de futuro, & ita sentiunt & probat**

i 4 quæd

Liber secundus praxis ciuilis,

quod de praesenti dum est in utero non habet suitatem, & hanc opinionem tenet Iason in l. si à primo, numero 17. ff. de liberis & posthumis. Antonius Gomez libro 1. variarum resolution. cap. 11. num. 3. late Pinellus in dicta 2. par. rubr. numero 37. quos sequitur Ioannis Gutierrez in dicto §. sui, numero 18. cum sequen. institut. de heredit. qualit. & different. qui adducit text. in §. cum autē ad fin. sibi de tute.

3 Limita primo dictum effectum, vt non procedat in filio religionem ingresso, qui licet liberatus sit à patria potestate, cap. indecorum de exitate & qualitate, glossa in lege si ex legati causa. §. Papinianus, verbo, cum statum mutat. ff. de minoribus, glossa in capite 1. 20. questione 2. Doctores in authētica ingressi. C. de sacrofancē. Eccles. cum pluribus alijs per nos adductis infra in §. 44. Tamen retinet iura suitatis. L. Deo nobis. C. de episcop. & cler. Iason in l. Gallus. § & quid si tantum, numero 7. ff. de liberis & posthumis, & in lege patre furioso, numero 47. vbi hanc restatur communem opinionem. ff. de his, qui sunt sui. Antonius Gomez in dicto primo tomo, capite rono, numero 10. Menchaca de successio. creatio. §. 21. num. 212. Ioan. Gutier. in d. §. sui. na. 35.

4 Secundo limita, vt non procedat in filio factō Episcopo, qui licet etiā liberetur à patria potestate, per dignitatem Episcopalem, vt in authētica sed dignitas, vbi Doctores. C. de Episcopis & clericis, authētica, constitutio quæ de dignitat. §. illud, collatione 6. cap. per venerabilem qui filij sunt legitimi cū pluribus alijs per nos etiam traditis in dicto §. 44. Tamen nō amittit iura suitatis. dicta authētica constitutio quæ de dignitat. §. illud. Antonius Gomez in dicto capite nono, num. 11. Ioannis Gutierrez in dicto §. sui, numero 11. & 12.

Etratio harum limitationum est secundum dictos Doctores, quod suitas femel produsta cum patria potestate, postea sine ea valet, argumē. tex. in d. l. patre furioso ff. de his qui sunt sui, & alia etiā adducit ur ratio, quia infavorabilibus nō dicitur quis exire à patria potestate, vt notat Antonius Gomez in dicto capite 9. numero 13. & Ioannis Gutierrez in dicto §. sui, numero 28. quod etiam latius notauius in d. §. 44.

5 Tertio limita, vt nō procedat in filio adoptato, qui nō intrat in potestatem patris adoptatis. l. cū in adoptiu in prin. & in §. sed ne articulum C. de adoptio. §. sed hodie institu. de adoptio. l. 7. titulo 7. partita 4. l. 9. titulo 16. eadem part. cum alijs supra adductis in §. 6. Tamen habet suitatem, vt in dicto §. sed ne articulum. Bartolus in in authēt. ingressi, numero 67. C. de sacrofancē. Eccles. Bald. in l. Deo nobis. C. de episcop. & cleric. colum. 2. Ias. in l. qui se patres, numero 11. C. vnde liberi Antonius Gomez in dicto capite 9. numero 13. Ioannis Gutierrez in dicto §. sui, numero 31. cum sequēti. quod sit ex iuriis dispositione fauore filij adoptati, vt vi. lis sit ei adoptio.

EX §. XXXVI.

S V M M A R I V M.

- 1 Pater potest occupare hereditatem filio infantis delatam eo infante mortuo.
- 2 Hereditas non addita non transit ad heredes.
- 3 Filius in potestate constitutus si deceedit hereditate patris non addita eam transmissus ad quosecumque heredes.
- 4 Pater & filius repulsantur una, & eadem persona.
- 5 Intelleximus ad l. uniam. C. de his, qui ante aperte tabulas.

6 Trans-

De exercit.pract.actio.Cap.I. 69

- 6 Trāsmisso ex potentia sanguinis non fit ad ascēdentes, sed ad desce-
dentes.
- 7 Hāres cui delata est hāreditas ab inreſtato, vel ex teſtamento ſi inſra annam non fuerit ad ita tranſmit-
tit ad quos eunq[ue] hāredes.
- 8 Beneficium reſtitionis in integrum a tranſmittatur ad hāredes.
- 9 Reſtitionis in integrum inſra quatriē-
num reū poſeft.
- 10 Reſtitionis in integrum ex capite ig-
norantie tranſmittitur ad hāredes.
- 11 Beneficium reſtitionis in integrum ex capite ignorantie quanto tempore
dure.
- 12 Pater non occupat infantis hāredi-
tatem, ſed ut hāres filij.

D E P A T R I A P O T E-

ſtate quam pater habet in filios
familias infantis hāredes inſtitu-
tus ab alijs, hāreditate non ad-
dicta poſeft pater eam occupare
mortuis filij. §.XXXVI.

- 1 V I G E S I M V S N O N V S patiſt potestatis effeſtus eſt, vt
mortuo filio infantē hārede ab alio
inſtituto non ad ita hāreditate pater
iure patria potestatis poſſit occupare
hāreditatē filio infantī mortuo
reliſta. l. ſi infantī, vbi Bartolus, Bal-
dus, Alexander, & alij. C. de iure de-
liberandi, idem Bartolus, Imola, &
alij in l. ventre. ſſ. de acquirēd. hāre-
ditat Angelus in §. ius autem, nume-
ro 3. inſtitut. de patria potestate. Mat-
tha. ſing. 193. numero 3. Tiraquellus
in l. ſi vñquam, verbo, ſuſcepere libe-
ros, numero 188. C. de reuocand. do-
nat. Clemens de patria potest. effeſtu
13. nu. 2.
- 2 Pro cuius effeſtus declaracione
præſupponēdum eſt, quod i regulari-
ter hāreditas nō ad ita nō tranſmitti-
tur ad hāredes. lex ſi ex pluribus in

principio. ſſ. de ſuis, & legiti. hāre-
dit. l. 2. C. ad orphic. l. vnicaiſ. in no-
uissimo. C. de cadu. toll. d. l. ſi infantī,
verſic. penult. & fin. l. quoniam foro-
tem. C. de iure deliber. l. etiāne ipa-
ta. C. qui admitti, & vtrobique Do-
ctores, & in l. vnicica. C. de hiſ. qui an-
te apert. tabu. & in l. vtre. ſſ. de ac-
quirēd. hāreditat. Corneus cōſi. 147.
numero 19. libro 1. & cōſilio 162. nu-
mero 5. libro 2. & cōſilio 125. nu-
mero 4. libro 3. & cōſilio 307. nume. 4.
& cōſilio 311. numero 2. libro 4. Pa-
risius cōſilio 59. numero 14. libro 2.
& cōſilio 40. numero 10. libro 3. An-
tonius Gomez late primō tomō va-
riarum reſolutio. cap. 9. nume. 1. cum
alijs ſequēt. vbi ſex adducit tationes
ad hanc regulam, & conclusio-
nem.

Sed hāc regula primo fallit ex po-
tētia ſuitatis, nam quādo filius ſuus
in potestate cōſtitutus decedit hāre-
ditate patris nō addita eam trāſmittit
ad quōcunque hāredes etiam extra
neos. l. apud hostes. C. de ſuis, & le-
git. l. 3. C. de iure deliberandi. l. ex mi-
litari. ſſ. fina. cum l. ſequēt. ſſ. de mili-
testamēt. l. liber homo. ſſ. i. de ſtipu-
ſeruo. l. Lucius de iure fisci. l. hāre-
ditates. ſſ. ſi filius familias de Caſti ſi,
pec. l. qui duos. ſſ. cum in hello de re-
bus dubijs. l. 1. ſi quis adi: a ad Ter-
tull. gloſ. in diſta l. ge ſi infantī, ver-
bo, hāreditatis. C. de iure delibe. vbi
Bartolus numero 10. & alij Doſto-
res communiter in diſta lege apud
hostes, & in diſta lege 3. C. de iure
de libe. & in l. vtre. ſſ. de acquirend.
hāreditat. & in lege vnicica. ſſ. in no-
uissimo. C. de cadu. toll. Roma. cōſi-
lio 58. in ſecūdo dubio. Capra cōſi-
lio 12. & cōſilio 14. vbi hāc testatur
communem opinionem. Corneus cō
ſilio 146. colum. 2. libro. 1. vbi etiam
hāc dicit communem, & cōſilio 226.
numero 3. codemlib. 1. & cōſilio 93.
numero 10. libro 4. & cōſilio 150. in
principio, libro 2. Decius cōſilio 331.

Liber secundus praxis ciuilis;

- numero 5. & 6. Clemē. de patria potestate. effectu 13. nume. 3. Antonius Comez in dicto capite 9. numero 20. l.2. in s. tit. 6. par. 6.
- 4 Et ratio est, quia pater & filius repūnatur vna e idem persona. l. fina. C. de impuberum, & alij substitut. cum alijs, & post mortem patris statim ipso iure dominium omnium bonorum patris cōtinuitur in ipsuī filiū absque aliqua additione. l. in suis. ff. de liberis & posthumis. vbi Doctores l. 1. §. qui sunt in potestate. ff. si quis omis sa causa testam. l. cum ratio de bonis damnatorum.
- 5 Secūdo fallit dicta regula ex potētia sanguinis ex qua eriam sit transmissio hæreditatis nō addita ascēdētium ad solos descēdētes posteros l. vnica. vbi glossa, & communiter Doctores. C. de his qui ante oportet tabu. Doctores in dicta lege vnica. §. in nouissimo. C. de cadu. toll. Antonius Comez in dicto capite 9. num. 41. cum alijs seq.
- 6 Sed est aduertēdū, quod licet hęc trāmissio ex potētia sanguinis ad ascēdētes nō fiat, sed ad solos descendētes, vt supra dictum est. Tamē iure patria potestate hæreditas infantis nō addita trāmittitur ad patrem. d.l. si infant, vbi Doctores. C. de iure deliberaudi. Doctores in dicta lege ventre. ff. de acquirēda hæreditate, & hic est noster effectus quem intellige etiam si hærediā sit filio infantis relieta à matre, vel à materna linea ascēdētium, siue à quibuscumque personis, vt probatur in d.l. si infant, & tenent ibi Bariolus, Imola & alij, & in d.l. ventre. Roma. conf. 512. nu. 9.
- 7 Tertio fallit supra dicta regula ex capite iuriſ deliberađi, quādo hæres, cui hæreditas est delata ex testamento, vel ab intestato decessit hæreditate nō addita infra annū à sc̄iētia hæreditatis sibi delata, nam tūc eā trāmittit ad quoſ curque hæredes. l. cō in antiquoribus, vbi glossa, & communiter scribenies. C. de iure deliberađi. l. vnica. §. cum īgitur vbi magna. C. de cadu. toll. l. 2. titulo 2. part. 6. declarat Antonius Gomez in dicto capite 9. numero 51. cum alijs sequent.
- 8 Quarto fallit quādo beneficio reſtitutionis in integrum trāmittitur hæreditas, vt si hæres cui delata est hæreditas sit minor 25. annis, & decessit hæreditate nō addita, nam tūc eo ipso videtur leſus, & trāmittit beſſicium reſtitutionis in integrum ad hæredes cum sit trāmissibile, vt in l. nō ſolum de reſtitut. in integrum, & in l. minor autem. §. fina. ff. de mino-rib. & in l. 3. §. Pomponius eodem ti- tulo, & in specie hāc cōclusionē pro bāt. l. Pautonius. ff. de acquirēda hæreditate, & l. qui duos. ff. de rebus du bijs, & l. qui duos. ff. de vulg. & pu- pillari subst. & in histerminis tenēt Bartolus, & alij Doctores in dicta l. Pautonius, & in dicta l. qui duos de reb. dub. & Doctores in dicta lege si infant. C. de iure delibera. & Anton. Gomez, & plures per eum citati in dicto capite 9. numero 56. Corneus cōſilio 176. numero 20. libro 2. & conſilio 125. numero 4. vbi hāc testatur communem opinionem, & conſilio 138. numero 11. & cōſilio 321. numero 8. libro 3. Parisius cōſilio 59. numero 16. libro 2. Clemē de pat. potest. effec- tu 13. nu. 7.
- 9 Quoꝝ reſtitutio intra quadriennū peti potest. l. fina. C. de tempo. in integrum reſtitut. cap. 1. de reſlit. in integrum in 6. Corneus cōſilio 275. nu- mero 1. libro 1. Clemē. dicto effectu 13. nu. 8.

Quod

De exercit. pract. actio. Cap. I. 70

- 10 Quod procedit etiam in maiori 25.
annorum ignorante hereditatem si-
bi delatam, qui eam etiam non addi-
tam transmittit ad heredes beneficio
restitutionis ex capite ignorantia, &
clausula generali si qua mihi iusta
causa videbitur, argument. text. in L.
versic. fina. ff. ex quibus causis maio-
res. d.l. Pantonius. ff. de acquirenda
hereditate, tenet Bartolus, & alij su-
pra citati, & Antonius Gomez in di-
cto capite 9. nume. 56. in fine, qui plu-
res circa.
- ii Ex quo parui momenti redditur di-
ctus effectus patriz potestatis ex di-
cta lege si infant. C. de iure de libe-
cum illius privilegium tantum com-
petat patri ratione patriz potestatis,
& duret intra tempora infantia be-
neficium autem restitutionis duret,
usque ad vigesimumquintum annū,
& postea intra quadriennium, & cō-
petat quibuscunque heredibus, & de-
tetur etiam maioribus ex ignorantia, vel
alia iusta causa, vt dictum est.
- 12 Imo hodie pater iure patriz pot-
estatis non occupat infantis heredita-
tem, sed tanquam heres filii per au-
thentic. defuncto. C. ad Tertullian. vt
nojet glossa in dicta L. si infantil, ver-
bo, infantil, quasira. C. de iure delibe-
quam ibi sequitur Bartolus, Baldus,
& alij, & tenent idem. Baldus consi-
lio 63. columna 2. libro 2. Roma. con-
silio 512. numero 9. Corneus consilio
275. numero 1. libro 1. tradit Clemens.
dicto effectu 13. numero 16. cum se-
quent.
- EX 6. XXXVII.
- 17 SVMMARIA.
- 18 Pater potest filii impuberibus in-
stitutus constitutus pupillariter
substituere.
- 19 Patria potestas ab requitatur in pa-
tre pro substitutione filii tempore
mortis.
- 3 Patria potestas licet non erat tempi
re testamenti suffit, quod fuerit
tempore mortis.
- 4 Filius patro pater non potest pupilla-
ris substituere.
- 5 Mater pupillariter filiis substituere
non potest.
- 6 Pater non potest pupillariter institue-
re filiis adoptatis.
- 7 Pater non potest pupillariter substi-
tuere filio: nec nepoti emaneci-
pato.
- 8 Pater potest pupillariter substituere
etiam filiis natis ex matrimonio pa-
tasiu.
- 9 Pater potest pupillariter substituere
etiam filiis per subsequens maritatu-
mum legitimatis.
- 10 Pater potest pupillariter substituere
etiam legitimus principis res-
eripto.
- 11 Pater potest pupillariter substituere
etiam filio arrogato.
- 12 Pater etiam nepotibus potest pupil-
lariter substituere non tantum filiis
suis,
- 13 Pater substituere etiam potest pupil-
lariter posthum.
- 14 Pater potest pupillariter substituere
etiam filio ex heredato.
- 15 Pater et potest filios in legitima gra-
uare.
- 16 Pupillaris substitutio an excludat
matrem a legitima.
- 17 Pupillaris substitutio potest fieri ver-
bi generalibus, & verbis specia-
libus.
- 18 Tacita pupillaris comprehensa sub
expressa vulgari an excludat ma-
trem.
- 19 Tacita pupillaris comprehensa sub
expressa vulgari, iuri excludit
matrem quando per conciliavas
constat de voluntate testatoris.
- 20 Tacita vulgaris comprehensa sub
expressa pupillari an matrem ex-
cludat.
- 21 Substitutione pupillaris ad hoc, ut
valesat

Liber secundus praxis ciuills,

valeat sex requiruntur.

22 *Pupillaris substitutio quibus casibus expiret.*

DE PATRIA POTE-
stace quā pater habet in filios fa-
milias, ut posse liberis impu-
beribus pupillariter substituere.
§.XXXVII.

TR I G E S I M V S effectus pa-
triz potestatis est, vt pater possit
liberis impuberibus in sua potestate
constituis pupillariter substituere,
nam de substantia pupillaris substitutionis
est, vt filii quibus talis sit sub-
stitutio sive sub parentura potestate.
l.2.vbi glossa, & communiter Docto-
res, ff. de vulg. & pupilla. substitut. l.
2.l.quamvis. l.precibus. C.de impu-
ber. & alijs substitut. §.1.& per to-
tum institut. de pupill. substitut. cap.
si pater de testamēt. in 6.l.5. titulo 5,
partit. 6.

Ex intantum est necessaria patria
potestas ad pupillaris substitutionis
valorem, quod nō sufficit, vt eampa-
ter habeat tempore mortis, vt in l.co
hæredi. §.cum filix. ff. de vulgar. &
pupillar. substitut. vbi tenent com-
muniter Doctores, sed requiritur, q
tempore testamenti habeat filium
sub potestate cui pupillariter substi-
tuit, vt tenent post alios modernos.
Couarruias in capite Raynuntius.
§.5.numero 2.de testamēt. & Ema-
uel à Costa in c. si pater, verbo, ha-
bens. nu.6.de test.

Sed cōtrarium imo quod sufficiat
ad hoc, vt substitutio pupillaris va-
leat, quod pater habeat patrīam po-
testatem tempore mortis licet eam
non habeat tempore testamenti te-
nent glossa, Bartolus, & Doctores in
dicta l. 2. §. sed si extraneum. ff. de
vulgar. & pupill. substitut. Angelus,
Aretinus in tractatu de testament. in
gloss. 85.numero 6.volumine 7.Ioā-

nis de Imola in dicto capite Raynun-
tius, numero 93.de testament. Alexā-
der numero 7. & 10. Ripa numer. 25.
& Alciatus numer. 28 in verbo, emā-
cipatus in dicta l.2. ff. de vulg. hanc
testatur communem opinionem, di-
cit etiam communem opinionem.
Emmanuel à Costa in dicto capite
si pater, verbo, habens, numero 6. de
testamen. licet ibi, teneat coniurū,
vt dictum est.

Ex hoc effectu primo infertur,
quod filio naturali tantum, vel spu-
rio pater non potest pupillariter sub-
stituere cum non sint in patria po-
testate. l.3. ff. de his qui sunt fui, vel alie-
ni iuris in principio, & §.1.institut. de
patria potestate. l.incestas. C.de ince-
stis nupt. §.si aduersus, & in §.fina.in-
stitut. de nupt. l.2.titulu 17. parti. 4.
Doctores in dicta l.2.ff. de vulg. &
pupill. substitut. & in principio insti-
tut. de pupill. substitut. Ant. Com. ind.
c.4.n.2.

Secundo infertur, quod cum mater
non habeat filios in potestate, vt in
§.fina.institut. de exhæredato liber.
Lillud. §. ad testamenta. ff. de bono-
rum possession.contra tabu. filio pu-
pillariter substituere non potest, vt
notant Bartolus, & alij in dicta l.2.
ff. de vulg. & pupill. substitut. & in
l.ve:bris ciuilibus, columna 2.èodem
titulu Angelus notab. 3. Bello, nume-
ro 9. & alij in principio institut. de
pupill. substitut. Antonius Gomez
in dicto cap. 4. nu.2.Clem. d.effectu
15.nu.6.

Tertio infertur, quod pater non
potest pupillariter substituere filiis
adoptiuis in casu in quo in potestate
patris adoptantis non transiunt, vt
quando filius in patris potestate con-
stitutus datur in adoptionem extra-
neo. §. sed hodie in t.responso inst. de
adoptio. l.cum in adoptiuis, in princ.
C.de adoptio. Paul. Leon. in tract. de
subst. in materia pupill. subst. nu.218.
Clem. d.effectu 15.nu.7.

Quarto

De exercit.pract.actio. Cap.I. 71

Quarto infertur, quod filio emancipato, nec nepoti ex filio à patria potestate liberato, nec alijs qui sunt extra patriam potestatem quos colligunt ex §. 43. non potest pupillariter substitui. dicta l.2. ff. de vulg. & pupill. substitut. vbi communiter Doctores Antonius Gom. Paul. Leon. & Clem. vbi sup.

Primo extende dictum effectum, vt non solum procedat in filiis natis ex legitimo, & vero matrimonio sed etiam in natis ex matrimonio putativo, nam filij nati in figura matrimonij dicuntur legitimi, & sub patria potestate constituti, cap. 2. cap. ex teneore qui filij sint legitimi, cap. 1. de eo qui duxit in matre quā poluit per adult. cum alijs adductis supra in §. 2. huius cap.

Secunde extende, vt procedat etiā in filiis per subsequēs matrimonium legitimatis quibus etiam pupillariter substitui potest cum sint sub patria potestate. Leum quis. C. de naturalib. liber. auctor. liceat eodem titulo. §. si aduersus, & §. fina. institut. de nupt. cap. 1. cap. tanta qui filij sint legitimi. l. 1. titu. 15. par. 4. cum alijs adductis supra in §. 3.

Tertio extende, vt procedat etiam in filiis legitimatis principis rescripto qui rediguntur in patris potestatem, vt in authenticā quibus modis naturales effici sui. §. si quis igitur, collatione 7. authenticā quibus modis naturales effici legit. §. liceat igitur, collatione 6. dicto §. fina. institut. de nupt. l. 4. titu. 15. part. 4. cum alijs adductis supra in §. 4. & notam expresse Doctores in dicta l. 1. ff. de vulgar. & pupill. substitut. glos. Niccas. Mininge. & alij in princip. institut. de pupill. substitut. Antonius Gom. in dicto capite 4. num. 2. Clem. die festis. n.s.

Quarto extende, vt procedat in filio arrogato, vel adoptivo in casibus in quibus transit in potestatem patris

arrogantis, vel adoptantis, nam potest etiam pupillariter substitui. l. si arrogator. ff. de adoptio. l. sed & si plures. §. in arrogato. ff. de vulgar. & pupill. substitut. l. 9. titulos. part. 6. Ioannis à Rojas in epitome successio. cap. 16. numero 18. cum alijs adductis supra in §. 5. & tentē expresse Paul. Leon. in dicto tractatu substitutio. in materia pupill. substitut. numero 218. & Clemens. dicto effectu 15. numeri 17.

Quinto extende, vt non solum prōcedat in filiis primi gradus quibus potest pater pupillariter substitutere, sed etiam in nepotibus pro nepotibus, & deinceps, quibus etiam substitui pupillariter potest dicta l. 2. ff. de vulgar. & pupill. substitut. vbi communiter Doctores in principio institut. eodem titulo l. liberorum. ff. de verborum significat. quod etiam hodie procedere potest stante l. 8. titulo 3. libro quinto recopilationis, nam auus poterit habere nepotes ex filio dependentem tantum.

Sexto extende, vt procedat etiam in posthumis quibus substitui potest pupillariter dicta lex 2. in principio. versicu. plane posthumis. ff. de vulg. & pupilla. substitut. §. nō solum institut. de pupill. substitut. vbi Doctores & ratio est, quia cum substitutio pupillaris sit etiam testamentum filij. l. Papinianus. §. sed nec impuberis. ff. de inofficio te statamento. & in principio institut. de pupill. substitut. c. si pater de testamēt in §. cum alijs, & hoc sit in favorem pupilli cum sit favorable testatum decedere, & sit etiam hæc substitutio pupillaris introducta incommodum filiorum. l. si pupillus. ff. de acquirēda hæreditate. l. si arrogator. ff. de adopt. posthumus in favorabilibus habetur prō nato. l. qui in verro. ff. de statu homi. cum alijs, & sic potest pupillariter substitui, vt declarant Paul. Leon. in dicto tractat. substitut in materia pupilla. sub-

Liber secundus praxis ciuilis

- 14 substitu. numero 35. & 216. & Clem. dicto esse etiā 15. numero 14. cum se-
quent.
- 15 Septimo extēde, vt procedat etiā
in filio ex hereditate cui pupillariter
substitui potest per patrem. l. sed si
plures. & si ex à se. ff. de vulg. & pu-
pill. lex 2. eodem titulo. l. filius qui
se paterna. ff. de acquirēd. heredita.
l. cum quidam. C. de legat & non so-
lum. vbi Doctores institut. de pupil.
substitut. Doctores in dicta l. 2. ff. de
vulgar. & pupill. Antonius Gomez
in dicto cap. ite 4. numero 2. & 3. Cle-
men. dicto esse etiā 15. numero deci-
monono.
- 16 Octavo extēde, vt non solum pa-
ter possit filijs pupillariter substitue-
re, si d. etiam eos in legitima grau-
te, & excludere omnes, cap. si pater
de test. in 6. l. Papinianus. &. sed nec
impuberis. ff. de inofficio testamen-
to, tradit. Parisius consilio 16. nume-
ro 54. & cōsilio 59. numero 18. lib. 2.
Mathz sing. 163. & hic est casus in
quo potest pater in legitima gra-
uare.
- 17 Nonno extēde, vt dicta substitutio
pupillaris excludat matrem etiam in
legitima sibi debita in bonis filij. l.
Lucius. l. sed si plures. & ad substitu-
tos. l. 2. ff. de vulg. & pupill. subst. l.
precibus. C. de impuber. & alijs sub-
stitut. l. Papinianus &. sed nec impu-
be. is. C. de inofficio testamento,
cap si pater de testamēt. in 6. l. 5. titu-
lo. part. 6. tenet Doctores in dicta l.
precibus, & in dicta l. 2. ff. de vulg.
& in dicto &. sed nec impuberes. An-
tonius Gomez late in dicto capit. 4.
num. 7.
- 18 Decimo extēde, vt procedat non
solum quando substitutio fuit facta
verbis specialibus, vsque ad certam
etatem pupillarem in quo cūsiu dici-
tur expressa, sed etiam in substitutio-
ne pupillari comprehensa in com-
pēdiola, vt si facta fuit substitutio, si
ne certa etate, vt quādictum que fi-
lius decesse sit, quia sub compendio
verbū continet duo tempora, &
duas substitutiones, & utraq; dicitur
expressa verbis generalibus, & sic de-
cesserit in pupilla: i. etate substitu-
tus admittitur, & mater excluditur,
vt in dicta l. precibus. vbi rōnt Do-
ctores. C. de impuber. & alijs substi-
t. s. tit 5. par 6.
- 19 Undecimo extēde, vt tacita pu-
pillaris comprehēsa sibi expressa vul-
gari excludat etiam matrem cuando
per coniecturas constat potest de
voluntate testatoris. l. in fine. C. de militari testamēt.
la. in fine. C. de militari testamēt vbi
notat Doctores. l. i. in hoc iure. ff. de
vulg. & pupill. substitut. glossa. quam
ibi seq. Doctores in dicta l. precibus
verbo, omnimodo. C. de impuber. &
alijs substitut. Bartolus in dicta l. 2.
num. 38. ff. de vulg. Antonius Clem.
in dicto cap. 4. num. 10. vbi pos̄t alios
declarat ex quibus presumptionibus
& coniecturis pos̄it constare de vo-
luntate testatoris
- 20 Sed si nō constat de voluntate testa-
toris tacita pupillaris comprehēsa,
sub expressa vulgari nō excludit ma-
trem dicta l. precibus, vbi glossa, &
Doctores communiter. l. fina. C. de
insti & subst. sub cōditio fact. vbi Do-
ctores Bartolus in dicta l. 2. num. 32.
ff. de vulg. idem Bartolus, & alij, in
l. Cēturi. ff. cod. tit. Ant. Com. in d.
c. 4. nu. 8.
- 21 Duodecimo extēde in tacita vul-
gari comprehēsa sub expressa pupili-
lari, quæ etiam matrem excludit, vt
notat glossa finali in fine in dicta l. fi-
nali. C. de institu. & subst. sub condi-
tio fact. quam ibi sequitur Doctores
Antonius Gomez in dicto capit. 4.
num. 9.
- 22 Et quia materia huius pupillaris
substitutionis abundantissime scrip-
ta est per Doctores in locis supra ci-
tatis ideo eam non prosequor, sed
tanum

De exercit.pract.actio. Cap.I. 72

tantum in hoc ultimo loco pro resolu-tione istius esse etis notandum est, quod ad hoc, ut substitutio pupilla-ris valeat sibi sunt necessaria requisi-ta primum quod persona cui sit sub-stitutio sit filius nepos, vel descendens. Secundum quod sit in substitutis po-testate Tertium, quod sit impubes. Quartum, quod sit institutus, vel legiti-mazexhibitatus. Quintum, quod post mortem testatoris efficiatur sui iuris, & non sit recusari in potestate alterius. Sextum, quod addetur hereditas dicta I.2.vbi Bartolus, & alii s. de vulgar. & pupillar. substitu-ti. Cistellus in L.31. Tau. in glo. pupilla. Antonius Gomez in dicto cap. 4. nro merito 2.

22 Et quibus casibus expirat pupila-
ris substitutio vide in §. masculo in
stitu.de pupill. substitutio. & I.10.ti-
tulo 5, par.6.vbi Greg. Lop.

EX §. XXXVIII.

SUMMARY

- 1. **F**ilius familius non potest es-
se testis in testamento pa-tris.
- 2. **N**ec in omni acto patris.
- 3. **F**ilius emancipatus non potest esse te-
sis pro patre.
- 4. **F**ilius bastardus non potest esse testis
pro patre.
- 5. **F**ilius bene possunt esse testes pro patre,
dum non agitar de facti patris.
- 6. **P**ater regulariter non potest esse testis
pro filio.
- 7. **P**arētes pro filiis; & filii pro parētibus
in quibus enībus possum ferre testi-
monium.
- 8. **P**ater pro fratre in testimonium non
admittitur.
- 9. **P**ater pro fratre in etiūibus potest
esse testis.
- 10. **P**ater pro fratre in causa gratia
disputare repellitur.

- 11. **C**onsanguines usque ad cuartum
gradum à testimonio repelluntur.
- 12. **A**ffines per lineam ascendentes,
vel descendentes repelluntur à te-
mone.
- 13. **V**ox pro marito sive sibi proponso,
testis esse non possum.
- 14. **P**ater spiritualis pro filio spirituali
testis esse non potest.
- 15. **P**ersona omnis qua non prohibentur
possunt esse testes.
- 16. **C**ochabini pro amictio ita esse non
potest.
- 17. **A**micis in eadem domi habitan-
tes pro amictis esse testes non possunt.
- 18. **A**micis regulariter pro amicto te-
stis esse potest.
- 19. **D**omesticum testimonium non valeat
pro domestico.
- 20. **D**omestici testimonium tanè valeat
autem lo depots de his que facta
sunt in domo, & secreto.
- 21. **P**robatio innocentia potest fieri eiā
per testes domesticos.
- 22. **T**estes domestici recipiuntur quando
veritas alter se haberi non potest.
- 23. **T**estes etiam in habitibus admissi non
quidam veritas alter se habere non
potest.
- 24. **T**estis si tempore depositionis est do-
mesticus non admittitur.
- 25. **T**estis domesticus si intralem de
domo expulsus fuisse, ut deponeret
tunc non valeat.
- 26. **F**rus non presumuntur nisi pendente
litigio domesticus satis expensis.
- 27. **F**amilius absque jalatio admittitur
in testem pro domino.
- 28. **D**omesticum testimonium contra do-
mesticum valeat.
- 29. **D**omesticus litigant contra conlo-
mesticum suum terius domesticus po-
test esse testis.
- 30. **D**omesticus honeste vita, & bone édi-
tionis potest esse testis pro domi-
stico.
- 31. **S**ubditus ratione iurisdictio nō ad
admititur in testem.

Liber secundus praxis ciuilis

- 33 *Domes tenuis in extrajudicial bus de-
cūtum con censu puer est esse testis.*
33 *Cives pro sua ciuitate testis sicut et
potest quo ad eius commodum.*
34 *Cives aualeant esse testis p. o uni-
versitate si nil commods perue-
nit.*
35 *Praetor potest esse testis pro causa
sua Ecclesie, & monachus, d. cle-
rius integrī testes sunt ea.*
36 *Tutor non potest esse testis pro causa
pupillifui.*
37 *Adiutor & procurator non po-
test esse testis in causa sui exen-
suli.*
38 *Solicitor nō potest esse testis in can-
sa quam sollicitat.*
39 *Testimonium proxeneta prout utra-
que pars valer de consensu par-
tium.*
40 *Proxeneta deponēs de cōsensu nius
facili sim plenam fidem, si de con-
sensu utrumque plenam facit fi-
dem.*
41 *Legatorius, venditor, cedens socius
fiduciator, vassalus quando possint
esse testes.* (ad.)
42 *Testes invariables qui sunt de iure reg-
is.*
43 *Testes omnes suu idonei si & parti-
non capiuntur.*

DE PATRIA POTE-
state quam pater habet in filios
familias, ut non possint esse testes
in testamento patris.
§.XXXVIII.

TRIGESIMVS PRIMVS
patriz potestatis effectus est,
quod filius familiā non potest esse te-
stis in testamento patris. I. parentes.
C. de testibus. §. in testibus alias inci-
pit pater institut. de testamēt. L.8. ti-
tulo 16. partita 3. Et ratio est, quia
pater & filius ratione patriz potesta-
tis una eademque persona reputan-

tur. I. fina. C. de impub. & alijs substi-
tut. & filius gen. imaginem patris. I.
cum aliquis C. de iure deliber. Bald.
in I. fina. humer. 38. C. de edicto divi
Adrian. toll. & familia tota vnum,
quasi corpus est cuius caput est pa-
ter. I. pronuntiatio. ff. de veiborum
signif.

Quod extende, vt non solum pro-
cedat in testamento patris sed etiam
in quo libet alio proprio facto patris,
vel quando tractatur de commodo,
vel in commodo patris. d. I. pa-
entes. C. de testibus. d. §. in testibus alias
incipit pater, vbi Nicaf. Porti & An-
ge. institutio de testamento. Ba tolus in
I. Qui testamento. §. quæcumque autē
ff. de test.

Secundo extende, vt procedat in
filio emancipato, qui non potest etiā
esse testis pro patr. e. I. etiam. C. de te-
stibus. cap. in literis extra eodem titulo
glossa in dista I. parentes quam ibi
sequuntur Doctores, & in dicto §. in
testibus L.8. titulo 16. partita 3. Et
ratio est, quia pater repellitur à te-
monio pro filio non solum ratione
patriz potestatis, sed etiam ratio re
familiaritatis naturalis, quæ adhuc
durat cum filio emancipato, vt pro-
bant dicta iura, & ibi notant Do-
ctores.

Tertio extende in filio bastardo,
qui non potest etiam esse testis pro
patre proprio naturalem affectum,
vt notat Bartolus in I. ad metellas. ff.
de capit. diminutio. Porti. & Nicaf.
numero 2. & cæteri scribentes in di-
cto §. in testibus. Florian. in I. testis
idoneus ff. de test.

Sed quando non tractatur de facto
patris, vel de eius commodo, vel in
commodo bene possunt predicti fi-
lii esse testes, vt notant glossa, Barto-
lus, & alij in dista I. qui testamento.
§. quæcumque. ff. de testament. Ni-
casius, & alij, in disto §. in te-
stibus.

Quarto

De exercit practic actio. Cap.I. 73

- 8** Qarto extende in patre qui regulariter non est idoneus testis pro filio dicti lex parentes. C.de testibus.l.te stis idoneus ff. eodem titulo, glos. & DD. in d.l. qui in testamento. § quæcumque. ff. de testam. & etiam in matre quæ testis esse non potest in causa filij, vt notant DD. in d.l. parentes, & in d. §. quæcumque. Port. & Ang. nu. 3. in d. §. In testibus. Ant. Gab. lib. 1. de testib. conclus. 17. vbi hoc extendit limitat, & declarat.
- 7** Sunt tamen plures casus in quibus parentes utriusque sexus pro filiis, & filiis pro parentibus testimonium ferre possunt quorum plures enumerat Doctores in dicta l. parentes, & Socinus in regula 427. & Menochius de arbitrijs iudic. libro 2. centuria 2. casu 102. & in causa matrimonij probat textus in cap. videtur qui matris accusari possunt, & in capi. super eo, el 2. de testibus, vbi glossa, verbo solatio quam ibi seq. DD. Dec. cōf. 163. Zasius conf. 9. nu 3. & conf. 4. nu. 18. lib. 2. Antonius Gabriel 2. par. lib. 1. de test. conclus. 9. num. 1. cum alijs sequent.
- 8** Quinto extende in fratre, qui non admittitur profratre, vt notat glof. Barto. & alij in l. lex Cornelia. ff. de iniurijs. glof. in l. lex Iulia. ff. de testib. Alber. in tract. de testibus, nume. t. 2. Ant. Gabr. d. lib. 1. de testibus, cōclu. 14. qui num. 2. cum plur. seq. late limitat, & declarat licet plures per eum citati ibi contrarium teneant, sed in hoc solet fieri differētia inter cliviles & criminales causas nam in criminalibus communiter tenetur, quod frater repollitur a testimonio profratre suo, vt tenet communiter DD. in d. l. parentes, & in d. l. qui testamento. §. quæcumque. & in dicto §. in testibus. & tenet Bart. & alij in d. l. lex Cornelia. ff. de iniurijs, & plures alij quos refert, & sequitur Menochius dicto lib 2 de arbitrijs iudi. centu. 2. casu 104. nu. 6.
- 9** Sed in civilibus frater pro fratre potest esse testis glos. in c. parentes. 4. q. 3. & in cap. t. 3. q. 5. Ba. d. in d. l. parentes, nu. 3. vbi Salic. & alij, sed non integra fides ei in favorem sui fratris adhibetur, vt notant DD. in d. l. parentes. Port. & Ang. ind. §. in testibus. n. 4. insti. de testam. maxime si simul habitarent, vel magna inter eos esset affectio festio, nini tunc nulla fides fratri in favorem fratres adhibetur secundum Bald. in d. l. parentes. nu. 3. C. de testib. & in l. l. nu 8. C. de sacrosanct. Eccle. Corset. in sing. verbo testis incipit licet fratre idem Bald. conf. 188. lib. 4. quos sequitur Menoch. d. casu 104. num. 3.
- 10** Si tamē causa sit gravis indistincte frater profratre non est idoneus testis nec vlla fides ei adhibetur. Bald. in d. l. parentes, nu. 4. C. de testib. quem ibi omnes seq. & tenet Doctores in cap. in literis, vbi Felinus num. 11. de testib. & in cap. cum oporteat. nume. 3. de accusatio. Soci. cōf. 1. column. 3. libro 1. vbi hanc testatur commu. opin. & cōf. 130. in fine, eodem libro. Menochius loco supra citato, qui ait, quod relinquuit arbitrio iudic. quæ sit causa gravis, & quanta sit affectio.
- 11** Sexto extende in alijs consanguineis usque ad quartum gradum, qui non sunt integri testes rro consanguineo, vel c. siunflo. cap. secundo, cap. accusatio. es. 3. quæstione 5. Bariolus, Baldus, Angelus, & Alexsander. nume. 43. in l. admonendi de iure iurando. Antonius Gabriel d. lib. t. d. de testibus, cōclusione 13. numero primo, qui allegat plures contrarium tenetes, & hic extēsionem limitat, & latissime declarat ibi, numero 2. cum pluribus sequent.
- Sed resolutive quod dictum est de fratre idē intellige de consanguineis usque ad d. 4. grad. vt notat DD. sup. citati, & Menoch. d. casu 104. n. 3. cū seq. & cēt. 3. casu 262. nu. 5. qui plures refert.

Liber secundus praxis ciuilis,

- 12 Septimo extende etiam in affini-
bus per lineam descendet, vel acce-
dētem nō autem per lineam transuer-
salem, ut notat Gramma. decisio.34.
nume.20. & consilio.32. in fine. Crot.
in tract. de testib. n.131. Hippol. sing.
113. & cōf.68. nu.20. Anto. Gabr. qui
hoc late declarat d.lib.1. de testibus,
cōclusis. sed usque ad quartum gra-
dum. idem intelligo quod in cōsan-
guineis per supradicta.
- 13 Octauo extende in vxore pro mari-
to, & spōsa pro spōso, & ecōtra qui
nō possunt testimonium ferre in eo-
rum causis. l. quod seruus. ff. de cōdi-
stio. ob causam norā Bar. Bal. & alij
in l.2. C. de testib. Porti. & Ang. n.11.
in d. §. in testibus.
- 14 Nono extende in filio, & patre spi-
rituali nam mīg. is diligendus est pa-
ter spiritualis quam carnalis, ut notat
glossa in cap. pīctum. 30. quāfli. 3. &
cognatio spiritualis dignior est quā
carnalis, ut dicit glos. in cap. 1. de co-
gnatio. spirituali in 6. & expresse te-
nēt Guilielm. de Vin. & Baldus in
lege generaliter. ff. de iniū. vocand.
Salicet. in Ltestis ff. de testib. Fulgo.
in l.4. §. pr̄tor. ff. de iniū. vocand. &
facit tex. in cap. quia diligere. 30. q. 3.
& glos. in cap. qui durmierit. 27. q. 2.
& quod dicit Bald. in L.1. colum. pen.
C. vnde vi.
- 15 Contrarium tamen tenent Bald.
& Salice. in l. parentes. C. de testib.
Roma. & Alexād. in d.l. generaliter.
ff. de iniū. vocād. i. em. Alexand. cōf.
470. & 680. Flori. in l. testis idoneus
ff. de testibus. DD. in cap. cum num-
erus de testib. vbi Feli. nu.2. hāc testa-
tur commu. op. quāmetiam sequitur
eius additionator, & Nicas. in d. §. in
testibus. n.3. insti. de testis. & ratio hu-
ius opinionis est, quia edictum de te-
stibus est prohibitorū, & omnis per-
sona quā nō prohibetur potest testi-
ficari. l. 1. ff. de testib. & iura pro con-
traria parte adducta loquuntur quād
impediendum matrimonium.
- 16 Decimo extende in concubina quā
nō potest testifica, i. pro amassio, &
econtra, ut notat Baldus in lege se-
cunda. C. de testibus. Portius in di-
cto §. in testibus, numero duodecimō
vbi Iason in eius additionibus, & ra-
tio est secundum eis, quia concubina
in animo, & affectione non differt ab
vxore, sed in horore, & vi matrimo-
niū. l. item in legato. §. pari. ff. de le-
gatis tertio. l. masuerius. ff. de verbo-
rum signif.
- 17 Undecimo extende in amicis in ea
dem domo habitantibus, vel quando
magna inter eos esset affectio, vel fa-
miliaritas licet simili nō habitent. l.
quoniam. l. eminibus. C. de testibus.
Angelus indicō §. in testibus, nume-
ro duodecimo institut. de testamen-
to in consilio 405. inter consilia, Baldus
Abbas in capite in litoris, nume. quin-
to de testibus, & in capite literas nu-
mero octauo de p̄sumptio. Crotus
in tractatu de testibus, quarta parte,
nu.77. Alc. conf. 5. nu.27. Menochius
lib.2. de arbitr. iudic. cētūra secunda
casu 104. numero tertio cum sequēt.
Bursat. conf. septuagesimo secūdo, nu-
mero quinquagesimo, libro primo,
qui dicunt relinquendum esse abi-
trio iudicis quā rāta affectio, vel fa-
miliaritas sit inter partem, & testes.
- 18 Regulariter tamen amicus nō pro-
hibetur esse testis pro amico, vt tra-
dit Albericus in tractatu de testibus.
§. superet numero octauo. Baldus in
capite primo, numero tertio de testi-
bus. Bartolus in lege tertia, columnā
secunda, vbi testiarū de communī. ff.
de testibus. Abbas in capite accedēs,
el segundo, numero octauo, vt lite nō
contest. Decius Neapolitanus 304.
numero decimotertio. Florianus in
lege tertia, numero secundo. ff. de te-
stibus, limitatione, & declarat Anto-
nius Gabriel, libro primo, de testi-
bus conclusione undecima, nume-
ro primo, cum alijs sequenti-
bus.

De exercit practic actio. Cap. I.

74

22. Duodecimo extende in familiaribus, & domesticis, nam domesticum testimonium non valet pro domestica persona. I. etiam C. de testibus. I. penult. ff. eodem titulo. §. in testibus instit. de testa. c. in literis de testib. c. 1.2. & 4. & cap. accusatores. 3. q. 5. c. 11. §. testes quos & §. etiam civili. 4. q. 3. cap. 1. §. 1. 14. quæst. 2. tenent Doctores in dictis locis communiter, & in I. I. C. ad Senat. consult. Claud. Gram. c. 65. 26. nu. 30. & seq. Ant. Gabr. lib. t. de testib. conclus. 10. nu. 1. cum plur. seq. vbi late declarat.

23. Quod primo limita, nisi domestici deponant in his quæ facta sunt domui & secreto, nam tunc testes domestici probant. I. cōfensu. C. de repudijs. vbi Baldus, & alij. cap. veniens in fine de testibus. Bartolus in Lquorū, nume. 2. C. de naufragio. lib. 10. idem Bart. Ang. & alij. in Lquorū tutores. C. de administratio. tut. Aretin. & Felin. & alij. in d. cap. in literis de testibus. Afflct. decif. 304. num. 10. Marfil. in I. I. §. ad quæstionem. versic. limitatio. mo. ff. de quæstio. Gramma. conf. 66: numero 44. in ciui. lib. Zaf. conf. 2. n. 37. Craue. late de antiquitate tempor. 2. par. 1. par. nu. 13. cum seq. Ant. Gab. plures allegans. d. cōcl. 10. nu. 33. cum sequent.

24. Secundo limita in probatione innocentia quæ probatur etiam per testes domesticos, & minus idoneus, ut scriperunt in specie specul. in tit. de inquisitione. §. i. vers. sed nūquid eas, num. 22. Baldus, Salicet & Alex. in I. par. tesi. C. de testa. Marfil. in I. 1. §. si quis vltro. nu. 5. & in I. de minore. §. plurimū. n. 72. ff. de quæst. & in sing. 59. Dec. in I. & si nihil facile. nu. 3. de reg. iur. & in I. 2. num. 42. C. de edendo. Ripa in I. 3. nu. 12. ff. de damno infest. Ant. Com. varia. resolu. tom. 3. c. 12. n. 23. vbi hæc testatur et ostenu. op. Iul. Cl. lib. 5. senten. §. fin. o. 24. n. 20. Cephal. conf. 304. nn. 212. Simon de Pret. conf. 14. nu. 11.

22. Tertio limita, quando aliter veritas haberi non potest, quia tunc testes domestici recipiuntur: Ioannis Andr. in additio. ad specul. titulo de teste. §. i. vers. item excipitur. Hippolytus in Plurimum. §. tormēta. versi. item ultra prædicta. ff. de quæstio. & in pract. criminis. §. diligenter. nu. 81. Zaf. conf. 3. nu. 40. lib. 2. Ant. Gab. de concl. 10. nu. 47.

23. Nam quando veritas aliter scribitur non potest testes alias minus idonei fidem faciunt. cap. veniens el 2. vbi glossa finali. Felinus & alij de testibus. cap. cum dilecti. versic. & si tres de electio. cōp. fina. de testibus conged. glossa in capite tertio loco. vbo. jurare. vbi Anton. & alij de probatio. Abbas in capite cum in tuājntu mero 7. de sponsal. decif. Tholosa. 3. in fine. Marfil. sing. 73. & consilio 34. numero 32. & consilio 41. numero 15. Antonius Gabriel dicto libro 1. de testib. conclus. 7.

Lex enim contenta est his probatoribus quæ haberij possint. I. vicinis. C. de nup. I. cōfensu. C. de repudijs. Doctores in capite finali, quod met. causa. Bartolus & alij. in lege in illa stipulatione. ff. de verborum obligatib. Alexander consilio 187. numero 21. librō 2. & consilio 116. numero 4. libro 5. Decius codisilio 148. numero quinto, & consilio 321. numero vñ decimio:

24. Quartio limita, quando tempore depositionis testis est domesticus; vel famulus, quia tunc non est idoneus testis, secus tamen si eo tempore non sit licet antea fuisset considerato prætentista uictima lex 2. C. de testibus. I. penultima. ff. zodēm titu. I. 3. §. due causæ. ff. ad car. & notant in his locis Doctores & in dicto §. in testibus instit. de testament. Baldus in capite insuper. na. 2. de testib. & in cap. in literis, vbi etiam Abb. & Fel. eod. titu. Traq. in reg. cessante. 1. pat. n. 101. cu. alij seq.

K 2

Quo

Libri secundus praxis ciuilis;

- 25 **Quod intellige nisi in si audem talis domesticus expul's us fuisset a domo, vt deponeret, argumentorum quæ notantur in lege peto.** q. fratre in fine. ss. de lega. 2. Bartol. in l. i. s. item numio. ii. de questio. & in l. vir mulier. ss. de donatio. inter vir. & vxor. & in Letam in secunda letatura, versic. cuero. C. de testibus. Bald. & Saly. in d. l. 2. C. de testibus, idem Bald. in cap. insuper, num. 2. de test. Fesions & alij in d. c. in l. tesis de testibus. Angelus in d. 6. in testibus alias incipit pater. num. 9. & 11. Nicaf. num. 2. insti de testam. Tiraqueilus in dicta regula cessante causa, prima parte, num. 102. Ant. Gab. in dicta conc. 10. num. 1. & 12.
- 26 **Ez fraus non presumitur, nisi pendente lige est et expulsus, vt notat Ipe cula, in titulo de teste § 1. versicu. item excipitur. Parisius consil. 10. 4. num. 19. lib. 1. Antonius Gabriele d. conclus. 10. num. 11 & 12. quod intellego quando pater familiæ dedit fumulo li tentiam, & f. cito testimonio statim cum recipit, vt tenet Bart. in d. l. 2. q. item numio. ss. de outstio. Nicaf. in d. 6. in testibus. num. 4. insti de testam.**
- 27 **Quinto limita, vt non procedit in famulo qui seruit absque salario, & expensissimiis a quo producitur instrumentum. vt tenet idem specul. in titulo de teste. § 1. versic. item excipitur, & ibi Ioann. Andr. in additio. Hippol. in l. 1. §. ad questionem, versic. limita. & secundo. ss. de questio. & in l. 1. §. idem numio. versi. & circa dicta. ss. eadem titule, & in sing. s. A. ber. in tert. de testibus. ss. superest. num. 13. Anto. Gabr. d. cōsilio. 10. nu. 7. & 8. qui plures citat.**
- 28 **Sexto limita, vt non procedit quando domesticus per sona deponit contra domesticum, nā tūc viles testimonium licet non viles pro doméstico, vt notetur in d. l. 2. C. de test. & tenet Nicaf. in d. 6. in test. n. 4. insti de testam-**
- 29 **Septimo limita, nisi quando doctileius litigat contra condonesticum suum, quia tunc tertius domesticus potest esse testis, & valer eius testimonium ratione paritatis. l. non solū q. de uno ss. de rit. m. p. Nicaf. in loco proxime citato.**
- 30 **Octavo limita, vt non procedit in domesticis honeste virtute, & bene conditionis, vt notant Baldus, Antonius, & Felinus in dicto cap. in litteris de testibus. Albericus in tractatu de testibus. super eres. m. m. 13 Marsilius in dicta l. 1. §. ad questionem, vei si. limira. ss. de questio. Gozad. consilio 9. 4. num. 32. Ruinus consilio 36. & 53. nomine. 6. lib. 4. Anton. Gabriel. d. conclu. 10. num. 19 & 20.**
- 31 **Nono limita, nisi quando aliquis est subditus ratione iurisdictionis, vt vas fallus pro dominio. Bartolus in l. ido rei, in principio ss. de testibus. Albeti. in d. tract. de testibus. ss. superest. versi. consequenter, & in l. eos. C. de testi. vbi etiam Saly. c. vesp. cuero de subdito Ang. in d. 6. in t. testibus alias incipit pater. nu. 10. inf. 1. de testa. Alex. consil. 16 col. 2 & consil. 89 lib. 5. Anto. Gab. in d. conclu. 10. n. 21. cum seq. vbi hoc declarat.**
- 32 **Dicimo limita, nisi in extrajudicitalibus de consensu proutum, argumentum. l. sciendum iuncti gloss. ss. de v. s. l. si quis testibus. C. de testibus Angelus in d. 6. pater. num. 13 qui alias incipit in testibus. num. 4. insti. de testa. vbi in num. 6. & 7. declarat qui dicantur domestici. Ant. Gab. qui in specu. loquitur in teste instrumentario. dicta conclusione 10. num. 50. vbi etiam limitat alijs modis dictam duodecimam extensionem.**
- 33 **Tertiodecimo extende dictum est factum in ciuibus qui pro sua ciuitate testimonium facere non possunt si confrondum, vel incommodum inde sunt consequuntur, vt ex memorib. aut pasciis incidē doliena, vel anima sua pascēdo, vel aliter commoda acci-**

34 caciendo, quia tunc censemur in causa propria deponere secundum Guil. decimo. Cin. Bartol. Bald. & alios in lege tantum. §. vniuersitatis. ff. de rerum diuisio. & in lege sed si hic. §. qui manumittitur. ff. de inius voc. & tenent idem Cinus, Baldus, & Salicetus in lege parentes. C. de testib. Abbas, Felinus, & alij in cap. insuper extra eodem tit. Ferret. conf. 150. nu. 1. lib. 1. Curt. alios referens in tract. de testibus, conclus. 3. Alexand. conf. 99. num. 7. lib. 5. Affl. decisio. 400. num. 7. Roland. conf. 72. nu. 13. lib. 2. Menochius lib. 2. de arbitra. iudicent. 1. casu 106. num. 13. Hippolyt. Rim. n. conf. 26. num. 40. lib. 1. Et ratio est, quia quando singuli de vniuersitate consequuntur commodum, vel incommode dicuntur deponere in causa propriis, & nullus potest esse iustis in causa propria. I. in omnibus. C. de testibus. I. nullus. I. donec. ff. eodem titulo. Bartolus in 1. deferre. ff. de jure fisci. Doctores in dicto cap. insuper, vbi Abbas num. 8. & Felinus num. 5. & 6. Grammat. conf. 41. num. 4 in ciuibibus. Cranet. conf. 99. num. 2 Ferret dicto conf. 150. num. 1. Hippolyt. Rimini d. conf. 26. nu. 19. & Roland. loco citato.

Sed si testis vniuersitatis nullum commodum, vel incommode sentire possunt, quia causa solam vniuersitatem tangit, ut agitur de legato ciuitati facto prozificijs extuerdis, vel reficiendis iuxta J. ciuitatibus. ff. de legat. 1. vel quando tractatur de alijs propriis bonis ipsius ciuitatis, tunc non repelluntur, & probant, ut tenent Doctores communiter in dicto capite insuper, vbi Felinus numero 1. cum sequent. & Decius num. 7. de testibus. Bart. & alij in dista 1. in tantum. §. vniuersitatis. ff. de rerum diuisione. Alexander conf. 68. nu. 14. lib. 2. vbi hanc testiam communem opinionem Ferret. d. conf. 10. num. 1. cum seq. lib. 1. Roland. & Hippol. Ri-

min. vbi sup. Menoch. dicto casu 106. num. 4. vbi hanc etiam dicit communem opin. Et ratio est, quia res singulorū d. I. sed si hac. §. qui manumittitur. ff. de in ius voc. cap. qui manumittitur. 12. quæst. 2. glossa. Bart. & alij in dicta 1. in tantum. §. vniuersitatis. ff. de rerum diui. Abbas in cap. eam, num. 12. de rescript. Corne conf. 293. num. 12. lib. 3. & conf. 188. num. 9. libro 4. Ferret. dicto conf. 150. num. 1. lib. 1. Antonius Gabriel recept. conclus. lib. 6. in titulo, quod cuiusque vniuersitatis nomine conclus. 1. num. 11. Et qualiter haec distinctio procedat post Felinū, & alios in dicto cap. insuper, & in cap. cū nunciis de testibus, & Co uarru. practic. quæst. cap. 18. & Rolandus, & alios Doctores supra citatos resoluit latissime Menoch. dict. lib. 2. de arbitra. iud. cent. 2. casu 106. per totum quem vide.

35 Ex his infertur quod prælatus monachus, & clericus sunt integri testes in causa suæ Ecclesiæ, & vniuersitatis, ut probatur in dicto cap. ins. per, & in cap. nuntius, vbi tenet Doctores de testi. & Bart. & alij in d. l. in tantum. §. vniuersitatis. ff. de rerum diuis. Soc. in regula 408. fall. 4. Ferret. dicto conf. 150. num. 5. lib. 1. Bello. conf. 63. num. 18. Grauet. de antiquit. tempor. in 7. particula. 1. part. nume- ro 19. & 20. Et ratio est quam supra adduximus, quia in causa Ecclesiæ pro nullo testificatur, sed pro iure Ecclesiæ, quia alia est propria causa, alia Ecclesiæ, vel vniuersitatis, glossa in dicto capite cum nuntius, & alij Doctores supra citati qui hoc limitant, & declarant.

36 Decimoquarto ex parte enim in tuore qui non potest esse testis in causa sui pupilli, quia videtur deponere infra dicto proprio. & ad sui utilitatem. §. fin. insti. de curat. tenet post Bald. Arg. in d. §. pater. n. 14. inst. de testa. Fel. in d. c. insuper. n. 10. de testib.

Liber secundus praxis ciuilis,

37

Decimoquinto extende etiam in aduocato, & procuratore in causis in quibus procurant, & patrocinantur, cap. Roma, de testibus in sexto, notat Bartolus in lege deserre. §. ijdem de creuerunt in fine. ff. de iure fisci. Baldus, & Doctores in lege omnibus. C. de testibus. Angelus in dicto §. pater numero decimoquarto institut. de testament. Felinus in capite cum à nobis numero 13. & decimoquarto de testib.

38

Decimo sexto pari etiam ratione extende in solicitatore qui non potest esse testis in causis in quibus solicitat. Rota in nouis. decilio. 149. & 154. Bellame. decisione 605. Anton. Imola, & Felinus, numero 5. & 14. in cap. cum a nobis de testibus. Alexan. consilio 152. numero 6. libro 7. Dec. consilio 133. & 310. numero 3. Parisius consilio 58. numero 84. libro 4. Socius Iunior consilio 88. numero 23. & consilio 89. libro 2. cum alijs adnotis per Anton. Gabr. d. lib. 1. d testib. conclus. 12. num 1. cū alijs vbi hoc limitari, & declarat.

39

Decimo septimo extende in proxeneta, qui etiam non potest esse testis, nisi utraque parte volente. vt in authentica de testibus. §. penultima, collatione 7. Angelus in dicto §. pater. numero 15. de testamen. Felinus in d. cap. cum à nobis, numero 16. qui alios citat Ferret. consilio 383. numero 28. lib. 2. Et poterit etiam depoñere altera parte in vita, si proxeneta voluerit petére altera parte, vt notatur per glossam, & Docto. in cap. 1. de testib. in 6. & in capit. Romana, eodem titulo, & tenent Cinus, Baldus, & Salicerus in dicta 1. omnibus. C. de testibus. Angelus in dicto §. pater. glossa, & Angelus in dicta authentica de testibus. §. quoniam. Abbas in capite penultimo de testibus cogēd. Corn. cons. 33. columnna 5. lib. 2. And. sic. qui hāc testatur communem opinionem, cons. 40. versic. 8. lib. 3. Curt.

Senior in tractatu de testibus, concluſione 43. late Socin. Iun. consilio 29. columnna 4. & 5. lib. 2. & consilio 31. num. 19. eodem lib. Ferret. dicto conſilio 383. na. 30. lib. 2. Qui hanc etiam dicit communem opinionē. Imol. de conſuetudine, & filio in hoc regno proxeneta per ēte alterā parte etiam inuitus compellitur per iudicem teſtimoniū ferre, quod etiam procedit de iure cōmuni quando proxene ta non recipit ſalarium, quia tunc vocatur amicabilis traſtator, & pro locutor, & ſic potest compelli etiam altera parte petente teſtimoniū dice re secundum Baldum consilio 50. co lumna finali, libro. 2. & consilio 370. queſtione 3. libro 4. Ferret. dicto conſilio 383. numero vigesimono, lib. ſecundo.

40. Et aduerte, quod quando proxeneta, ſeu mediator deponit de conſenſu partium ſolus probat plene, ſed ſi de conſenſu vniu. probat ſemiplene vi notatur per glossam, & Docto. in dicta authenticā de testibus. §. quoniam, colla. 7. & tenent Ferret. & alijs ſup. citati.

41. Quando autem legatarius, venditor, cedens ſocius fideiſuſor, & vaſſalus poſſint eſſe teſtes declarat Felinus diſt. cap. infuper, numero vnde cimo, cum alijs ſequentiibus de teſtibus.

42. Et qui ſint teſtes inhabiles ad teſtificandum de iure noſtro regiovi de lex octaua, & decima, titulo 19. partita 3.

43. Et eſt notandum quod omnes pre dicti caſus in quibus teſtes repelluntur debet intelligi, & limitari ſi pars contraria eponat alias autem parte non opponente dicti teſtes probant, vt notat Alexander in lege quarta. §. hoc autem iudicium, columna qua rta. ff. de damno infecto, & Purpurat. in additionib. ad Angelum in dicto §. pater inſt. de teſtam.

EX §. XXXIX.

SUMMARI A.

- 1 **F**ilius familiæ tabellio non potest fuerere testamentum in quo pater est institutus haeres.
- 2 **T**estamentum factum per filium tabellionem in quo pater est institutus haeres non valeat quo ad filium fructus quo ad alios legatarios.
- 3 **T**estamentum factum per filium tabellionem in quo fratres sunt instituti an valeat quo ad eos, vel alios legatarios exirantur.
- 4 **P**ater non possit confidere instrumentum de contractu filij.
- 5 **P**ater non possit pro filio in potestate scribere instrumentum in aduentiis.
- 6 **P**ater potest remittere, vel donare usumfructus bonorum aduenitiorum, quando domesticus pro domino siccus poterit; stipulari.

DE PATRIA POTESTATE quam pater habet in filios familiæ, ut filius familiæ tabellio non possit facere testamentum in quo pater est institutus haeres.
§. XXXIX.

TRIGESIMVS SEUNDUS effectus patriæ potestatis est, ut filius familiæ tabelliono possit facere testamentum in quo pater sit institutus haeres, vel ei aliquid relinquatur, nec ad patris Rogitū aliud instrumentum d' contractu ipsius patris cōficeret, ut notat Spec. in tit. de instrumētorū editione. §. instrumētū. nu. 27. & Bart. in l. si pater. n. 1. ff. ad l. Come. de falsi. & in l. quod dicimus. §. si pater, vbi Cuma. ff. de autho. tut. & in cōf. 61. nu. 2. & ratio est, quia pater habetius in filio, & potest ei iubere, & eū coercere, vbi in l. diuis. vers. scribere autē. ff. ad l. Corne. de falsi. & alia est ratio, quia tabellio est loco testis. l. domicius. ff. de testa. sed filius non est testis idoneus. l.

testis idoneus. ff. de test. §. in testibus insti. de testa. ergo non poterit esse tabellio in instrumento facto de contra-etu patris.

2 **Q**uod limita, & intellige, vt tale testamētū non valeat quo ad ipsum filium secus p̄fratres, vel alios legatarios extraneos. l. filius. §. sequēs. & ibi Bart. ff. ad l. Corn. de falsi. vbi si notarius scriptis instrumentis p̄pertinet ad eū, & ad aliū valeat quo ad alium licet non valeat quo ad scribentē, p̄petia tradit Bald. cōf. 317. nu. 3. lib. 1. & l. in l. §. sed si mihi. nu. 16. ff. de verb. oblig. Becc. cōf. 103. nu. 11. cū alij seq. vbi late hoc probat.

3 **S**i vero testamentum sit extraneum tunc non valeat quo ad filium in potestate patris constitutum nec quo ad fratrem qui in eius patris potestate est, nam tūc cum ad patrem commodum pertinet videtur per eum querari filii, & cōsideratur patria potestas, vt supradictum est, & ita tenet Bart. & alij in l. de eo in prin. ff. ad l. Corn. de falsi. idem Bart. in conf. 61. Host. in summa, tūc falsi. nu. 4. Becc. in d. conf. 103. nu. 14.

4 **S**ed quid econtra an pater tabellio possit confidere instrumentum de contractu filij, & dicendum est, quod si filius sit emancipatus possit pater tabellio instrumentum pro filio scribere. l. si pater, vbi Barolus. ff. ad legem Crneliam de falsi. & ratio est, quia tale instrumentum de mandato partium scribitur, & sicut partes consentiendo possum patrem in iudicē, & arbitrum eligere. l. quin etiam ff. de arbitris ita possunt partes eligere patrem in notarium.

5 **S**ed si filius sit in potestate pater non poterit scribere instrumentum profilio in aduentiis in quibus patrū queritur ususfructus, quia in consequentiā sentit lucrum, & ita tenet glos, quā ibi sequuntur Bart. & Ale. in eius additio. in l. impuherem. §. si ei filio. ff. ad l. Corn. de falsi.

K 4

Quod

Liber secundus praxis ciuilis,

Quod intelligit ibi Bartolus, nisi pater scribendo filio dixisset, ita q̄ ipsi patri v̄susfructus non queratur, nam pater potest remittere, vel donare v̄sumfructum bonorum aduentitorum. I.cum oportet. §.sin autem res. C.de bonis quz liberis. vbi Doctores cum a.ijs per nos adductis su pra ins. effectu. §.13.

Quando autem tabellio domesticus, & amicus possit facere instrumentum pro domelico, & amico. vide Baldum in authentica instrumenta, numero 2. & 6. C.de probatio. & in L.vxori ad legem Cornel. de fals. & quod in simili diximus de teste domestico instrumentalis in §.precedēti, sed in iudicij frater, & filius patrui auctoris non possunt esse scribz, vel notarij in causa fiscatis, vel patrui vt disponit lex 7. titulo 25 libro 4. re copilat.

EX §. XL.

SVMMARIA.

- 1 Filius sibi ascribens in testamento patris facilius excusat si sit in potestate quam emancipatus.
- 2 Intellexit ad h.c. C.de 15, qui sibi scribit, ut testam.
- 3 Filius ascribens sibi maiorem portionem quam habuerunt erat an incidas in personam.
- 4 Ascribens ad hoc, ut incidas in personam requisirur, us ei commodum queratur.
- 5 Ascribere non solum dicitur cum quis de sua manu q id scribit, sed sed etiam cum manu servii, vel filii facit.
- 6 Pater si in alieno testamento aliquid filii ascribit, ut ei queratur v̄sūfructus an punatur.
- 7 Pater scribens aliquo testamento ab debet it notario ad publicanum.

an valent.

§. Pena quoniam falsi non solum habet locum in ieiunamento inscripsit, sed etiam in ieiunamento mincipatio.

D E P A T R I A P O T E
state quam pater habet in filios familias, ut possim capere relictū in testamento se abscribentes excusantur a pena per solē generalem substitutionem testatoris. §. XL.

T R I G E S I M V S T E R T I V S
patris potestatis effectus est, q̄ filius familias ex filiis sub patris potestate sibi ascribens intestamento, vt excusat a pena, & capere possit relictū su facit generalis subscriptio testatoris in emancipato autem, vel extraneo requiritur specialis subscriptio, & sic filius ascribens in testamento patris facilius excusat si sit in potestate quam emancipatus. I.
2. §. inter filium, vbi Bartolus & alijs, ad legem Corneliam de fals. I. diuinus Claudius. §. plane, eodem titulo. Angelus in lege 1. versiculo, item attende. C.de his qui sibi ascribunt in testamento. Beccius consilio 103. numero 5.

Hac tamen differentia emissā sicut quilibet extraneus aliquid sibi ascribens sua mano in alterius testamento incidit in dictum diuini Claudij, & Senat. consult. libonii & pena quasi falsi tenetur, ut in lege prima. §. ad testamenta, & in lege diuini Claudii in principio ad legem Corneliam de falsi, & relictū pro non scripto habetur, ut in dicta I. diuinus. §. plane, & in I. filii sequens, eodem titulo, & hoc non solum in legato, vel fideicommisso, sed etiam in hæreditate dicta lex prima. C.de his qui sibi ascribunt in testamento, & in aliquo alio emolumento eventuro. I. 3. C.eo.

C. eodem titulo. Hostiens. in summa, titulo de falso. numero 4. Socinus con silio 183. numero 2. libro 2. & etiam si legatum sit inutile. l. si quis legatum in principio, ad legem Cornel. de falso. ita etiam filius sibi ascribens in testamento patris, siue sit in patris potestate, siue emancipatus incidit in dictum edictum, & omnia supradicta in eo procedunt in dicta l. prima. C. de his qui sibi ascribunt in testa mento. vbi DD.

Quod intellige quando filius maiorem portionem sibi ascribit, quam habiturus esset ab intestato secundum Bartolū in l. t. §. inter filium, & in l. filius §. maritus ad legem Carneliam de falso. secus si non plus sibi ascribat quam sit portio ei ouentura ab intestato, quia tunc cessat ratio legis. & fraudis suspicio, ut notat Angelus in dicta l. i. versiculo, item attende, & Salicetus sibi, numero 3. C. de his qui sibi ascribunt in testamento, qui in numero 4. post Cinum ibi extendit in alijs proximioribus ab intestato successoris, quos referit, & sequitur Beccius dicto consilio 103. numero secundo.

Et est aduertendum, quod ad hoc ut ascribens incidat in peccatum. leg. Cornel. requiriatur, ut ei commodum queratur. l. de eo in principio. l. senatus. Limpuberem. §. si dominus ad legem Carneliam de falso. Hostiens. in summa, titulo de falso. numero 4. Ioannis Andræas in addition. ad specul. §. instrumentum, numero 28. Bartolus in dicta lege impuberem. §. si sibi o. Arétinus consilio 88. numero 2. Angelus in leg. 2. C. de his qui sibi ascribunt in testamento. Ruinus consilio 88. numero quinto, libro secundo. Quod sequitur Beccius dicto consilio 103. numero 4. qui rationem ad hoc adducit.

Item nota, quod h̄o solom dicitur, quis sibi ascribere legatum quando sua mano id facit, sed etiam quando

per seruum, vel filium quē in potestate habet legatum ei relinquitur dicta lex diuina. §. scribere. l. de eo, in principio, ad legem Corneliam de falso glof. in l. senatus. §. scribere. C. de his, qui sibi ascribend. in testamento.

Et idem erit si pater in alieno testamento filio suo in potestate constituto legatum scriberet cum ei acquiratur vsusfructus secundum Azo nem in summa. C. de his qui sibi ascrib. numero 3. & glossa. Bartolus, & Alexander in eius addition. In dicta l. impuberem. §. primo. ff ad legem Corneliam de falso. Pinellus in l. prima in prima parte, numero 18. C. de bonis maternis, nisi patet ascribendo filio protestetur nōlī ex tali testamento commodum sibi acquireti, quia tunc eadem esset ratio quæ in emancipato, ut dicit Bartolus in dicta lege impuberem. §. primo, numero primo. Angelus in lege 2. C. de his qui sibi ascrib. Ruinus consilio 8. numero 5. libro 2. Beccius dicto consilio 103. numero 4.

Sed diuersum esset si Elius, vel pater testamentum scriberet, & tradaret notario illud legendum, & publicandum coram testatore, & testibus, ut notat Bartolus in dicta leg. prima. §. ex illa quoque ad legem Corneliam de falso. & Salicetus in dicta l. prima, in fin. C. de his qui sibi ascrib. Arétinus in tractatu maleficiorum, verbo, falso, numero 32. Bertr. con filio 64. in tertio dubio, libro primo, quos sequitur Beccius dicto consilio 103. numero 3.

Ethic estetiam notandum, quod p̄ tna quasi falsi non solum habet locum in testamento in scriptis, sed etiam in testamento nuncupativo quādo testamentum probatur per instrumentum, & non eget alia prouatione testium, quia tunc eadem militat ratio quae in testamento inscriptis confeclio, ut tenent Ioannis Andræas in ad-

Liber secundus praxis ciuilis

ditio.ad specul.in titulo de iustrumé torum editione.6. instrumentum 2. numero 28. Albericus in rubrica. C. de his qui sibi ascrib.Bartolus in l. 1. 6.ex illa quoque,numero.1.ad legem Corneliam de fals Angelus,& Saly cetus numero 5.in lege prima.C. de his qui sibi pscrib.Baldus in lege di stantibus.C.de testamento,& in con filio 92.libro 5.Roman.confilio 185. columna ultima,vbi hanc testatur cō munem opinionem.Bossius in practi ca in titulo de his qui sibi ascrivent, numero 2.& 3.Iulius Claro in pra ctica.6.falsum.Gallus,Parisius confilio 31.numero 12.& in confilio 33; quod est Lnd Boise.numero 2.& 3. Beccius in dicto confilio 103.numere. 10.vbi hanc testatur communem op̄ionem.

EX §. XLI.

SUMMARIVM.

Pater potest interficere filiam in adulterio deprehensam.

DE PATRIA POTE state quam pater habet in filias familiis, ut possit interficere eas deprehensas in adulterio.

§. XLI.

TRICESIMVSQVARTVS effectus patriz potestatis est, vt pater possit interficere filiam adul teram in adulterio deprehensam. I. patri. ff.ad legem Iuliam.de adult.l. nec in ea. ff.eodem titulo.l.Gratus C.eodem titulo.l.14.titulo 17.partita 7.qui effectus cessat hodie de iure regio per legem 47.Tauri, quæ est lex octava,titulo primo, libro 5. recopilationis, quia cautum est, vt per matrimonium filia liberetur à pa tria potestate, & ita tenent Couarr

bias in epitome de sponsalib.2.part capite 7.6.7.numero 2. Ferdinandus de Menchaca libro primo de succe sio. creatio.6.7.numero 22. Gregor. Lopez in dicta lege 14.verbo A se fysa.Atrius Pinellus in rubrica de bo nis maternis.2.partie,numero 19. & Ioannis Martinez de Olano in con cordia iuris litera P.numero 11. sed cum per dictam legem Tauri sit ne cessaria solenitas velationis ad hoc, vt filia liberetur à patria potestate, & pena adulterij habeat etiam locum in sponsa de presenti non sequuta copula,nec duxtione,nec velatio ne,vt in lege tercia, titulo 20, libro 8.recopilationis,videtur, quod in totum non cesseret hic effectus. & quod pater poterit interficere filiam desponsatam non velatam in adulterio deprehensam.

EX §. XLII.

SUMMARIA.

Filius familias ex sola scientia fu tura morris patris potest puniri si particeps delicti,

a Servus etiam ex sola scientia fu tura morris patroni potest puniri, id est in uxore.

DE PATRIA POTE state quam pater habet in filios fa milias, ut si non sibi habuerunt de morte futura ipsius patris sequento delicto puniantur.

§. XLII.

TRICESIMVSQVINTVS patriz potestatis effectus est, quod licet ex sola scientia quis puniri non possit, nisi particeps sit delicti, l. cui pa caret, vbi Decius, & Cagnolus. ff. de regulis iuris, cap. non est sine cul

pa, eodem titulo in 6. glossa, Bartolus, & alij in l. vtrum. ff. ad legem Pompe. de parcid. Tamen si filius familias notitiam haberet de morte futura patris sub cuius est potestate ex sola scientia sequitur delicto punitur. l. 2. ff. ad legem Pompe. de parcid. notat Bartolus in disti l. vtrum. numero 3. ff. eodem titulo quem ibi seq. Doctores idem Bartolus in l. 1. §. occisorum, numero 3. ff. ad Sillam. Thom. Grammat. consilio 74. numero 2. Abbas numero 5. Felinus numero 4. Decius numero 12. Mantua numero 20. & 22. in capite 1. de officio delegat. idem Abbas in capite 1. de restitut. solitat. & in capite quantz de sententia excommunicationis, idem Decius in l. culpa caret, nume. 8. Plaça lib. 1. epitom. delict. cap. 22. nume. 16. Menochius lib. 2. de arbit. iudic. cent. 4. casu 355. nu. 15.

Quod extende in filio spirituali erga patrem spiritualem Marsil. in l. diuis in fine. ff. ad l. Pompe. de parcid. Menochius loco citato. nume. 16. & in patre, & consanguineo erga filium, & consanguineum usque ad quartum gradum, qui poena extraordinaria judicis arbitrio puniuntur. Plaça dicto cap. 22. nume. 17. Menochius vbi sup. nu. 20. ex quo infertur, quod idem erit in filio emancipato.

Quod extende in vxore, vt notabimus supra in §. 9. in effectu 14. maritalis potestatis, & in seruo, vt diximus in actione sequenti ex libert. & seruit. & in subditio principali, vel reipublica, & in alijs qui sub alieno potestate sunt constituti respectu aliiius iuris. dicta l. 1. §. occisorum. ff. ad Siliania. l. quisquis. C. ad L. Iul. Magist. declarat Bart. & alij in locis proxime citatis, & in criminis lege maiestatis. Iulius Clarus in §. finali, quæ slineat §. 7. numero secundo, qui plures allegat, & Mehtochius libro secundo de arbitra. iudic. centuria quarta, casu 32. numero decimo octavo, qui la-

te tractat quādo quis terreatur obvia te delicto, & qua pena sint punienti non reuelantes delictum.

EX §. XLIII.

SUMMARIA.

- 1 **F**ilius efficitur sui iuris per mortem naturalem patris, vel aui in cuius est potestate.
- 2 *Per mortem aui ne ipsi efficitur sui iuris si tempore mortis aui era: etiam moriens pater eius.*
- 3 *Patria potestas extinguitur per mortem civilem patris.*
- 4 *Filius est iuris sui iuris si pater comedetur ad perpetuam laborem publicam.*
- 5 *Pater si sit condemnatus ad tempus patria potestas non extinguitur.*
- 6 *Deparatio in insulam hodie non est in usu.*
- 7 *Deparatus per indulgentiam principis recuperas patriam potestatem, & omniam iuram.*
- 8 *In remissione facta à principe de delictis necesse est expressa mentio de qualitate delicti minus non comprehendatur.*
- 9 *Restitutio facta à principe delicto non habet aliorum quo ad fructus bonorum sive incertim perceptos.*
- 10 *Restitutio priusvis non irabitur ad bona aliena: a cum lata sit ius acquisitum tertio.*
- 11 *Restitutio sic valet etiam quo ad bona aliena quando expresse sit mentio de bonis alienatis.*
- 12 *Restitutio in qua forma debet esse, ut intelligatur etiam de bonis.*
- 13 *Restitutio quando sit ob placem publicum sit restitutio bonorum.*
- 14 *Restitutio comprehensivis etiam bona quam lo. acquisitio bonorum peruenit: et c. condonacione, & immemoratio: & iustitia & diligenter habeant*

Liber secundus praxis ciuilis,

- ab ea, & non ex alio alia inter sif
eum, & tertium.
- 35 Princeps licet posuit indulgere abs-
que causa cognitione delinquenti
ei si ame nre, rex non potest sine
causa cognitione.
- 36 Rex in hoc regno semper remittit pa-
nam de iniquis iibus cum causa co-
gnitione vijs probationibus delin-
qui, & sententia in consilio camera
regie,
- 37 Patria potestas finitur si pater ob der-
elictum banisatur.
- 38 Pater de suis habere filios in potestate
test erimus heresis commissuris.
- 39 Pater contrahens incestas nuptias a-
missis patriam potestatem,
- 40 Intelleximus ad l. 2. & 3. C. de infan-
tis.
- 41 Filius liberatur a patria potestate si
pater inique negaverit alimen-
- 42 Filius liberatur a patria potestate si
pater sui capiis ab hostibus.
- 43 Filius eximitur a patris potestate
per ingressum religionis.
- 44 Pater etiam per ingressum religio-
nis perdit patriam potestatem.
- 45 Pater per ingressum religionis facta
professione perdit patriam potestatem.
- 46 Filius per ingressum religionis, &
per professionem quo ad ea que sibi
committita non sunt, liberatur a pa-
triis potestatis.
- 47 Filius pubes non potest exire ab de-
religione a patre.
- 48 Filius liberatur a patria potestate
per sacerdotium.
- 49 Pater non potest verberare filium sa-
cerdotem, vel in sacris constitutum.
- 50 Filius sacerdos quo ad tempora
non liberatur a patria potestate.
- 51 Filius efficitur suatuus per dignita-
tem episcopalem.
- 52 Filius familias si sit creatus Cardi-
nali efficitur sui iuris.
- 53 Filius liberatur a patria potestate
per duodecim dignitates numero-
tas in l. fin. C. de auctorib. 10.
- 34 Filius per Episcopatum, & alias duo
decim dignitates quos enumerat
gl. in l. ne poses, ff. de his qui sunt
sui, vel alieni iuris liberatur a pa-
tria potestate.
- 35 Filius liberatur a patria potestate
per emancipationem.
- 36 Pater in primis emancipationis ha-
bitus mediatalem & sus scilicet in bo-
nis aduentis filii emancipari.
- 37 Pater iure recte medietatem sus
fructus per emancipationem in ea-
sibus in quibus per dispositionem
legi a patria potestate liberantur.
- 38 Filius si per dispositionem legis libera-
tur a patria potestate, tamen non ren-
atur per ingratiitudinem.
- 39 Emancipatio est introducta in fano
patr. si & y emancipari.
- 40 Pater regulariter cogi non potest ad
filium emancipandum.
- 41 Pater non potest filios in iustis eman-
cipare.
- 42 Filius emansipatus nil differt ab fi-
lio in potestate quo ad successionem
& ab iustitate.
- 43 Filius liberatur a patris potestate per
matrimonium.
- 44 Filius matrimonii debet esse sponsa-
tus, & vellatus ad hoc, ut liberetur
a patria potestate.
- 45 Dispensatio non solum relatione re-
quiritur quo ad effectus favorabi-
lis, sed etiam quo ad effectus odio-
fios.
- 46 Filius quis eximit a patris potestate
per matrimonium dicitur eximere
per dignitatem.
- 47 Filius liberatus a patris potestate per
matrimonium amplius in potesta-
tem incidere non potest.
- 48 Omnis dispensatio sine tempore limi-
tato dicitur perpetua.
- 49 Res hypothecata si sit alienata a de-
bitore, & sit alienata cum conser-
tu creditoris talis res efficitur lib-
era.
- 50 Quod semel est extincium amplius
non

- non renunciatis.
- 51 Filius semel exclusa perpetuo remanset exclusa.
- 52 Intellectus ad l. homo liber. ff. de stat. hom.
- 53 Intellectus ad glos. in authen. constit. h. generaliter de dignitatibus, verbis, praestet, collat. a.
- 54 Magis communis opinio quæ sit.
- 55 Filius liberatur à patria potestate per nequitiam, vel seviciam patris.
- 56 Filius liberatur à patris potestate si pater ei necessitatem peccandi imposuit.
- 57 Filius liberatur à patria potestate si aliquid ex testamento receperit, ut si filium emanciparet.
- 58 Filius liberatur à patris potestate si pater in presu. sum impuberem in priu. comm. arrogauit.
- 59 Filius liberatur à patris potestate si est arrogatus qui ita sit eum patre in potestate arrogans.

D E P A T R I A P O T E S T A T E q u a n m p a t r i s b a b e r i n f i l i o s f a m i l i a s d e q u a l i b e r a n t u r i p s i f i l i y p e r m o r t e m n a t u r a l e m i p s u s p a t r i s , v e l a u i . 6 . X L I I I .

VI S V M est supra quibus modis patria potestas constitutur, & qui effectus ex ea nascantur nunc videamus qualiter filii ab ipsa patria potestate liberentur, & primo filius liberatur à patria potestate, & efficitur sui iuris per mortem naturalem patris, vel aui in cuius est potestate. h. 1. institut. quibus modis ius patris post soluit. l. si ita esset quando dies leg. ced. t. l. 1. titulo 18. partita 4. & ratio est, quia patria potestas est personalis, & morte extinguitur, vt notant Vnemberg. & alij in dicto h. primo institut. quibus modis ius patris post soluit.

a Sed ita deinceps per mortem aui in-

potes sui iuris sunt si tempore mortis aui pater eorum erat mortuus, vel emancipatus, sed si fuerit viuus, & in potestate aui nepotes non sunt sui iuris, sed in potestatem patris cadunt dicto h. primo institut. quibus modis ius patris post soluit. l. 4. cum 2. seq. ff. de his qui sunt sui, vel alieni iuris. l. si pater filium de adoptione. dicta l. prima, titulo 18. partita 4. Si vero pater non fuit liberatus à potestate aui per emancipationem, sed per dignitatē tunc nepotes cadunt in potestatem patris per mortem aui in cuius erant potestate, vt inauthentica constitutione quæ de dignitate filii, collatione sexta, notant Nicasi. Ministrigeri. & alij in dicto h. priuino. Quæ disfluctio hodie nullius est momenti, qui per matrimonium filius liberaatur à patria potestate, & nepos nascitur sub potestate patris non aui. l. 4. Tauri, quæ est l. 8. titulo 1. lib. 5. secundopilat.

3 Secundo extinguitur patria potestas per mortem ciuilem, quæ exquiratur naturali, vt per deportationem patris, vel filii in insulam ob maleficium, vel si condemnentur, vi in regis operibus perpetuo laborent. h. 2. institut. quibus modis ius patris potest. soluit. l. quidam sunt. ff. de penit. l. 1. h. hi quibus. ff. de legat. 3. l. 2. titu. 18. part. 4.

4 Quod etiam procedit si condemnentur, vt perpetuo laborent in operibus publicis secundum Bartolum, & Angelum in lege 2. ff. de publi. iudic. quod probat l. 3. titulo 18. partit. 4. vbi notat Gregorius Lopez, verbo, En las obras del Rey.

5 Sed si ad tempus sint condemnati, vel relegati tunc non soluitur ius patris potestatis dicto h. 2. institut. quibus modis ius patris potest soluit. l. aut diunum. h. est pena, cum sequentibus. ff. de penit. d. lex quidam sunt. eodem titulo. dicta lex 2. & 3. titulo 18. part. 4. vbi declarantur differēt inter

Liber secundus praxis ciuills,

inter deportationem, & relegationem,
quas etiam declarant Nicas. & alij in
d. §. 2.

6 Deportatio tamen in insulam ho-
die non est in vnu secundum glossam,
& Doctores in dicto §. 2. institut. qui
bus modis ius patriz potest soluit,
nec etiam in hoc regno licet. l. i. titulo
24. lib. 8. Recopilationis disponar,
quod condemnati in metallum, aut
in deportationem in insule mittantur in
insulam Indeiam Hispaniam que ex
etiam non seruatur de consuetudine
sed per l. 4. eodem titulo, & lib. mit-
tuntur ad galeras.

7 Et est hic notandum quod si depor-
tatus per indulgentiam principis fue-
rit restitutus recuperat patriam poter-
statem, & pristina iura. l. fina. C. sen-
tent. possess. d. §. 2. institut. quibus mo-
dis ius patriz potest stat. soluit, vbi Do-
ctores qui extendunt etiam ad bona
pro cuius declaratione, ita est distin-
guendum, quod si princeps concedit
veniam, aut indulgentiam delinquen-
ti ante sententiam, tunc delinqüens est
absolutus non solum à pena, sed etiā
ab infamia, & recuperat statum, & bo-
na. l. fina. quæ sic debet intelligi. C.
de general. aboli. l. 2. titulo 32. parti-
t. 7. vbi Gregorius Lopez. Si tamē post
sententiam ei indulgeat videtur re-
mittere penam corporalem non tamē
recuperat bonū, nec famam quæ
perdidit propter delictum. l. 2. C. sen-
tent. pas. l. generalis. C. eodem titulo.
Natta consilio 470. numero 20. Bur-
satus alios referens, consilio 54. nu-
mero 10. libro 1. vbi hanc testatur cō-
munem opinionem, dicta lex 2. titulo
32. part. 7. Sed si specialiter prin-
ceps restitutus omnia in pristinum sta-
tum, tunc restitutus omnia recupe-
rat. l. t. & fina. C. sentent. pas. d. l. fina.
C. de genera. aboli. l. qui originem. §.
si metallum. ff. de muaeribus, & ho-
noribus. Doctores communiter in l.
Gallus. §. & quid si tantum. ff. de li-
beris & posthumis. Crotus consilio

127. numero 13. Rolādus consilio 45.
numero 19. cum sequentibus, libr. 4.
dicta l. 2. titulo 32. partita 7. vbi Gre-
gorius Lopez, verbo, *Primer
efato.*

Quod primo limita, & intellige,
vt procedat quando in restitutio-
ne fit mentio de delicto, & condemna-
tione in specie secus si venia sit gene-
ralis, nam requiritur specialis expre-
sio delictorum cum suis qualitatibus
alias non valet remissio fasta ab ipso
principe per ea quæ tradit Thomas
Grammat. consilio 34. numero 8. &
9. libro 1. l. 2. titulo 25. libro 8. recopi-
lationis.

Secundo limita, vt talis restitutio
non operetur quo ad fructus honorū
& fisco interim perceptos, vt tenent
communiter Doctores in dicta lege
Gallus. §. & quid si tantum ff. de libe-
ris & posthumis, vbi Socinus Iunior
numere 123. hæc testatur communem
opinionem. Gregorius Lopez qui
alios allegat in dicta lege 2. titu. 32.
partita septima, verbo, *Primer
efato.*

10 Tertio limita, vt talis restitutio
non operetur quicad bona alienata,
quia non trahitur retro in priuiciū
tertij cuij est iam quæsitus, probat
textus vbi glossa in capite quamvis
de rescriptis in sexto, vt tenent glos-
sa, Bartolus, Baldus, Angelus, Raph.
Imola, Alexander. & alij in dicto §.
& quid si tantum Bartol. & Baldus
in lege finali. C. sentent. pas. Docto.
in lege in cōdemnatione. §. l. ff. de re
gulis iuris. Angelus in dicto §. 2. nu-
mero. 9. institut. quibus modis ius pa-
triz potest stat. solut. Abbas & Felinus
in capite inter quatuor, numero 4:
de maiorit. & obedi. l. 2. tit. 25. libr. 8.
recopilat.

11 Quod primo intellige, nisi princeps
expresse caueat, & restitutus etiam
quicad bona alienata, vt teret Barto-
lus, Baldus, & alij in dicta lege fina.
C. sentent. pas. Abbas, & Felinus, qui
hanc

hanc testatur communem indistincto capite inter quatuor numero 4. de maiorit. & obedient. & obedient. Alexander, Socinus, & Iason numero 77. in dicto §. & quid si tantum. Plot. in 1. si quando, numer. 9. C. vnde vi. Buratus consilio 152. numer. 12. cum aliis sequentibus, libro primo, vbi plures allegat.

12 Secundo intellige nisi restitutio facti sit in pleniori forma, & per verba prægnanitia, vt quando in restituzione dicitur non obstante aliqua cōdemnatione quam declarat irritam, & pro non facta, ita quod de ea non possit obijci, quia tunc restitutio intelligitur quoad bona alienata, vt non tant Cardinalis, & Imola in cap. quia diligentia, de electio. Alexander numero. 20. Socinus numero 17. & Iason numero 77. in dicto §. & quid si tantum. Ruinus consilio 21. numero 9. libro 5. Parisius consilio 1. nume. 038. libro 4. Riwinaldus consilio 169. libro 1. Mātua cōsilio 83. numero 4. Rolandus dicto consil. 45. nume. 21. cum seq. libro 4.

13 Tertio intellige, nisi restitutio expresse fiat ob pacem publicā, quia tunc extēditur etiam ad bona alienata. Riminaldus dicto consilio 169. Mātica dicto consilio 83. numero 4. cum sequentibus. Menochius de arbitra. iudic. libro 1. quæstio 36. numer. 5. Alciatus cōsilio 169. numer. 13. Buratus dicto cōsilio 54. numero 15. libro 1.

14 Quarto intellige, nisi acquisitio bonorum ad tertias personas perueniat ex cōdemnatione, & immediate causam, & originem habeat ab ea, & nō ex alio actu inter fiscum, & tertium, nam tuūc restitutio subsequita comprehendit etiam dicti bona penes tertium existēta, vt tenet Baldus, & Alexander numero 15. & Iason numero 56. in dicto §. & quid si tantum. Felinus in dicto capite inter quatuor numero 9. de maioritat. & obedientia.

Parisius dicto cōsilio 1. numero 47. libro 4. Beroius consilio 60. numero 19. libro 3. quos sequitur Rolandus dicto cōsilio 45. numero 25. cum sequē. libro 4.

15 Et est aduertēdum circa ordinem, & modum restituēdi, quod licet princeps possit restituere, ac indulgere de linquēti, absque causa cognitione eius tamen generalis vicarius qui votatur vicerex, nō potest nisi præcedens debita causa cognitione, quia princeps cōcedendo inferiori aliquid de libi reseruatis intelligitur semper cōcessisse, vt illud exerceat cum debita causa cognitione, & nō cum illa plenitudine potestatis, quam ipse habet, vt notat Innocēt. in capite ad monasterium in fine de statu monachorum, & in capite dudum, columnafina, de electio. & in capite veniēs de filiis pre-byter. & tenet Abbas in cap. ad si clerici. §. de adulterijs, de iudic. Imola in cap. de multe de præbēd. quos sequitur Thomas Gramm. cōsilio 34. num. 8. cum sequē. libro 1.

16 Imo in hoc regno semper rex remittit pœnum delinquētibus, & restituit cum causa cognitione viis summvix probationibus delicti, & sententiis in cōsilio Camerae regis salvo semper interesse alterius partis, & absque eius præiudicio. l. 2. & 3. titu. 25. lib. 3. recopil.

17 Tertio liberatur filios à patria potestate si pater ob contumaciam bonis ademptis vaniatur, quia in hoc casu deportato comparatur, qui amittit patriam potestatem, vt supradictum est, & quod vñitus equiparet deportato tenet glossa, & Doctores in h̄ re legatis insti. quibus modis ius patrīa potest. foluit glossa. Bart. Bald. & alij in lege prima. C. de hæreditib. insti. Doctores in lege eius qui. §. 1. ff. de restamē. & in lege ex facto. §. ex facto. ff. ad Trebellii inum. Alexāder consilio 118. libro 2. Cornelius consil. 55. num.

Liber secundus praxis ciuilis,

num.ij.lib.2.Ang.inter cōsilia crim.
diuersorum Doctorum cōf.70.num.
1.& sic cum vanniti equiparētur de-
poratis debēt amittere patriam po-
testatem. & quod eam amittat tenet
expresio Bartol. in l.fina. C.sentent.
pas.per text. ibi, & in l.si adulteriu
cum incestu libert. §.ff.de adult. Ale
xander cōsilio 75.libro 1.Nell.in ira
statu de vanniti in prima parte. 2.
tempo. quæstione 4.& 20. & 25.Cor
neus cōsilio 35.numero 13.libro 2.Pa
risius cōsilio 177.numero 20.libro 4.
Tirequellus post leges cōnub. glo-
ssa 8.numero 35.Clemen.de patria po
testare,cap.fina.numero 27.Sed si ad
tempus vannintur,vel perpetuo non
ademptis bonis comparatur relega-
to,& tūc nō perdit patriam potestae-
tem,vt notat glossa in §.2.instit. qui-
bus modis ius patriz potest solvit,
vbi Nicasius num.3.& alij specul. in
titulo de instru. editio.§.compendio
se,versi,quid de vānito,vbi etiā Ioā
nis Andreas in eius additionibus. Sa
līetus in l.i.C.de hæred.instit. Ale
xāder alios citat cōsilio 1.6.col.2.&
cōsilio 118 libro 2. quorum opinio-
nem approbat de iure regio.l.4.titu
lo 18.partita 4. vbi expresse hoc dis
ponit licet de iure communī cōtra
ria opinio erat communior,vt tradit
Angelus in dicto §.secundo,numero
ij.cū sequētibus,& testatur commun
em Alexāder in l.si cum dotem.§.
Si pater, numero 4.ff.solutio matrimo
nio,& Corneus cōsilio 35.libro 2.di
cir etiam communem. Bart.de Val
ma,inier cōsilio criminis diuer.Do
ctorum consil. 68.numero 22.& Ju
lius Clarus in §.fina.quæstione 71.&
Gregor.Lop.in d.1.4.verbo,vānniti
que distinctio,dicitur l.partita potest
erit hodie feruari attenta.l.3.titulō de
cimo,libro quarto,recopilat. transla
to anno à die sententie sive compa
rente reo contumacæ credere rato.
Si vero iniura annū à die ferientia
vānnitus captus, vel præsentatus fue

rit per dictam legem tertiam,vel lap
so etiam anno ante executionem se
tentiz ex cōsuetudine tūc recuperat
patriam potestate, & omnia bona pu
blicata etiā alienata, vt tenet Do
ctores communiter in dicto. Gallus
4.& quid si trium. si de liberis & po
sthumis.Bofius in sua practica crimi
nali,titulō de re med.ex foia. Clem.
princ. & Clemē.de patria potestate,
capite frāli, numero quadragesimo
primo,dicta lex iertia, titulō decimo
lib. o quarto recopilationis.Et etiam
per executionem sententia lapsi an
no si per medium gratia à principe
fuerit restitutus recuperat patriam
potestatem,& omnia bona, & pristi
na iura que eb condemnationem a
misseras cum restituto responsi omnia
in pristinū statum.l.quod si mi
nor. §.restituto si de minor & reme
dro dicto indulgentia restitutus re
penitit in eo statu in quo reperieba
tur ante sententiam quod intellige,
& declarat prout supia in secundo
modo in deportato declarauimus.

Quarto exhibitur filius à patria
potestae si pater sit hæreticus , nam
propter criminē hæretis perdit patriam
potestatem quam in filios habet, vt
in capite secundo ad finem de hære
tic. in sexto, vbi Doctores, & tenet
Gregorius Lopez in lege sexia, titu
lo decimoctavo , partita 4.verlo,
De pæco.

19 Quinto liberatur filius à patria po
testae si pater contrahit iuris clausas rup
tias,vt disponit dicta lex sexia, titulō
decimocuarto, parsita quarta, aulē
tica incestus . C. de secundis nup
tijis.

20 Sexto liberatur filius à patria po
testae si pater ei in expoſuit. l.2 &
3.C. de infant. expo.cap.vnic.de in
fant. langui. & expo. rotas plesia in
lege necare. ff. de lili eris agroſcen
dis,& expresse hoc disponit les qua
ta , titulō vigesimo , partita quar
ta.

Sep.

21 Septimo liberatur filius apostolice patris si pater ei iniquè negaverit alimento nam tunc aruit patrem potestarem , & eius effectus ut disponitur in liberto in l. alimenta , ff. de liber agnoscend. & in seruo. in l. 1. §. sed scimus C. delati. lib. toll. & expresse in filio tenet gloso. in l. nec filium verbo poene in fine C. de patria potest. quam ad hoc dicit singulariter Abb. in c. fin. nu.5. de conuersio in fidelis.Brun. in tract. de statutis exclud. femi. art. t. nu. 26. quos sequitur Arius Pinell. in l.i. in l. par. nu.57. C. de bonis mater.

22 Octavo liberatur filius à patria potestate si pater sit captus ab hostibus nam quamdiu captivus est pater , filii sui iuris sunt quia tunc pater seruus est eo quod liberos in potestate habere non potest, §. si ab hostibus insti. quib. mod. ius patris potest soluit, §. serui insti. de iure personarum. l. si seruus de inter actio. l. si eveniet de adult. sed durante captiuitate diciatur pendere ius liberorum quia pater redire potest,& si reuertitur iure post liminij recipit omnia pristina iura . & liberi iterum in eius potestate sunt quia singitur semper in ciuitate fuisse sed si in captiuitate moriatur filii sui iuris à principio captiuitatis sunt quia amomento ipsius captiuitatis mortuus fuisse singitur, l. bona. l. in omnibus de captiuis , & post limiti reversis,l. penul. de suis, & legitimi hæred. l. i. §. l. ad senat. consult. macedoni. Et nota quod istud ius in dictum est non solum fauore captiuarum sed etiam rei publicæ, quia si captivi in sua potestate retinerent boni possent contrahere apud hostes, & sua bona in eorum fauore obligare in damni captiuarum quod per dicta iura prohibetur maiori periculo furcendo ut in cirduo mala 13. distin. & notat Nicasii in d. §. si ab hostibus n.9.& ne pro alia parte pre iudicetur pater captus ab hostibus da-

tur Cura. eius bonus & succurrunt ei reueiso per restitutionem in integrâ l. ab hostibus, ff. de capt. & post limi. reu. Nicasii. & alij in d. §. si ab hostibus insti. quib. modis pat ius potest. soluit.

23 Et quod dictum est de patre dicendum est etiam de filio , & nepote nā similiter si filius vel nepos sit captus ab hostibus penderit ius patris potestatis per dicta iura & ita notant docto. in d. §. si ab hostibus.

24 Non eximitur filius à patris potestate per ingressum religionis. l. si ex causa, §. Papinius vbi gloso. ff. de minoribus c. in decorum de zitate & qualit gloso. in c.1.20. quod st.2. docto. in authent. ingressi, C. de Sacrosanct. Eccles. Bal. in l. Sacrosanct. nu. 1. & in l. Deo nobis, §. hoc etiam, num. 4. C. de Episcop. & Cleri. & in l. si longias, ff. de iudi. Bar. in l. patre furioso, n.4. vbi etiam Bal. & Ias. nu. 47. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris, idē Ias. in l. qui se patris, nu. 17. C. unde liberi & in l.2. num. 22. ff. de vulg. Orosc. in d. l. patre furioso, num. 3. Areti in l. si potest col. 4. ad finem, ff. de acqui. herediti Abb. in c. officij, nu. 2. de electio. & in ca. ex parte, nu. 11: de resti spoliat & in c. constitutus, nu. 2. de resti. in integrum & in cap. cum scilicet, num. 5. deregularib. Nicasii in 6. filius familias, nu.3. insti. quib. mod. ius patris potest. soluit quid pap. singul. 26. Boeri. deci. 112. & 121. Couar. in c. quia nos, n.5. de test. Anto. Com. 1. to. vari telolut. c. 9. n.10. Pinell. in l. i. in l. par. num. 46. vbi hanc testatur commun. op. Viui. lib. i. op. 121. Cle. depatria potest c. fin. n.61. vbi etiam testatur de comuni Anto. à Epadilla, in l. transigere n.36. C. de transactio, Iann. Gut. §. sui, n.35. inst. de hæred. qualit. & differen.

25 Quod procedit etiam per ingressum patris , ut dicti dicto. notant & Din. in l. liber homo, ff. de acquirendo rerum dominio addictio ad Mathæs. Sing. 19. num. 21. quem refert & seq;

L Clem.

Liber secundus praxis ciuillis, 1

Clem. loco proxime citato & ratio est quia ingressum religionem transit in alterius potestatem, & alios sin potestate habere nequit. l. sic eue
niet. ff. ad l. Iul. de adult.

25 Sed hoc intellige professione se-
quuta, quia non facta professione in-
gressus non efficitur monachus, nec
transit in potestatem monasterij, nec
fit illi subditus. ca. porrectum de re-
gula. ca. i. 20. quæst. 2. Bart. Ias. & alij
in authen. si qua mulier. C. de Sacro-
sanct. Eccles. Barba. late in c. in pre-
sentia. nu. 56. de proba. Hippo. Rimi.
conf. 85. nu. 32. lib. 1.

26 Secundo intellige, quod filius pro-
fessus liberatur a patria potestate
quo ad ea quæ sibi commoda non sunt
vt post alios tenet, & dicit communè
Anto. Gom. i. tom. variarum resolut.
cap. 4. n. 3. & cap. 9. n. 10. & 13. & Ema-
nuel Sua. recep. sentent. lit. R. versic.
religionem.

27 Tertio intellige si filius ingressus
religioacm sit pubes, quia tunc non po-
terit pater eum extrahere a religio-
ne si vero sit impubes. & absque pa-
tris voluntate fuit ingressus poterit
intra annum a scientia patris inuitus
extrahi per ipsum patrem, vt dixi su-
pra in §. 17. cap. t. & 2. ca. puella. 20. q.
2. ca. 2 vbi Docto. de regula. l. 5. titu.
7. par. 1.

28 Decimo liberatur filius a patria po-
testate per sacerdotium quoad spiri-
tualia, quia in spiritualibus non cura-
tur de patria potestate, cap. si annum
de iudic. in 6. vbi Doct. cap. frequēs.
54. distinft. Abbas in cap. indecorum
de zetate, & qualitate. Iason & Oros-
ci. m. 11. in l. patre furioso. ff. de his qui
sunt sui, vel alieni iur. Cæsar Lam-
berti. de iure patrona. lib. 2. in 1. par. q.
1. art. 7. n. 6.

29 Hinc est quod licet pater possit ca-
stigare, & verberare filium, vt distū
est sup. in §. 9. in primo effectu tamē
non potest verberare filium in sacris
constitutum, & si faciat incurret pœ-

nam. cap. si quis suadente diabolo. 17.
quæst. 4. vt. nosiant Abbas, & Docto.
in cap. cum voluntate. §. fina. de sent.
excommunicat. quos refert & sequi-
tur Cæsar Lamb. in loco sup. citato.

Sed quoad temporalia non liberatur
sacerdos a patria potestate, vt in au-
thentica presbyteros. C. de episcop.
& cleric. tenet Abbas in d. c. in de-
corum de zetate, & qualitate, & in c.
consti: utus de in integrum restitu. &
in cap. cum desideres, & in cap. cum
voluntate. §. fina de senten. ex. omm.
Nicas. in §. filiusfamilias. nu. 3. institu.
quibus modis ius patrī potest. sol-
uitur. Ias. in d. l. patre furioso. nu. 45.
vbi Orosc. nu. i. ff. de his qui sunt sui
vel alieni iur. Couar. in c. quia nos. n.
5. de testa. Dec. conf. 432. n. 9. Cle. de
pat. potest. d. c. b. n. 65.

31 Vndecimo efficitur filius sui juris
per dignitatem episcopalem, authen-
tica, sed dignitas, & ibi Docto. C. de
episc. & cle. authentica consti: utio que
de dignitatibus. §. illud, collatinne 6.
cap. per venerabilem qui filii sint le-
gitimi glos. in cap. indecorum de zia-
te, & qualit. Baldus in l. Sacrosanct.
C. de episcop. & cle. & in l. si mari-
tus. C. de pat. potest. Bartolus & alij
in l. patre furioso, vbi Orosius num.
3. ff. de his qui sunt sui. vel alieni iur.
Ang. & Nicas. in §. filiusfamilias num.
3. inst. quibus mod. ius p: trię po-
test. soluit. Couar. in dicta. quia nos.
nu. 5. de testam.

32 Et idem est si filiusfamilias sit crea-
tus Cardinalis Romanæ Ecclesiz. gl.
in extrauagati execrabilis de præb.
inter cōmunes, verbo, sublimitatē Bar-
ba. in tra. de præst. Card. 1. p. q. 1. n. 69.
Couar. in d. c. quia nos. n. 5. de testam.

33 Præterea liberatur filius a patria
potestate per alias duodecim digni-
tates quæ enumerantur in l. final. C.
de decurio. lib. 10. & in authenti. quæ
de dignitatibus, collat. 6. & in l. 7. cū
alijs septem legibus seq. tit. 18. par. 4.

34 Et est aduertendū q: perepiscopa-
tum,

tum, & alias duodecimas dignitates, filij liberatur à patria potestate quo ad favorem, & non quoad odiū glo, in. Ne potes. ff. de his qui sunt sui, vel alieni iuris, & in l. si pater filium. ff. de adoptio. Bart. in l. 2. ff. de his qui sunt sui, vel alieni iur. & in l. patris, ff. de iurius. voc. Bald. & Saly. in l. 1. ff. ff. ad Maced. Coua. in d.c. quia nos nū. s. de testam. Greg. Lop. in d.l. 7. tit. 18. par. 4. verbo, *Conſeſero*, q̄ etiā intellige, quādo liberatur filius à patria potestate pér contractum matrimoniū, vt infra dicam.

35 Duodecimo liberatur filius à patria potestate per emancipationē quæ fit coram iudice ordinario p̄fente patre, & filio eo quæ cōſentiente. §. p̄t̄rēa instit. quib. mod. ius patriz, potest. soluit. non vnde. Q. de emancip. libero. l. ab ea parte, vbi glossa. ff. de probatio. L. emancipati. ff. de adopt. l. emancipatur de fide instru. l. 15. titu. 18. part. 4. quæ ponit formam emancipationis, & l. 17. eod tit.

Et nō solom per emancipationem liberatur filius à patria potestate, sed etiam nepos ex eo, qui ab aui potestate liberatur emancipatione patris glossa in §. p̄t̄rēa, verbo, liberi instit. quibus modis ius patriz potest soluit. Aret. in princ. instit. eod titu. per textum ibi, quem refert & seq. Glencia. d. cap. vlt. num. 79. Sitamen auis habens filium, & nepotem in potestate velit vnum ex eis emancipare alter remanet in eius potestate, quia potest vnum, vel ambos emancipare. §. admonendi institu. quibus modis ius patriz potest. soluit hodie autēcū per matrimonium liberetur filius à patria potestate. l. 47. Tauri, quæ est l. 8. titu. 1. lib. 5. recop. nepos nō potest esse sub aui potestate.

36 Et nota quod in præmium emancipationis habet pater medietatē vſusfructus in bonis aduentuīs filij emancipati quæ de p̄ſenti tempore emācipationis habet, n̄i expreſſe remittit. ill. in l. 2. ff. 5. recop. nō potest esse sub aui potestate.

tat. l. cum oportet §. penultimo. C. de bonis quælib. vbi Docto. dicta l. 15. titulo 18. p. 4. Anton. Gomez in l. 48. Tau. nu. 6.

37 Quod intellige in expressa, & voluntaria emancipatione patris, lec us in casibus in quibus filij per dispositionem legum à patria potestate liberantur, & habentur pro emācipatione, nam in his pater non habebit medietatem vſusfructus, quia cessa ratio remunerationis propter quam datur patri dimis pars vſusfructus, vt in dicta l. cum oportet. §. penultimo. C. de bonis que lib. glossa in authentica constitutio quæ de dignitat. verbo, donis, collat. 6. Ican. de Paetea in l. 6. C. de specl. lib. 11. Cephola in tract. cautelarum, caut. 16. n. 3. qui loquitur quādo pater coactus emancipat filiu & in distincte expreſſe in omnibus casibus tener Greg. Lop. in d. l. 18. tit. 18. par. 4. verbo, Re. encr para §. Anto. Gom. in d. l. 48. Tau. num. 6 in cuius confirmationē facit q̄ in simili nota tur de patre oeo cōtra libertū, nā honores & iura quæ p̄ſtātur patrono à li berto in præmium manumissionis nō debētur, n̄i quando libertus fuit manumissus à domino non tamē cuan do fuit factus liber aliquo legis bene ficio, quia tunc à lege, & non à domi no cōsequutus est libertatem, & cesa ratio præmij, & remunerationis, vt colligitur ex tito titulo ex quib. caus. serui pro præmio libert. quod etiam probatur l. 47. & 48. Tauri, quæ sunt l. 8. & 9. tit. 1. lib. 5. Recop. vbi legib. beneficio per matrimonium, liberatur filius à patria potestate, & pater tenetur filio restituere bona ad uenitiam absque retentione vſusfructus, nec alicuius partis.

38 Ex quibus infertur, quod quando per dispositionem legis filius libera tur à patria potestate non revocatur per ingratitudinem in patris potesta tem sicut quando liberatur per emācipationem patris. l. si quis hac legie.

l. 2. ff. qui

5. tit. 5. recop. nō potest esse sub aui potestate.

Libet secundus praxis ciuills,

ff. qui & à quibus. Grego. Lop. post
aliros in l. 19. fn. 3. par. 4. verbo, Et si
cpias. Orose. in l. qui liberatus. nu. 1.
ff. de adoptio. Anton. de Lata in l. si
quis à liberis. §. si quis ex his. n. 12. ff.
de libe. agnosc.

39 Et nota, quod licet emancipatio in
uenta sit in favorem, & beneficium fi-
lij emancipati. l. C. de ingrat. liber.
tradit late Tiraque. l. in l. si vnoq[ue]
verbo, donatione largitus. nu. 14. C.
dereuocand. donat. quem referit & se
quitur Clem. de patria potestat. cap.
fin. nu. 89. Tamen in favorem patris
durant reliquiae praecedentis potesta-
tis, vt notat Ang. Ateri. in §. ius autem
insti. de pat. potest. Iason in l. quod
dicitur. num. 34. ff. de verbo. obligat.
Clem. in effectu. num. 4. cum seq.
& quamvis supradictis modis, & alijs
infra dicendis filius liberetur à patria
potestate ciuili non tamen liberatur
à naturali viuente parte per ea que-
dratum sup. in §. i.

40 Ex quo inferitur, quod cū filius ex
emancipatione sentiat comodum pa-
ter vero incommodum, quod pater,
regulariter cogi n. i. potest ad filium
emancipandum. §. f. vbi DD. insti.
quib. mod. ius patris potest. soluit.
DD. in l. nec auus. C. de emancipatio.
liber. & in l. si cui legatum. ff. de con-
dict. & demost. glos. Bart. & alij in l.
quidam cum filium ff. de verb. oblig.
Clem. d. cap. f. nu. 91. nisi in aliquibus
casibus qui enumeratur per Docto. in-
dictis locis, & per Soci. regula 286.
& regulariter in omnibus casibus in
quibus filius potest patrem exhære-
dere. Rapha Cuma. cons. 82. Rip. in l.
Lucius. num. 1. ff. de vulg. & pupill
quos resert, & seq. Clem. loco proxime
citato.

41 Et pariter econuerso pater non po-
test filios inuitos emancipare. vt no-
tatur in d. nec auus. C. de emancip. li-
ber. glos. in l. f. ff. de his qui sunt sui,
vel alieni. Bald. in l. fin. num. 10. de te-
stam. manu. Capi. decisi. 194. num. 9.
Clem. d. cap. fin. num. 93. nisi interuenie-

re aliquā iusta causa, vt notat Bart. in
d. l. quidam cum filipm. ff. de verbo.
oblig. Soc. in reg. n. 87. 26. motione ha-
bit.

42 Et est hic sciendum, quod filius ema-
cipatus nihil differit à filio in potesta-
te quo ad successionem ab intestato
cum hodie sublata sit differentia ema-
cipacionis, & patris potestatis quo
ad dictam successionem ab intestato
licet non in successione ex testamē-
to authenticā de hæred. ab intestato
venientibus. §. nullam vero. collat. 9.
limemimimos. C. de legitimi. hæreditatis.
glos. verbo, agnationis, & ibi Bartoli.
in l. fin. C. de codicil. glos. & DD. in
l. si filius. ff. de minorib. & in authenti-
ca ex causa. Cale liber. præter. vel ex hac
redat. DD. in l. Gallus. §. & quid si eti-
tum. ff. de lib. & posthu. & in §. emma-
cipatos insti. de exhortatio. libero. l.
Bart. in l. filio præterito. nu. 10. ff. de
injuri. & ruptio testam. idem Bart. &
Iason. nu. 36. in l. si emancipati. C. de col-
latio. idem Bart. in l. 2. nu. 7. ff. de vul-
ga. Ang. de Perte. in tracta. de suis. q.
10. num. 5. idem Iason in l. qui se pa-
tris. n. 26. C. vnde liberi. Mantua sing.
564. nu. 1. Couati. in c. Raynuncio. nu.
5. de testam. Ioan. Gutie. in §. sui. hu.
132. insti. de hæred. quall. & differen-
tia. Ioan. à Rojas in epitome successio. c.
4. nu. 3. testator commiu. opin. eman-
cipatio. Sua. recep. sent. verbo, emancipari.
nu. 4. & in verbo filius. nu. 247. Cle-
men. de patria potestate. d. cap. fin. nu.
m. 83.

Enī in quibus differat in successione
ex testamēto filius in potestate, & ema-
cipatus declarat Iason. collat. post
Ang. Castrén. & Aléx. in d. Iemanci-
pati. C. de collation. & Ioan. And. in
d. c. 4. nu. 4. cum alijs seq. & Clem. in
d. c. f. n. 87.

43 Tertiodecimo liberatur filius à pa-
tria potestate per contractum matri-
monii per l. 47. Tauri, quæ est: l. 8. ti-
tu. l. lib. 5. recop. licet fecus sit de iure
comuni secundum quod filius per ma-
trimonium nō liberatur à patria po-
testate. l. filiz licet. C. de collat. l. si

vxorem. C. Mē cōditio infert. vbi gl. & DD. l. t. §. videamus. C. vnde vir, & vxorān p̄mūinst̄ ad tertiū l' in fin. vbi etiam nota glōf tenet Bart. in l. 1. §. fin. ff. de iñior. Dec. in l. t. nu. 2. C. vnde vir, & vxor, & in l. 2. de reg. iñ. Crot. in l. frater a fratre. n. 35. de eon- dīst. indebitis. Cephal. cōf. 211. pa. 19. lib. 2. Manosc. conf. 192. nu. 37. 40. & 61. lib. 1. num. 17. l. 1. 2. 3. 4. 5.

44 Et nota q̄ p̄p̄d. l. regni duo copi- latiue debēt ōcurrere ad hoc, vt si- lius liberetur a potestate patris, ut sit despotatus, & yellatus, & nō sufficit, q̄ sit despota nō rātum, vt notat, ibi; scribētes maxime Cifont. cōf. 4. & Aa- to. Com. nu. 2. & Greg. Lop. in l. 1. tit. 5. par. 6. verbo. Quae descendent dellos;

45 Quid extēde. vt p̄coedat non so- lum quād effectus fauorabilis, sed etiā odiosas, & sic indistincte in om- nibus rebus, vt probat dicta l. 8. ibi; En todas las cosas, & ita nota, ibi Ca- stellus, & Anto. Com. num. 3. quos se- qui. Ioi. Gue. in §. sub. n. 121. inst. de hæ- red. qualit. & differen.

46 Contrarium tamē, quod habemus, pro emancipato in fauorabilibus, & non in odiosis tenet Rodericus Sua- rez in l. t. tū. 11. lib. 1. fori, versic. con- sidera. & Grego. Lop. in l. 1. tū. 5. par. 6. verbo. Qualquieras mayores. Go- me. Aria in d. l. 47. Tauri. Baeca de- non meliorand. ratione. dotis filiab. cap. 7. nu. 24. & cap. 16. nu. 35. quorum opinio equior, & verior est, & colli- gitur ex d. l. 8. & ex l. 9. seq. quæ con- dītæ fuerunt in fauorem filiorum cō- trahensū matrimonium, & ab sub- stinendum onera matrimonij, & ita illa verba, En todas las cosas, drebent intelligi in fauorabilibus, & adeo hæc emācipatione quæ causatur ex ma- trimonio est filijs fauorabilis. quod per di. Am. l. 9. auferunt patri onedi- tas vſusfructus quam de iure commu- ni habet in p̄mūnum emancipatio- nis p̄l. cum oportet. §. penul. C. de bon. quæ lib. & l. 15. tit. 18. p. 4. & hæc

opinio confirmatur per ea quæ supra nu. 37. diximus de filio qui per digni- tate liberatur a patria potestate quo ad fauore, & non quo ad odiū, vt pra- bant iura ibi, allegata, & eadem ratio militat in hoc. calu matrimonij quæ militat indiguitate, nā qui eximiuntur a patria potestate per matrimonio di- citur eximi per dignitatem. Casan. in consuetu. Burg. Rub. 4. §. 1. n. 20.

47 Item ex eadem. l. Tauri, ibi, Para- sempre, nota, quod filius liberatus a patria potestate per matrimonium amplius non potest reincidente in pa- tria potestatem sicut si quādo est fi- lius, expresse emācipatus per patrē. l. qui liberatus, vbi DD. ff. de adoptione.: cuius verba sunt, qui liberatus est pa- tria potestate is postea in potestatem honeste reuerti non potest, nisi adop- tione, ex qua. l. infertur, quod etiā de iure communi si statuto, vel cōsuetu- dine filia per matrimonium libera- tur a patria potestate mortuo vironō reincident in potestatem patris, nam il- la distiō, nisi ponit exceptionem a re- gula, vt in regula peccatum de reg- iur. in 6. & notatur in l. actione. C. de transactio. Alex. in l. si eum. §. qui in- iuriarum. num. 8. ff. si quis cauro. De- cius in cap. in consultationibus. num. 15. de officio deleg. & cum regula sit negatiue posita ante verbum potest abnegat omnes alios casus excepto eo qui in exceptione continetur glo- incipite t. de regul. in sexto, & in le- ge cum hæreditate. ff. de acquirenda hæredi. Bartolus in l. Gallus in prin- cip. colum. 2. ff. de liberis & posthu- & in l. fina. vers. sed quero. ff. de fe- rijs. Cephal. conf. 423. nume. 36 lib. 3. & casus exceptus præcise, & forma liter implendus est, & non per equi- pollens per ea quæ tradit. Socius in lege l. in principio. nu. 1. vbi etiā in Ja- son nota. l. ff. de verb. oblig. & siccū filii liberata a patria potestate per matrimonium non possit ad eam re- dire, nisi per adoptionem, vt in dista

1 qui liberatus sequitur quod soluto
mat imonio non reincident in patriis
potestatem, nec erant necessaria illa
ve. ba d.l. Tav. *Paraschipe.*

48 Secundo pro hac opinione facit. q.
omnis dispositio sine tempore limitato
dicitur perpetua. L. *lurisperitos.*
ff de excusat. tut. L. sine præfinitione
ff de peccatis. l. seruus. C. *codem tritul.*
glos. in ca. fin. de rescript in 6. verbo,
perpetua. *Bariol.* in L. de pupillo. q. si
quis ipsip. extori. colum. 2. ff. de nouis
oper. nuntiat. vbi *Alexand.* nu. 14.
& *Iason.* idem *Iason* in §. *turare, num-*
me. 46. insti. de actio. Déc. conf. 204.
num. 5. & ita in dubio est iudicadum.
L. sufficit. ff. de cōdictio. indebiti, vbi
Bart. Paul. & alii notant. & ita cum
filia per statutum, vel cōsuetudinem
liberetur à patria potestate per ma-
trimoniūm debet intelligi delibera-
tione perpetua.

49 Tertio probatur per text. in l. f. C.
de remissio. pignor. whi res hypotheca
à debitore sū alienata cōsentiente
creditorē talis res transit, & effici-
tur libera ab hypotheca, & quamvis
postea debitor eam denuo acquirat
nō se incidit in generalem hypothe-
cam, & obligationem etiam futura-
rum, ita in hoc casu cōsentiente patre,
vt filia nuptiū tradatur liberatur à
patria potestate, & licet postea facta
sit vidua non reincident in patriis po-
testarem.

50 Quarto probatur nam stāte dicto
statuto, vel cōsuetudine patria po-
testas per matrimonium est extincta,
& quod semel est extincta amplius
resuscitare nō potest. l. qui res. q. areā
ff. de solutio. l. si vñus. q. pactus, vers.
sed si pactum, & vers. seq. ff. de pact.
in princ. insti. de exhortatio. liber.
specul. in tit. de salarijs. q. postremo,
vers. 1. & in titulo de probatio. q. 1.
vers. circa noua. Bart. in d. q. areām.
Alex. in l. si pars diuersa. n. 2. C. de trā
fact. Dec. in l. actione, in princip. eod.
tit. ergo patria dote das quæ fuit ma-

trrimonio extincta resuscitare non
potest. l. vñus. q. 1. lib. 1. 100. 5.

Qūntosacit nam filia semel exolu-
sa per jetuo remanet exclusa quam-

vis exclusionis causa cesseret. cap. 1. 9.
quin etiam episc. vel Abbat. Soc. cōf.
nu. 4. lib. 4. Rū. cōf. 15. nu. 9. lib. 1.
& cōf. 15. nu. 7. lib. 1. Dec. cōf. 87. n.
1. & cōf. 95. & cōf. 100. & cōf.
506. nu. 3. Soc. Iun. cōf. 76. nudij. lib. 1.

Cōf. Iun. in q. 4. lib. 1. *flaudig. para.* 27. n.
32. vbi hunc testatur cōmendatipino.
Bian. cōf. 78. nu. 2. *Beroicem.* 67. nu.
47. lib. 1. vbi etiam dicitur dominu. seq.
& testatur etiam comma. Hugo cōf.
26. nu. 4. 8. & Aleiat. conf. 170. per ko-
tā Cepho. tōsh. 97. n. 11. & conf. 221. n.
5. & cōf. 251. n. 15. & cōf. 313. nu. 52. &
conf. 342. n. 11. & cōf. 404. nu. 19. & 20.
8. & 38. & cōf. 421. nu. 47. *Buifa.* cōf. 63.
nu. 17. & conf. 80. nu. 8. cum alijs seq.
lib. 1. *flaudig. para.* 1. 10. 1. 11. 1. 12.

52 Item p̄o hac parte adducitur. l. ho-
mo liber. ff. de statu homi vbi si li-
ber homo seipsum vendat, & postea
manumittatur nō recuperat pristinā
statu. & q. autē insti de capit. di-
minut. vbi si cognatus efficiatur ser-
vus amittit cognationem quā postea
manumissionē nō recuperat quamvis
cesset causa amissionis. & glo. in l. li-
berte tuz. C. de oper. liber. verbo, nō
possit quæ sit, quod si liberta efficia-
tur vxor patroni per matrimonium
liberatus à præstatione operarū quæ
liberatio non extinguitur si diuorciū
superveniat.

53 Ethanc opinionem in effectu te-
net glo. in auth. cōstitutio. que de di-
gnit. q. generaliter, verbo, præster. col-
la. & in proprijs terminis cōsiderent
manus. in tit. de dote, & matrimon.
q. item de consuetudine. Matth. de
Afflīct. in consti. regni Siciliz incip.
prosequētes in 2. q. verf. pridie fui in
terrogatus. col. 5. Boer. decil. 197. n. 4.
Tiraq. in legib. connub. glos. 3. n. 1. cū
seq. Ioann. Cephal. late d. conf. 423.
num. 4. cum plur. sequen. lib. 3. quam-
opi-

++

??

??

opinionem approbat dicta l.47. Tauti que est l.8.tit.1.lib.5.recopil.ibi,
Para siempe.

54 Licit contrariam opinionem tenet Casan.in consuet. Burg. rubr.4.
§.1.nu.20.cum duobus seq. & Thom. Gramm.conf.87.num.5.& in decis.
54.per totam,vbi afflerit, ita fuisse de
cissum per consilium Neapolitan. &
allegat Neapodan,idem tenentem in
quadam consuetudine regni Neapol.
incipit, sed & mulier, & hanc testa-
tur communem Viui.in suis commu-
opinio. lib.1.verbo,filiusfamilias , &
eam sequitur Clemen.de patria po-
testate,cap.fin.nu.fin,& pluribus fun-
damentis defendit Thom.Gramma-
d.decis.54,quibus satisfacit Cephal.
d.conf.423.

55 Decimoquarto liberatur filius à
patria potestate per nequitiam, vel
seuitiam patris,quia tunc cogitur pa-
ter filium emancipare.l.fina,ff.si quis
à parente fuerit manumissus, glos.in
l.non potest,ff.de adoptio. & in lege
2.Cde em. incipatio.liberorum, & in
§.fina, inst. quibus modis ius patris
potest soluit,vbi Doctores, & in l.si
cui legatum, & in lege si filiusfami-
lias,§.secundum vulgarē,ff.de leg.
1.quibus in locis enumerantur casus
in quibus pater potest cogi filium e-
mancipare.& nonnullos refert Soci.
reg. 286.& vt supra diximus genera-
liter pater potest cogi filium eman-
cipare in omnibus casibus in quibus
filius potest patrem exhæredare se-
cundum Cuianum,consilio R. & Ri-
pam in lege Lucius numero 17,ff.de
vulgar,quos sequitur Clemen,disto
capite final.numero 92. & probat l.
18.titolo 18.partit.4. vbi Gregorius
Lopez.

56 Decimoquinto liberatur filius à pa-
tria potestate si pater ei necessitatem
peccandi imposuit. l.silenes.C.de
episcop.audi. l.fina. C. de specta, lib.
11.& notan glos. & DD.proxime ci-
tati, d,l.8.tit.18.par.4.

57 Decimosexto liberatur filius à pa-
tria potestate si pater aliquid ex te-
flamento recepit, ut filium emanci-
pare. l.si cui,ff.de condit.& demon-
strat, glos.& Docto.proxime citati.
d,l.18.tit.18.par.4.

58 Decimosseptimo liberatur filius à
patria potestate si pater priuignum
impuberem in priuigni incommodū
arrogauerit. l.non vnquam,ff.de ado-
tio.d,l.18.tit.18.part.4

59 Decimooctavo liberatur à patria
potestate filius arrogati qui transit
cum patre in potestatem arrogamis.
l.si adrogato patre. ff. de adoptio.l.
2.l.si paterfamilias,l.cum inadopti-
uis,§.fina. ff.eodem titulo l.7. titulo
16.p.4.

EX §. XLIII.

SYM MARIA.

- 1 Filius in dubio semper presumitur
in patris potestate donec contra-
rium probetur, & tunc filius.
- 2 Praesumendum in patris potestate
esse cu[m] constauerit aliquando fuisse in
patris potestate.
- 3 Filius per lapsu[n] decentiū habitans
scorsū à parente presumetur emanci-
patus.
- 4 Decendiū sine attenditur patre scien-
te, & filio negotiante.
- 5 Filius in contractu assensu sui iuris
esse tenetur stare contractus.
- 6 Mendacium praeditas filijfamilias
in contractu.
- 7 Contrahens si sciuerit esse filium fa-
milias, & contraxerit, licet filius ne-
gauerit gaudet restituione.
- 8 Filius si sit sexagenarius à patris po-
tentiae solutus.
- 9 Qualitas patris potestatis si est fun-
menum actoris tenetur illa probare.
- 10 Filius an in dubio presumatur legi-
timus.
- 11 Filius natura ex malicie coniugii
adulserium committit an presumaatur
legitimus etiā si alij ad eā accesserint.

Liber secundus praxis ciuilis,

- 12 Filius natus ex muliere virum habente licet mulier habitauerit exiit domum in mariti presumitur legitimus.
- 13 Filius eius si similis adultero videatur, & non marito presumitur legitimus.
- 14 Aliter vel pater afferens filium esse adulteri, presumitur legitimus.
- 15 Mulier conjugata eisam si diu steriles fecerit filius legitimus presumitur.
- 16 Filius si legitimatur, et filius adulteri presumitur legitimus.
- 17 Filius infra decem menses post mortem mariti natus presumitur legitimus.
- 18 Fili naturales an presumantur natu ex concubitu.
- 19 Maritus si praesens fuerit, & possibile est ex examine viri ortum fuisse ecenter filius legitimus, secus si fuit absens per tempus per quod impossibile sit filium ex marito genitum fuisse.
- 20 Filius non presumitur legitimus si maritus sit impotens.
- 21 Marito in anno aliqua infirmitate non presumitur legitimus si infirmitas erat tempore conceptionis.
- 22 Maritus quando tempore conceptionis reperitur senere annorum septagesimum exiit, vel & quo generare non potest.
- 23 Cum adulterio si possunt adesse nonnullae presumptio[n]es, natus non presumitur legitimus.
- 24 Quia sunt presumptio[n]es ex quibus probatur filium esse illegitimum.
- 25 Assertionem parentum filium non esse legitimum facit presumpcionem filii non esse legitimum.
- 26 Assertionem parentum de impotencia mariti facit filium non esse legitimum.
- 27 Conuersatio conjunctorum mulieris cum adultero facit presumere filium spuriu[m].
- 28 Maritus si per plures annos fecerit quod filium habere non potuit tunc presumitur spuriu[m].
- 29 Filius infirmus heres ab adultero sa-
- cit presumere filium naturalem.
- 30 Filius si alatur ab adultero, & cum misericordia scholas presumitur spuriu[m].
- 31 Indicandum est pro illa parte pro qua fortiores sum coniecturi.
- 32 Contra presumpcionem suris, & de iure non admittitur probatio in contrarium.
- 33 Quando quis omnino sine erroris ex quibus parentibus sit natus presumitur ex legitimo parente quia delictu non presumitur.
- 34 Filius natus ex duobus paribus presumitur legitimus.
- 35 Cohabientes si sint genere, & qualitas presumitur legitimus filius ex eis natus.
- 36 Cohabitatione debet esse talis, ut virus lam alicui habeat habitationem, ne si illam cum muliere, & sic presumatur legitimus filius.
- 37 Cohabitatione si alia cohererat signa arguant matrimonium.
- 38 Filius non presumitur legitimus si est natus ex duobus imparibus genere, & qualitate.
- 39 Fundans se in legitimacione eam probare debet.
- 40 Qualitas legitimacionis debet inspectie probari.
- 41 Proximitas si est probada debet probari posse si proximitatis.
- 42 Fundans se in aliqua qualitate tenetur eam probare.
- 43 Filius quando non est dissimilatus presumitur legitimus.
- 44 Reus presumitur legitimus propter possessionem.
- 45 Legitimitas non presumitur cum habeat ius commune contra se.

DE PATRIA POTESTATE quam pater habet in filios familias, de qua non liberantur, nisi probetur esse sui iuris.

§. XLIII.

Quamvis patria potestas cesseret in casibus supradictis senti-

semper præsumitur filius esse in patris potestate, donec probetur sui iuris, l. si filius, de probatio, l. si emancipati, ibi: Tequè emancipatum probatum fuerit, C. de collatio, quem ad hoc notant ibi Fulgoſ. Alex. Iaf. nota bil. 2. Decj. num. 3. & Cagnol. nu. 78. gloſ. Bart. & alij in l. 2. §. li dubitatur, quemadmodum testam. aperian. Ang. in l. fed si de sua, si de acquiren, hæredit. Cepol. caute. 118. num. 1. cum seq. Guilielm. Benedict. in cap. Rainunciūs, verb. Mater insuper cieram, nume. 3. de testam. Boeri. decif. 179. numero 2. Corne. consil. 204. lib. 3. Bertrand. cōſil. 4. eolum. 1. lib. 2. Grat. consil. 148. num. 6. lib. 2. Alciat. in tract. præſump. regu. 2. præſumpt. 2. Becci. consil. 76. num. 5. & consil. 113. num. 1. Menoch. consil. 164. num. 14. lib. 2. Clement. de patria potest. cap. fin. nume. 100. V. velembach. consil. 44. num. 73. Emancipatio enim est quid facti, & nō præſumitur, & primus naturæ status, in quo filius est natus, scilicet in patria potestate præſumitur durare, vt Guillerm. Benedict. Grat. & alij proximè citati notat. Et sic, si filius dicit quod est sui iuris per emancipationem, vel alio modo, tenetur probare. d.l. si filius, vbi Doctores de probatio. L. vbi gloſ. Bart. & alij, C. de patria potest. Boer. dicta decif. 179. num. 2. Quod procedit etiam si filius esset in quasi possessione sui iuris; nam talis possessio non relevat possessorum ab onere probandi emancipationem patris, vel legis, vt notat gloſſa in l. sicuti, q. si queratur, ff. si seruit, vendicetur, Baldus, & Alex. in l. Titia, ff. soluto matrimon. & Guillerm. Benedict. in dicto ve. b. Matrem insuper cleram, numero 4.

2 Limita tamendictam conclusionē, vt filius præsumatur esse in patris potestate, quando conſtat, quod aliquando fuit in potestate, vt tenent Alex. consilio 3. columna 2. lib. 3. & in l. 1. potest, numero 9. & 10. ff. de acqui-

renda hæredit. Galiaula in rubri. ff. de verborum obligatio. numero 160. Iaf. contitio 106. in fine, Ruin. consilio 52. numero 4. lib. 5. Bertrandus in dicto consil. 4. lib. 2. Grat. dicto consilio 148. num. 6. lib. 2. Sonin Iun. consilio 15. n. 2. lib. 2. Catelia. in memor. iur. verſic. Filius. Ferdin. V. aſquini diuer. contro. cap. 85. in fin. Alciat. in dicto tracta. præſumptio. regul. 2. præſumptio. 2. in princip. num. 5. Proplet Paſteh. consil. 110. nu. 7. cum seq. Cepha. consil. 193. n. 2. lib. 4.

3 Secundò limita, nō filius per dece-
niā seorsum à patre habitaſſet; quia
tunc præſumitur ex laplo dcc. enī em-
ancipatus, si hoc allegaret, l. 3. ff. ad
Macedonian. l. 1. ibi: Diu paſſos; vbi
gloſſa & Doctores C. de patria potesta-
te, & in l. 2. C. si aduersus rem iudic.
Bald. in l. post mortem, in fine, ff. de
adoptio. Cagnol. in dicta l. si emancipa-
tio, numero 83. cum seq. C. decolla-
tio. Alciat. consilio 152. numero 4.
& in dicto tractatu præſumptio. regu-
la 2. præſumptio. 2. num. 2. Beccius. di-
cto consil. 113. n. 13.

4 Quod debet intelligi patre sciente
& consentiente, & filio negocia. re,
vt colligitur ex dictis Doctribus, &
probatur ex l. 4. tit. 1. Part. 5. quz licet
ioquatur in mutuo, in quo filii fami-
liae non obligatur; à fortiori idem di-
cendum est in aliis contractibus, vel
negociis.

5 Tertiò limita, vt non procedat
quotiescumque filii in familiā tempo-
re contractus est interrogatus, an
habeat parentē familiā, vel sit sui
iuris, & ipse dicat quod non ha-
bet parentē, vel quod est sui iuris
q. nam tunc præſumitur dicere
veritatem, quam si non dicat, ex
ſolo mendacio teneat extare con-
tractui, ex eo, quia negavit veri-
tatem, vt notat Tiraquellus post le-
ges connubial. gloſſa 8. numero 135.
cum aliis ſequentib. & Lamberteng.
de contract. gloſſa 8. num. 59. cum aliis
seq.

Liber secundus praxis ciuilis,

sequentibus, & Ioan. Gutier. in Autent. sacramenta puberum, n. 55. cum seq. C. si aduersus vendit. & probatur ex d.l. 4. tit. i. Parti. 5. Quod intellige absque praetudicio patris, cum ei nocere non debeat dolus & tunc si lji, per ea, quæ notat Tiraq. in d. gio. fa 8. n. 141. & quæ diximus supra in 6. 9. in 46. extensione ad l. 55. Tauri, & in extensione 59.

Quod primò intellige, ut procedat quotiescumque filius: amilias fecies se habere patrem id negavit, quod presumitur probato mendacio: secus verò si haberet iustam causam credē di se non habere patrem, ut si nuntia tum esset ei mortuum esse cum sit vi uus, ut notat idem Ioan. Gutier. in dicta Autent. sacramenta puberum, n. 64. cum aliis anteceden. C. si aduersus vēditio. licet contrarium sentiat Gregorius in dicta l. 4. verb. E lo negasse.

Secundo intellige, ut procedat quādo interrogare ne fecire illum esse filium familiæ; secus si fecire quia tunc non iuaretur ex tali mediatio, ut notat Gregor. Lopez in dicta l. 4. verbo, *Mentira*. Quod etiam ibi limitat secundum Angel. in l. 1. C. ad Macedonia. si mutuans fuisse deceptus ignorantia iuris, vel vana simplicitate, per l. si quis patrem, ff. ad Macedonia.

Quarto limita, ut non procedat dicta principalis conclusio, quādo filius esset quinquagenerius, vel ultra; quia à communiter accidentibus non solēt filii patres habere in illa cetera, ut sentit Cagnolius in dicta l. si emancipati, n. 52. quem resert & sequitur Clemē. de patria potest. c. fin. n. 102.

Ex his tandem inferitur, quod quāuis in auctore qualitas patris potestatis sit fundamentum suz intentionis, & teneatur illam probare, ut post Bar. Bertrand. & Aymonē declarat & cōcludit Tellus Fernand. in l. 1. Tauri, numero 5. & tradit etiam Corne. consil. 45. numero 2. & consilio 68. nume-

ro 3. lib. 1. & consil. 204. num. 1. & consil. 208. num. 6. lib. 3. sufficit probare, aliquando fuisse in patria potestate, licet non probet de præsenti in eaesse, vt dicti Doctoris tenent, per ea quæ supra in numero primo cum seq. dixi mus.

10 Sed quid dicendum in legitimitate, an præsumatur indubio quis filius legitimus. Et dicendum est, quod si cut præsumitur filius esse in patris potestate, ita etiam præsumitur indubio legitimus; nam licet matrimonium, cuius facti, non præsumatur, & illud alleganti incumbit onus probandi, Autent. quibus modis naturales efficiā. legit. q. quoniam, collat. 7. cap. illur, vbi glo. & Abb. num. 8. & 14. de præsumptio. cap. aliter, 30. quæ fl. 5. tenet Bald. in l. non epistolis, in fin. de probatio. Salicet. in l. si vicinis, n. mme. 2. C. de nupt. Soc. in. consil. 39. nume. 5. lib. 1. vbi hanc testatur communē, Corneus consil. 68. num. 14. lib. 1. Alcia. in tract. præsumption. regu. 2. præsum. 2: numero 5. plures referens Ioan. a Rojas in epito. successio. cap. 10. num. 15. Vv. v. e. b. ch. in consil. 44. nume. 14. & 32. Tamen filius præsumitur legitimus, l. si filius, ff. de probatio. & tenet Alex. & alij in l. si emancipati, C. de collatio. Iaf. in l. qui se patris, colum. 3. C. vnde liberi, Ruin. consil. 109 in fin. lib. 1. Grammat. decisi. 12. n. 10. Palest. in tract. de nothis spuriisque filiis, c. 20. n. 3. Ceph. cōsi. 435. n. 81. lib. 3.

Sed quia hoc absque distinctione non procedit, ideo aliquot casus distinguendum est. Et prius est, quādo constat, matrimonium fuisse cōtractum; inter duos tamen est dubium, an natus ex muliere sit legitimus, vel non; ex quo constat, mulierem illam adulterium commississe; & tunc præsumitur filius legitimus natus ex marito & vxore, etiam si alij ad eam accessissent, l. miles, s. defuncto, ff. ad legem Iulia. de adulterio. l. quia semper,

per, si de in ius vocan. l. si vicinus, C. de nupt. l. 9. tit. 14. Parti. 2. 1. 7. titu. 2. Parti. 4. Notant & declarant Ioseph. Mascari. concl. 79. 8. & Abb. Felis. & Deci. in e. per tuas, in princ. de probatio. Hippolin. l. 1. §. ad quæstionem, n. me. 20. #. de quæstio. & in rubr. n. 51. si. pe fide iusso. & in l. 1. n. 70. C. de fide car. Alex. consil. 88. num. 6. lib. 7. Deci. consil. 272. n. 2. & consil. 288. in princ. & consil. 576. n. 10. & consil. 657. Gozad. consil. 13. num. 4. 8. Paris. consil. 10. n. me. 4. & consil. 11. num. 13. & consil. 22. n. 12. lib. 2. Paley. de nothis spuriis; si. liss. c. 2. 4. i. prim. & c. 2. n. 4. Curt. Iud. cōsil. 31. n. 3. Alci. reg. 3. præf. 37. Port. com. cōsil. 18. Ioan. Lop. in reb. 6. 60. dum. 1. 5. Greg. Lop. in d. 1. 9. titu. 14. Parti. 2. & in d. 1. 7. tit. 2. Parti. 4. Tell. Fernandez. in 13. Tauri in principi. Joana Rojas plures referunt in epist. successio. cap. 2. num. 25. Alfanus in dicto §. defuncto, & in collect. iur. 47. Gabrie. Roman. in suis conclu. lib. 1. de præsumptio. concl. 13. Gerard. Mazoll. consil. 89. num. 14. cum aliis seq. quentib. Rolandus consil. 11. nume. 3. & 5. cum seq. lib. 4. Menoch. de arbitriar. jud. lib. 2. centu. 1. casu. 89. nu. 20. cum seq. & consil. 199. num. 55. lib. 2. Bursat. consil. 88. num. 4. lib. 1. Simon de Præt. consil. 8. num. 2. Tiber. De cia. respon. 1. num. 78. & 97. lib. 3. Et ratio est: quia cu imposibile sit quondam filius sit mariti & adulteri, præsumitur potius fauere matrimonij esse mariti, quia adulteri; quia indubio quod honestus est præsumi debet, vt docet Bald. in l. filium cum diffinimus, nu. 1. si. de his, qui sunt sui vel alieni iur. Abb. in cap. intelligimus, de adult. & in cap. ex transmisse, n. 9. qui filii sunt legit. Et indubio, benignior & favorabilior præsumptio sumenda est, cap. store, de reg. iur. l. Artianus, si. de actio. & obligat. l. merito, si. pro socio; & notant. predicti. Doctori.

12 Quam conclusionem primo exte-

dē, vt procedat etiam; si mulier habitet extra domum mariti, si ad eam maritus accedere solebat, vt notat Barbat. consil. 58. lib. 2. Alex. dicto cōsil. 88. num. 7. lib. 7. Deci. consil. 657. num. 3. Paley. dicto cap. 24. nume. 8. Mazoll. dicto consil. 89. num. 18. Menoch. dicto lib. 2. de arbitrii iudic. cōsil. 13. casu. 89. num. 25. Inimo plures extendit. Basb. dicto cōsil. 58. vt procedat etiam; si mulier extaret in domo, adulteri, dum tamen maritus pro libero ad eam accessum haberet; quem refert & sequitur Mazoll. dicto consil. 89. num. 19. multoq. p. 13

13 Secundō extende, vt procedat etiā filius similis adultero videatur; & non marito, l. fin. 6. penult. si. ad moni cipal. l. quod si nolit, si. si mācipia, si. de edilic. edif. Ioana Rojas in dicto epit. successio. cap. 2. num. 27. Mazoll. dicto consil. 89. num. 25. Erratio est, quia talis similitudo solēt causare ex cogitatione mulieris tempore conceptionis, vt notat glossa in liquerit aliquis, si de veri borum significat. & in ligno sunt liberi, si de statu homini. & Iasi late in l. Gallus, in princip. numero 67. cum seq. si. de liber. & posthum.

14 Tertiō extende, vt procedat, etiā simiter vel patre afferat filium esse adulteri, i. & non mariti; nam etiam in hoc casu censetur filius legitimus, l. i. & si quis ab aliquo, vbi Bart. & alij notant, si de carbo. edict. l. fin. 6. mulier juncta, ibi glossa fin. si. de probatio. l. neque affluerat, vbi Bal. & Salier. C. de probatio. l. 9. titulo 14. Parti. 3. & tenent plures glossæ & Doctores, qnos refert & sequitur Joannes a Rojas in dicto cap. 2. nume. 28. Soci. Lun consil. 79. n. 15. lib. 2. Porti. cōsil. 39 n. 52. Mazoll. dicto consil. 89. n. 24. cū seq. & n. 30. & 33. Menoch. d. lib. 2. de arbitriar. iudic. centuria 1. casu 89. Roland. consilio 11. numero 10. cum seq. libro 4. qui alios plures referunt. Quid intellige, nisi cum assertione paren-

Liber secundus praxis ciuilis,

parentum concurrent aliz coniecturæ, vt notant Alciat. de præsumptio. dicta regu.3. præsumpt.37. num.9. Paris. consil.10. num.45. lib.2. Cephaicō fil.440. num.92. lib.3. Gabr. Roma. suis commun. opin. lib.1. titu. de præsumptio. conclu.14. num.14. Roland. d. consil.11. n.2. lib.4.

15 Quartò extende, vt procedaretia, si mulier diu sit sterilis: nam etiam in hoc casu filius præsumitur legitimus, vt notant Ruin. consil.53. colu.2. lib.5. Veroi. consil.162. num.3. & 12. lib.24. Palet. in dicto cap.24. n.5. Alciat. dicta regu.3. præsumpt.37. num.8. Petri. Dueñas regu.33.4. num.6. Menoch. dicto casu 89. num.31. Roland. d. consil.11. n.7. lib.4.

16 Quintò extende, vt procedeat etiā, si filius legitimetur vt filius adulteri, secundum Barbat. cōsil.27. quem referunt & sequitur Mazolkas dicto consilio 89. num.33.

Nec obstat si dicatur, quod in sen tentia antiqua præsumitur solemnitas citationis, vt notant Doctores in l. sciendum, ff. de verborum obligat. & in cap. sicut, de se iudicata. Nam ilud procedit, quando sententia lata est, patribus presentibus, vt tradit Fe lin. in d. c. sicut; quem ibi sequitur aliij Doctores, & Aymon Craueta de antiquitate tempor. 2. par. verb. Sed & ista limitatio, num. 15. qui hanc testatur communem opinionem.

36 Secundò limita dictam tertiam exté sionem, vt procedat, quando cum tali exemplo antiquo concurrit pos sessio continua cum pacientia adver-

duersarij, nam tunc licet in iali exē-
plo non fiat mentio solemnitatis pro-
bat, ut tenent Alexander conf.1. lib.
4. Brunus conf.91.col.1. Felinus in di-
cto cap. sicut, num. 30. de re iudica. &
in dicto cap. Albericus, colum.2. de
testibus, & in cap. illud. nu. 6. de præ-
sumptio. Aymon de ant' quitate tem-
por. 3. par. cap. vidimus, nume. 18. Co-
uar. in dicto cap. 21. practic. quæstio.
num. 7. qui alios refert. Lofredus cōf.
fil. 44. num. 6. Et ratio est, quia de-
fectus scripturæ suppletur per obser-
vantiam subsequuntur, ut tradit Crā
uet. conf. 158 num. 1. & conf. 274. num.
9. Cephalus confil. 162. num. 20.
lib. 2.

37 Tertio limita, & intellige dictam
conclusionem, ut procedat quando
cum talij exemplo antiquo concurrūt
alia indicia, & conjecturæ quibus exē-
plum verum appareat: nam tunc absq;
mentione solemnitatis probaret, ut
tenent Guid. Pap. decif. 301. num. 1. &
Capel. Tholo. decif. 379. Exidi. Bella-
me. decif. 70. num. 3. Aymon de anti-
quitate temporum. 2. parte, nume-
ro 69.

38 Quarto limita, ut procedat, quan-
do viajus instrumēti sumpta sunt plu-
ra exempla antiqua: nam tunc licet in
eis non fiat mentio citationis, & so-
lemnitatis probant secus si vnum so-
lum sumptum esset absque mentio-
ne citationis, ut novent Innocentius,
Iohannis Andr. Anto. de Butrio. Ab-
bas. Iml. Francise. de Aret. & Felini-
us in dicto capite cum causam, de
probat. Albericus, Baldus, Salicetus,
Castrensi. Angelus, Alexander, & Ia-
son in l. cum aliquis. C. de iure deli-
ber. Lofredus in dicto conf. 44 nu-
mero 6.

39 Quinto limita, ut procedat quan-
do contra tale exemplum antiquum
non reperitur aliud instrumentum,
quod contineat factum, vel disposi-
tionem contrariam illius rei de qua
loquitur exemplum antiquum secus

vero si repertum esset aliud instru-
mentum authenticum continens te-
norem, vel effectum diuersum in eo
dem factō, vel negocio exēpli quod
aliter, vel in contrarium probaret, ut
notat Innocentius in dicto cap. cum
causam quem ibi sequuntur Iohannis
Andr. & alij de probatio. vbi Felinus
hanc testatur communenti opinionē.
Archidiaconus in cap. plurest 6. quæ-
stio. 1. & in cap. inter memoratos ea-
dem quæstio. Lofredus dicto con-
fil. 44. num. 8. Et ratio huius limita-
tionis est, quia exempla antiqua etiā
si plura sint non faciunt plenam pro-
bationem, sed tantum indicia, & con-
jecturas, venient. Doctores in locis
supra citatis, & ideo admittuntur, &
probant, quia in antiquis fariis dicitur
quis probare suam intentionem per
indicia, & conjecturas, quando alia
probatio haberi non potest, quia ut
supradictum est lex contenta est his
probationibus quæ haberi possunt,
sed quando reperitur aliud instru-
mentum authenticum, tunc cessant in-
dicie, & conjecturæ exempli, quia ta-
le instrumentum facit probationem
promptam, manifestam, realem. pro-
batam, evidentissimam, liquidam, pa-
tentem, certam, indubitatam, notoriā
& quæ non indiget discussione, sine
deceptione fori. l. cum precibus, de
probatio. cap. ad audientiam de pre-
scriptio. cap. si cautio, de fide instru-
notant Bartolus, & moderni in lege
1. in principio. ff. de noui oper. nuntia-
tio, & late tradit. Tiraquellus de re-
tract. Lignag. §. 2. glof. 1. nume. 1. cōf.
sequent. Nat. conf. 102. num. 8. & cōf.
543 num. 29. Portius conf. 100. num.
6. & conf. 139. num. 1. Roladus conf.
75. num. 19. lib. 2. Cephalus confil. 4.
num. 20. cum sequent. lib. 1. Riminal.
Junior conf. 5. num. 40. & confil. 12.
num. 108. lib. 1. Et sic probatio poten-
tior confundit minis potenter. lob-
carmen. §. si testes ff. de testibus. So-
cinus confil. 266. & conf. 27. libro 2.

Liber secundus praxis ciuilis,

& duorum aduersariorum plenior,
& certior probatio praevaler. l. final.
C. de editio diuui Adrian. toll. Bald.
consilio 590. columna 1.lib. 2. & præ-
sumptio minus fortis tollitur per tor-
tiorem præsumptionem. l. non solum
fide rit. nupt. l. cum de ætate. ff. de
probatio. l. mater, vbi Angelus, & Sa-
licetus. C. de calumniatoribus. Por-
ti. cons. 55. numero 79. & consil. 19.
num. 57.

40 Sexto limita, vt non procedat, quā
do exemplum antiquum redditus sus-
pectum non solum vicio intrinseco,
seu visibili, vt quando est ab rassum
concealatum, aut interlineatum, vel
habeat aliquod aliud vicium simile,
que suspicio habetur pro falsitate, ni
si expieſſe contrarium probetur. l. iu-
bernius. C. de probatio. cap. inter de-
lictos. §. instrumento, de fide instru-
men. cap. olim ex literis d e r e s c r i p t .
Innocentius & alij in cap. 1. de fide
instrument. specul. in titu. de instru-
mento. & breuiter. num. 13. Castrenſ. &
alij in dicta lege iubemus. Sed etiam
quando redditus suspectum vicio ex
trinseco, & inuisibili, vt quia conti-
nent aliquid non verisimile, vel pro-
ducitur fere extra tempus cum po-
tuisset prius produci tempore com-
modo, vel quia numquam fuit facta
mentio de eo in negotijs in quibus
verisimiliter talis metio fieri debuit-
set, vel si habeat aliquam alias simi-
lem suspicionem: nam tunc tale ex-
emplum, vel instrumentum censetur
suspectum non q; idem suspicione iu-
ris propriæ, sed suspicione hominis,
quia est in arbitraris iudic. adhibere,
vel non adhibere ei fidem ea gene-
rali ratione qui dicunt Doctores pro-
bationes esse arbitrarias, vt in lege
tertia. ff. de testibus. Decius consil-
lio 650. & 652. Menochius libro se-
cundo de arbitrio iudicis, centuria
prima, casu 90. per totum, & cum ar-
bitrium iudicis regulari debeat se-
cundum mentem legum, & commu-

nes regulas, & naturales, ac proba-
biles iationes, vt notat gloria in lege
si qua pena, in fine, vbi Bartolus. ff.
de verborum significatio. iudex de-
bet in hoc casu arbitrium suum in-
clinare contra tale exemplum, vel
instrumentum, ita suspectum, & fi-
dei ei non adhibere, vt concludit
Baldus in lege secunda. C. de fide in-
strument. Angelus in lege, vel nega-
re. §. diem. ff. quemadmodum testam.
aperi. Felinus in capite auditio. nume-
ro 23. de prescriptio. Curtius Senior
consilio trigesimo septimo, columna
final. Curtius Junior consilio 17. nu-
mero sexto, & consilio 64. Abbas cō
filio 99. libro primo. Iason consil. 168.
columna secunda, libro quarto. Soci-
nus consil. 98. col. 1. lib. 3. Crauer. con-
silio 134. numero 36. Alba. consil. 70.
numero 9. & consilio 95. numero 4.
& consilio 99. numero 6. & 7. & fac-
cit textus in capite inter dilectos, ver-
siculo, in omnibus autem Imperiali-
bus priuilegijs, vbi sententia de qua
ibi agitur vīla fuit suspecta, quia de
ea numquam fuit facta mentio in pri-
uilegijs Imperialibus cum verissimi
liter talis mentio fieri debuisset.

41 Septimo limita, vt non procedat
in probatione institutionis maioratu-
s in quo casu necessarium est in-
strumentum originale authenticum,
& non sufficit exemplum quantum-
cumque antiquissimum, vtcolligitur
ex l. 41. Tauri, quæ est l. 1. tit. 7. lib. 5.
recopilatio. ibi. Atandamos que elna
gorazgo se pueda preuar por la escri-
tura de la institucion del, con la escri-
tura de la licencia del Rey que la dio,
siendo tales las escrituras, que hagen
see, &c. Y asi mismo por los un bra
inmemorial, pronada con las calida-
des que conciyan, &c. Ex quibus
verbis clare pribatur, q; ed dicta
lex loquitur in maioratu antiquis
cum dicat primogeniū probari pos-
se per scripturam authenticam eius
institutionis, vel per consuetudinem
imma.e.

immemorialem, & mentionem non facit de ea probatione quæ sit per testes deponentes de ipso actu institutionis quæ sufficit ad probandum pri mogenium de cuius principio, aut institutione memoria extat, quod etiā colligitur, nam sicut consuetudo im memorialis presupponit tempus antiquum similiter dicta l. presupponit dictam scripturam antiquam, nam quādo ex vnius. l. decisione sunt duo æquiparata dispositum in uno semper in alio dispositum esse censetur, & qualitas quæ in uno requiriuntur in alio est necessaria. l. 1. vbi Doctores. ff. de leg. 1. l. fin. vbi etiam scribentes C. de collation. Iason in l. 2. §. & haruth. nu. 15. ff. de verbis. oblig. ex quo inseritur, quod cum hodie per dictā l. Tauri ad probationem maioratus sit necessaria consuetudo in rememorialis cum suis qualitatibus, & non sufficit probatio per testes de auditu, vel per publicam vocem, & famam, vel presumptiones quæ de iure communi sufficiens probatio erat, vt supra late dictum est pari etiam ratione non sufficit probatio exemplarum quæ etiam si in eo facta sit mentio citationis, sed necessaria erit scriptura authentica hoc est originalis, aut exemplum sumptum auctoritate judicis, & cum partis citatione, vt in dicta authentica si quis in aliquo documento. C. de edendo, & in l. procurator in fine eodem titulo, quo in tantum procedit, vt non solum si vnu verum & iam si centum notarij exemplarēt, & testentur se vidisse originale non viciatum, & sine macula, & exemplum cum illo concordasse, vt notat Albericus, Angelus, Castrinus, Iason, & communiter Doctores in dicta authentica, si quis in aliquo documento. C. de edendo. Quid etiam procedit si tempore quo instrumentum fuit, exemplatum nullus aduersarius certus esset, qui citari possit nam ad hue exemplatio non potest fieri nisi procedat citatio per editum soleme, vt tenent Innocentius numero 6. Abbas num. 5. & Felinus num. 1. in cap. Albericus de testibus, quos feci tur Ludouicus de Molina dicto libro te tio, capite decimotertio, numero 49.

42

Ostuo limita, quādo tractatur de modico præiudicio, nam tunc exemplum in antiquis probat etiam in eo non sit facta mentio citationis, & solemnitatis requisitor, vt notat Baldus. in cap. cum contingat columna. 2. de rescript. Balb. de præscriptio. t. part. 3. parte. §. decimo quarto, numer. 29. Mactu in glossario iur. claf. 6. num. 5. Lofredus dicto consil. 44. nume. 6.

& ita potest intelligi opinio De cito rū quos supra in principio huius tertie extensionis citabimus.

Illud ictamen in hac parte obseruan dum erit, quod in omnibus rebus in quibus propter antiquitatem temporis, vel propter aliam rationem dicti cile est probationem claram, ac liquide habere index debet eas probationes admittere, quæ eum in vehementem opinionem trahunt considerans, quod lex suscipi vult in congruam probationem, vbi congruad facile reperi non possit, vt in dicta l. consensu. §. super plagijs. C. de repudijs, & in l. si vicinis. C. de nupt. & in cap. veniens, el 2 de testibus, tradit Iason in l. si quis ex argentiarijs. §. fin. ff. de edendo, & in l. prætor ait. §. prætor, num. 23. cum sequent. eodem tit. Nat. conf. 235. nu. 9. lib. 2.

In alijs vero casib⁹ non antiquis regulariter exemplum non probat, nisi fuerit sumptum auctoritate iudicis, & cum partis citatore, vt probat expresse textus in dicta authentica si quis in aliquo documento. C. de edendo, & in dicta l. procurator in fine eodem titulo, quo in tantum procedit, vt non solum si vnu verum & iam si centum notarij exemplarēt, & testentur se vidisse originale non viciatum, & sine macula, & exemplum cum illo concordasse, vt notat Albericus, Angelus, Castrinus, Iason, & communiter Doctores in dicta authentica, si quis in aliquo documento. C. de edendo. Quid etiam procedit si tempore quo instrumentum fuit, exemplatum nullus aduersarius certus esset, qui citari possit nam ad hue exemplatio non potest fieri nisi procedat citatio per editum soleme, vt tenent Innocentius numero 6. Abbas num. 5. & Felinus num. 1. in cap. Albericus de testibus, quos feci tur Ludouicus de Molina dicto libro te tio, capite decimotertio, numero 49.

Sexta

Liber secundus praxis ciuilis,

- 44 Sexta coniectura ad probandum in antiquis filiationem est ea quæ sumuntur ex libris antiquis historiarum, qui in antiquis probant. cap. cum causa vbi Holliens. Anton. & alij de probatio glof. quam ibi sequuntur scribentes in ea inter dilectos de fide instruunt. Bartolus, & moderni in L. ff. si cerium petatur. Donii. in cap. quamuis. 22. distinct. Bellam. docil. 70. per totam.
- 45 Septima coniectura est, cujus etiam sumuntur in literis in marmoribus, seu lapidibus sculptis, quæ litera in antiquis probant, ut notat glossa, & scribentes in dicto cap. cū causam, de probatio glof. in L. monumētorum in fine ff. de religio. & sumpt. funer. quā ibi sequuntur Bartolus, & Baldus idē Bartolus in lege quod si locus eodē titulo, & in lege i. ff. de al. scriben. Albericus in lege in finalibus. ff. fini. regund:
- 46 Octava cōiectura est depositio testium de auditu, qui in antiquis etiam sine probatione fama probat cap. licet ex quadam, vbi Abbas num. 3. de testibus, notat glof. Bartolus & Dostores in l. 2. §. idem libeo. ff. de aqua p. u. arcē. Bart. & alij in L. i. arbitri. ff. probatio. & in lege testium. C de testibus. Innocentius in cap. quid per nouale & in cap. veniente de verbo, significat. idem Bartolus in tractatu de testibus, versic. huius etiam de rem Aretinus in cap. tam hieris de testib. vbi hanc testatur communem, & cōfilio 37. n. mter. 4: quireprahedit Dostores tenentes vna cum testimonio auditus debere concurrere probatio non fame. Alexander cōfil. 187. lib. 2. Jason cōfil. 128. lib. 1. Soci. Iunior cōfil. 205. lib. 2. Décius cōfil. 321. num. 8. Ruinus cōfil. 14. num. 8. lib. 4. Soc. Iunior cōfil. 89. num. 15. lib. 2. Aymon de antiquita. tempor. 1. par. num. 305. Anto. Gabriel lib. 1. de testibus, conclus. 3. num. 1. cum alijs secundūt. vbi hanc testatur magis communem op-
- 46 nionem, & eam limitat, & declarat Porti alios allegat cōfil. 39. num. 8. Rimi. Iunior cōfil. 23. num. 290. lib. 1 dicēs, quod si esset necessaria fama cum testimonio de auditu nihil fama operaretur de per se, nec vla esset virtus cum communis sit opinio, quod sola fama de per se sufficit, vt supra in quarta coniectura diximus. Quod etiam procedit in probatione finiorum qui in antiquis probantur per testimonium de auditu, ut probant Guid. Papa decilio. 19. & Afflitus decif. 267. num. 3. & 6. Porti. dicto cōfil. 39. num. 1. Et a fortiori in filiationibus & matrimonij probādis pro quibus in dubio solet iudicari. cap. final, de re iudic. Roia in nouissim decilio. 8. titulo de restitut. spoliat. Guid Pap. Affl. & Port. in loco proxime citatis.
- 47 Hanc tamē coniecturam intelligo procedere si testes deponant id audiuisse ab honestis, & granibus personis, ut sentiunt Soci. Iun. dicto cōfilio 89. nu. 15. lib. 2. & Rimi. Iun. cons. 143. nu. 8. lib. 2.
- 48 Etest hic notandum, quod in materia probationis antiquitatis tempus antiquum dicitur ultra cētum annos ut notat Alex. & Ias. in Lcū aliquis. C. de iure deliberādi, vbi hāc testatur eōm. op. Dec. cōfil. 13. col. 6. deci. Neapolit. 245. Boenius decif. 39. cel. 4. Aymo Craueta de antiqui. temp. in principio Porti. dicto cōfil. 39. num. 1. alios referēs. & latius n. m. 34: vbi hāc testatur communem opinio rem. R. miraldus Iunior dicto cōfil. 23. n. m. 2. lib. 1. sed vide dicta in cap. de potestate agendi nomine aliero.
- 49 Nona cōiectura nascitur ex cōfessione parēti m. facta in iudicio. nondū sunt cōiuges: ram ex hac cōiectura filii p̄fēmūtur legitimi. cap. 2. vbi Abbas notab. 2. de clandesli. de fſ ſātio. ſpecul. in titulo de cōfessis. 8. ſe- cuitur. num. 3. Baldus in lege i. r. m. 35. C. de cōfessis. Felin. in capite con-

De exercit.pract.actio. Cap.I. 95

sanguinei in principio de re iudica. Roma. cōsili. 367. colum. 1. & cōsili. 106. colum. 2. Decius cōsili. 133. & 163. quae sequitur Cephalus cōsili. 435. num. 57. libro 3. Quod procedit etiam si cōfessio sit extra judicialis dummodo principaliter, & de per se fiat gl. & Doctores in lege fina. ff. de probatio. Gozadi. cōsili. 13. nume. 43. Parisius plures referēt cōsili. 10. nume. 44. Cephalus loco proxime citato. Maxime quādo talis cōfessio est geminata, vt notat Doctores in legē nec professio. C. de testamēt. Parisius cōsili. 12. num. 238. libro 2. Decius consili. 133. nume. 1. Soci. Iunior cōsili. 89. nume. 5. & 11. lib. 2. Quae conclusio sine dubio procedit quādo nō est in prījudiciū alterius matrimonij. glof. in capite si quisdiuinis. verbo. cōfessione. 30. quae sīlo. 5. glo. Abbas & alij in cap. super eo de eo, qui cognouit cōsangui. vxo ris sui. Alexāder cōsili. 151. colum. 2. libro 5. Decius dicto cōsili. 113. numer. 1. Paris qui alios citat cōsili. 13. nume. 25. libro 2. quos sequitur Cephalus dicit. cōsili. 435. nume. 60. lib. 3. qui latius hoc declarat.

49 Decima cōiectura est, quae sumatur ex similitudine, vt tenet Iacobus de Veluilio in lege 1.C. querumbonorum. Coras. lib. 2. Mischell. iuris. ca. 22. & aliquibus fundamētis comprobāt Marius Solomoniūs numero 60. & Alciatus numero 36. in lege Gallus in principio. ff. de liberis & posthumis. Contrariam tamen opinionem tenent Bartolus, & Iason numero 67. in secunda lectura in dicta lege Gallus. Ruinus consilio 53. numero 9. libro 5. Parisius consilio 10. numero 13. libro 2. quos sequitur Menochius libro 2. de arbitra. iudi. centuria prima. casu 89. nume. 97. dicentes, quod hæc similitudo non ex alio prouenit quam ex mulieris imagine tempore conceptionis, vt notat glossa in lege quærit aliquis de verborum signific. & in l. non sunt liberi. ff. de statu ho-

mi. de qua ratione post Tiraquellus Neuiz. & Silu. nup. multa refert. Me nochius dicto casu 89. nume. 98. cum alijs sequent. & idem tenet Ioannis à Rojas in epitome successio. cap. 2. nume. 1027. Sed quamvis hæc conjectura de per se non sit sufficiens a l probationem filiationis tamen coniūcta cum alijs probat, quia in his, quæ difficilis sunt probationis, vt est filia tio præsumptiones, & imperfætæ probatioes coniungantur, vt notat Alexander consilio 24. columna fina li. libro 2. Decius id cap. cum causam columnam penultimam de probation. Curtius Iunior consilio 289. numero 14. & 15. Socinas Iunior consilio 39. numero 6. cum sequent. libro 1. Parisius consilio 13. numero 18. libro 2. Riminaldus Iunior consilio 23. numero 30 o. cum alijs infra alle gandis.

50 Vndécima conjectura est nominis similitudo, vt notat Baldus in capite tam. colum. penultima de ordi. cogni. Alciatus libro 4. disputatio. cap. 1. Orosius in lege filium cum diffini mus, numero 15. ff. de his qui sunt sui, vel alieni iur.

51 Duodecima conjectura est scrip tura patris in qua scribit nativitatem filiorum, vt notant Doctores in dict. lege filium eum diffini mus. ff. de his, qui sunt sui. glossa in §. fina. institut. de ingenu. Baldus in lege neque, numero 2. de probatio. Salicetus in le ge si minorem. C. de restitut. mino. Menochius lib. 2. de arbitr. a. iud. c. et. t. nu. 80.

52 Tertiadecima conjectura est alimen torum præstatio, vt notant glof. & Doctores in capite per tuas, vbi Baldus numero quinto de probatio. Orosius & alij in dicta lege filium eum diffini mus. Porti. consilio 9. numero 18. Ioannis à Rojas in epitome succession. cap. 10. numero 47. cum sequent.

53 Decimaquarta conjectura est, quæ colli-

Liber secundus praxis ciuilis,

colligitur ex vestimentis, nam vestimenta filij à famulis diversa filiationem arguunt, ut notat Baldus in dicto capite per tuas. Orosci. in dicta l. filium eum disfinimus, nume. 12. Antonius Nat. consilio 235. numero 2. libro 2.

54 Decimaquinta coniectura est mis-
sio ad scholas, vt tenent Baldus, &
alij in dicto capite per tuas de proba-
tio. Orosci. post alios in dicta lege fi-
lium eum disfinimus nume. 12. ff. de
his qui sunt sui. Natta d. conf. 235. nu-
mero 2. libro 2.

55 Decimasexta coniectura quando
parentes instituunt filium bonis arti-
bus. I. quidam cum filium. ff. de ver-
borum obligatio. vbi Bartolus in fi-
ne. Hostiens. Bernard. Abbas numer.
3. AEgid. num. 1. in dicto c. per tuas,
de probatio. Porti. consilio 39. nu-
mero 18.

56 Decimaseptima coniectura est,
quando duo cohabitauerunt simul
tanquam vir, & vxor, & inuicem in-
ter se vocabantur coniuges, quia tūc
præsumuntur tales saltem quo ad le-
gitimitatem filiorum. I. in libere. ff.
de rit. nupt. glori. in cap. 1. 30. quæst. 3.
Innocentius in cap. ex parte de restitu-
tut. spoliato. Abbas, & Imola in cap.
illud de præsumptio. idem Abbas in
cap. ex tenore, & in cap. lator qui filii
sint legiti. Felinus in dicto capite
illud, numero 5. Decius in capite Ec-
clesiz sanctz Mariz, numero 44. de
constitutio. & in I. nuptias. num. 44.
de regul. iur. & in conf. 153. numer. 2.
Cagnolus in l. si qua illustres. nume.
12. C. ad orficia. Paleot. in tractatu de
notis spur. quæ filijs. cap. 19. numero
12. & cap. 20. numero 4. Curtius Iu-
nior consilio 52. numero 3. Parisius
consilio 13. numero 22. libro 2. Soci-
nus Iunior consilio 39. num. 17. lib. 3.
Couvarrubias in epitome de sponsal.
z. p. r. c. 1. nu. 5. Menoch. conf. 199. nu.
48. lib. 2. Ceph. conf. 43. nu. 64. lib. 3.
& conf. 503. nu. 3. & z 8. lib. 4.

57 Decimaoctaua coniectura est quā
do mulier administrat pro sui libito
ea quæ sunt in domo, & affectione
maritali vir eam teneret, & amat, nam
talies est coniectura, & præsumptio
contracti matrimonij saltem re:pe-
etu legitimacionis filiorum, ut nota
Bartolus in lege vxor. §. sed si ea. ff.
de adult. & in lege 1. §. ad quæstionē
ff. de quæstio. Angelus in authentica
de triene, & semiſſa. §. cōſideremus
numero 10. collat. Decius consil. 322.
numero 12. Ruinus consilio 128. nu-
mero 7. libro 4. Parisius consilio 13.
numero 17. libro 3. Menochius dicto
consilio 199. numero 50. libro 2. Ce
phalus dicto consilio 435. numer. 56.
libro 3.

58 Decimanona coniectura est, quæ
sumitur ex habitu mulieris, nam ha-
bitus facit coniecturam contracti ma-
trimonij. I. item apud Labeonem. §. si
quis virginem. ff. de iniur. cap. in au-
dientiam de sententia excommunic.
Docto. es in dicto cap. illud de præ-
sumptio. Cephalus dicto cōſilio 435.
numero 65. cum sequentibus, libr. 3.
Menochius dicto consilio 199. nume-
ro 52. libro 2. Et ita annullus infert
coniecturam contracti matrimonij,
ut notat Aretinus consilio 13. nume-
ro 4. Imola consilio 161. numero 6.
Abbas, Felinus, & alij in dicto capite
illud de præsumptio. Grammat. con-
silio 26. numero 14. declarat Meno-
ch. plures allegans in d. conf. 199. nu-
mero 52. lib. 2.

59 Vigesimalis coniectura sumitur ex
honoratis, ac pomposis funeralibus,
vt tenent Hostiens. Antonius de Bu-
trio, & Imola in d. c. illud de præsum-
ptio. Cephalus dicto cōſ. 435. nu. 66.
b. 3.

60 Vigesimalis prima coniectura est, quæ
dopost spōſalia sequitur carnalis co-
pula. cap. 15. qui fidem de spōſalib. c.
veniēs, el 2. in princ. de præsumpt. gl.
& Abb. in cap. per tuas de conditio.
Appo. Gozad. conf. 77.

Vige-

61 Vigesimasecunda coiectuia est instrumentum in quo continentur pata donalia, & cuncta matrimonialia, ut notat Alexander in lege 1. in principio, numero 12. ff. de noui ope. nuntia. Cephalus consilio 38. numero 11. lib. 3.

62 Ex his itaque coniecturis probatur filiatio quarum aliorum per se sunt sufficietes aliae autem non, sed plures sunt necessarie secundum declarationem supra positam, ut in specie notanti Socinus Senior consilio 39. numero 6. cum sequentibus, libro 1. Curtius Junior consilio 289. numero 14. & 15. Paris. consilio 13. numero 18. libro 2. Graue, consilio 249. numero 3. Hieronymus Gabriele consilio 21. & consilio 25. numero 44. Meno ihis dicto consilio 199. numeri 47. 50. & 51. libro 2. Sed quia coniecturæ sufficientes semper iudicis arbitrio est relinquendum cum probationes iudicis arbitrio positis sint, ut declarat Menochius libro 2. de arbitria iudic. centur. 1. casu 90. per totum cum sequent.

63 Ex his etiam colligitur quod in causa filiationis, vel legitimatis leviores requiruntur probationes quam in causa matrimonij principaliter intentata, quia matrimonia clandestina sunt prohibita, & debent coetrarsi palam, & in facie Ecclesiarum. cap. cum inhibito de clandest. depositione. cap. nullus. 30. quæst. 5. Sed in causa filiationis, & legitimatis matrimonium probatur incidenter, & ita supradictis coniecturis, & presumptionibus, ut notant Gratianus consilio 62. numero 10. Socinus Junior consilio 86. numero 4 cum sequent. Natta consilio 537. numero 42. cum sequentibus, libro 3. Porti. consilio 39. numero 21. 28. 29. 54. & 55.

64 Practica autem articulandi in probatione filiationis hæc est si testes sciunt, quod inter parentes contractum fuit matrimonium in facie Ecclesiarum secundum eius ordinem, & præcepta

& quod constante matrimonio filius fuit ex dictis parentibus natus, & ab eis tanquam filius legitimus, & naturalis tractatus educatus, & non inatus, & pro tali fuit, & est ab omnibus publice habitus, & reputatus, & talis est publica vox, & fama, & communis opinio, quam practicam notat Bartolus, & Doctores in lege filium eum disfinimus. si de his qui sunt sui, idem Bartolus in lege 2. §. item per contrarium in fine ff. de liber. agnoscend. & in lege 1. §. ad quæstionem, numero 3. ff. de quæstio. & in lege 1. numero 3. C. quorum bonorum, & in lege non nudis. C de probatio. Coquarru. in 4. de spons. 2. parte. cap. 8. §. 3. numero 10. Ioannis à Rojas in epitome successio. cap. 2. numeri 31. & cap. 10. numeri 50. Por i. consilio 39. numero 20. Menoch. de arbitria iudi. lib. 2. c. t. 1. casu 89. nu. 99.

65 Similiter etiam, & eisdem modis regulariter probatur filiatio filiorum naturalium quibus probatur filiatio filiorum legitimorum, & naturalium, ut notat glossa incipite Michael de filijs presbyt. quam sequitur Abbas in capite per tuas in principio, qui filii sint legitimi, & in capite transmisso, numero 9. eodem titulo. Iason in lege si quis ex argentarijs. §. prætor ait, numero 20. ff. de edendo. Lanfrancus in capite quoniam contra verbo, testimoni depositiones, numero 182. de probatio. Hippolytus in lege 1. §. ad quæstionem, numero 20. si. de quæstio. Gozadi. consilio 13. numero 47. & 55. Parisius consilio 10. numeri 35. & 75. Ioannis Lupus in rubrica de donatione. inter vir. & vxor. §. 60. numero 13. Menchaca controuersi. 85. numero 20. Ioannis à Rojas in epitome successio. cap. 10. num. 52. lib. 2. Roldanus qui hanc testatur magis communem opinionem, consilio 22. numero 30. libro 3. Bursatus consilio 89. numero 1. lib. 1.

66 Et est hic aduertendum, quod licet de

Liber secundus praxis ciuilis,

de iure communia ad hoc, ut filius esset naturalis quinque copulativa e-
runt necessaria primum quod esset
natus ex concubina. Secundum quod
esset domi retenta. Tertium, quod
esset sola. Quartum, quod esset in
schema concubinatus, videlicet in
eadem mensa, & lecto. Quintum,
quod concubinus esset talis conditio-
nis, ut cum ea pater posset matrimonio
contrahere, ut declarat Ripa in
lege ex facto. s. si quis rogatus, nume-
ro 4. ff. ad Trebellianum, & Paleotus
in tractatu de noth. spur. que filii,
capite duodecimo, numero secun-
do, & tertio, quos refert, & sequitur
Tellus Ferdinandus in lege undeci-
ma Tauri, numero 1. Tamen de iure
regio per eandem legem Tauri suffi-
citur, quod sita patre recognitus, &
habitus ex muliere cum qua pater poterat
contrahe: matrimonium tempore
natiuitatis, vel conceptionis, abs-
que dispensatione sicut de iure com-
muni dispositum erat, nec aliud est
hodie necessarium.

67. Filiatio etiam spuriorum probatur
sicut legitimorum, & naturalium ex
extra statu nominatione fama, & alij scō
ie caris, cap. transmissae, vbi Abbas, &
alij qui filii sint legitimi. Alexander
consilio 51. libro 1. & consilio 88. nu-
mero 7. libro 7. Ruinus consilio 36.
numero 6. libro 1. Marilius in rubri-
ca de probatio. numero 9. Parisius cō-
lio 13. in principio, & consilio 10. nu-
mero 70. libro 2. Paleotus in tractatu
de nothis spur. que filii. cap. 23. Nat.
consilio 473. numero 14. cum sequēt.
libro 2. Porti. consilio 39. Socinus Iu-
nius consilio 67. libro 4. Bossius de
partu supposito, numero 9. Menchia-
ca controuerf. illust. capite 84. & 85.
numero 20. Menochius libro 2. de
arbitra. iudic. centuria 1. casu 89. Ro-
lendus dictio consilio 22. numero 30.
lib. 3. Bursatus consilio 10. numero 1.
libro primo, & consilio 89. numer. 1.
eod. lib.

68. Similiter etiam & eisdem cōiectu-
ris, & præsumptionibus probatur fra-
ternitas consanguinitas, ac agnatio,
sicut probatur filiatio, ut notat Bal-
dus in lege non ignorat de his. qui
accusare non possunt. Ancharranus
consilio 52. Decius consilio 59. in
principio. Parisius dictio consilio 10.
numero 80. libro 2. Alba. consilio 83.
per totum. Paleotus dictio tractatu,
cap. 21. Menochius dictio casu 89. nu-
mero 11. Bursatus consilio 98. num. 2.
lib. 1.

69. Et est notandum, quod in probatio
ne filiationis, seu legitimatus possunt
testes ad perpetuam rei memoriam
in iudicio recipi, & huic receptioni
adhibetur plena fides, ut notant Bal-
dus, Salicetus & alij in lege nec nata-
les. C. de probatio. idem Bald. in le-
ge ingenuum, columna 2. ff. de statu
homi. quos sequitur Nat. consilio 537. nu-
mero 29. lib. 3.

70. Sed aduerte quod ad hoc, ut testes
recepti ad perpetuam rei memoriam
fidem faciant requiruntur primo, quod
examinentur a suo iudice, id est, ab
eo, qui in causa principali quando mo-
ueretur esset futurus iudex, ut notat
Bald. & alij in l. societatem. §. arbitrio
rū. ff. pro sociis. & in l. cū hi. §. trans-
actionem de transactio. DD. in cap. sig-
nificavit de testi. Inno. Host. & Abb.
in c. quoniam frequenter, ut lite non cō-
testata. Soc. lun. cōf. 86. num. 14. lib. 1.
Quod intellige si testes in territorio
ipius iudicis reperiuntur secus si es-
sent alibi, quia tunc recipi possunt in
loco vbi reperiuntur, ut notant Soc.
cons. 244. nu. 7. Rolād. cons. 23. nu. 18.
lib. 3. & semper reperiuntur in loco,
vbi sunt per chartam requisitorū, ni
si in causis graibis in quibus requiri-
tur, ut examinentur a iudice, qui de
causa cognoscit. Secundo requiruntur,
quod testes sint valitudinarij senes,
vel debiles, vel de proximo recessu
ri, & sic quod subsit causa videlicet
timor mortis, vel absentie, ut notat
Barto-

Bartolin I.fina.C.de vſe pupil.Feli. in dicto capite significat.colum.3.de testibus. Decius consilio 302. Guid. Pap. consil.75. in 4.dubio. Corneus consilio 186 column 1.libro 1.& con filio 172. lib.2. Socinus Iunior dicto consilio 86.numero 14.libro 1.Rol. n̄dus dicto consilio 23.numero 20. libro 3. Tertio requiritur quod in tali examine pars citetur, vt tradunt Doctores in authentica si quis. C.de testibus,& in dicto ca. quoniam frequenter, vt lite non contest. & in l.4. §.prætor ait. ff. de damno infecto, & in dicto cap. significavit per texum ibi de testibus, & expresse probat.l. 4.iitu.16.par.3.vbi Gregor. Lop. verbo, *Faber*. Quarto requiritur in erlutoria iudicis per quam prouiniet testes esse recipiendo ob di clam causam mortis, vel absentia li te non contestata, vt notant glossa, Bartolus,& alij in LAquilia. §.si de letum. ff.ad lege in Aquiliam specul. in titulo de officio omnium iudicium. §.postremo, verific.item si testes. Baldus,& Felinus in cap.si qui de testibus. Guid. Pap. consilio 75.in quanto dubio,& consilio 231,Socinus Iunior & Rolandus, vbi supra. Et quando dicatur testes valitudinarij senes,vel debiles, & quæ sit sufficiens causa absentia declarat late Menochius de arbitra.iudic.lib.2.cent.1.caſu 60. & 62.

71 Ultimo est aduertendum, quod filiiionis causa tractanda est coram iude dice Ecclesiastico, cap. tuam de ordine cognitio.cap. causam quæ, el 2.ca pite lator qui filii sint legitimi, l.56. tit.6 par.1.declarat Couarru.in epito. de sponsalib.2.par.cap.8.§.3. nu. 4.& 9.12. nu.3.

72 Quod intellige quādo quæ filio est iuris, nam tunc causa expectat ad iudicem Ecclesiasticum, sed si quæ filio sif facti incidenter potest de ea con noscere iudex ſecularis, vt notat Bar tolus, Romanus, & Alexander qui

hanc teſtatur communem opinionem in l.Titia. ff. ſoluto matrimonio. Ba'. in l.filium eum difſinimus. nume 19. ff. de his qui ſunt ſui, vel alieni iuri: Abbas, & Felinus in cap. cum ſit ge nera le de foro compet. Dec. in cap.2. nuu.24. qui hanc dicit etiam commu nem de iudic. vbi ſupra, num.17. Co varru. plures referens in dicto §.12. numero 3. teſtatur etiam de communi ni. Vici. commun. opin. verbo, iudex ſecularis.

Quod extende in qua cunque cau ſa spirituali. Bartolns & Alexander in dicta l.Titia. ff. ſoluto matrimonio. Guid. Pap. decif.1.& 85. Dec. in dicto cap. 2.num.21. de iudi. qui hanc teſtatur commu. op. Nauar. qui dicit etiam communem in cap. cum con tingat remedio primo de reſcript. te ſtatur etiam de communi. Viui. vbi ſupra.

EX §. XLVI. & fin.

SUMMARIA.

- 1 *Actio de partu cognoscendo competit parentibus eamura liberorum.*
- 2 *Actio de partu agnoscendo competit filio aduersus parentem.*
- 3 *Actio de partu cognoscendo competit etiam patri aduersus filium legitimam, ut per participantem.*
- 4 *Actio de partu agnoscendo competit etiam patri aduersus filium arrogatum, vel adoptatum.*
- 5 *Actio de partu cognoscendo competit non solum ratione parentis potestatis, sed ratione filiationis.*
- 6 *Actio de partu agnoscendo competit etiam patri aduersus filium naturaliem.*
- 7 *Actio de partu agnoscendo competit patri aduersus filium spurium ex damnato coitu naturali.*
- 8 *Actio de partu cognoscendo etiam in foro ſeculari feruenda.*
- 9 *Alimenta à parente filiis spurjs debita etiam si parent in testamento expreſſe prohibuerit debentur*

Liber secundus praxis ciuilis,

- 20 *Actio de partu agnoscendo competrere est etiam matre.*
- 21 *Filius vulgo questus tenetur etiam matrem alare.*
- 22 *Mater etiam tenetur atere filium spurium.*
- 23 *Mater tenetur ultra triennium aere filium si diues sit.*
- 24 *Actio de partu agnoscendo non tantum competit filio aduersus patrem sed etiam uxori contra secum.*
- 25 *Soror tenetur atere uxorem filij sui etiam nulla dote sibi constituta.*
- 26 *Filius si nupserit absque consensu patris an passus exharedati.*
- 27 *Maritus si habet unde uxorem atere non tenetur sacer eam atere etiam si diues sit.*
- 28 *Actio alimentorum competit nepoti aduersus auum.*
- 29 *Actio alimentorum competit uxori aduersus maritum.*
- 30 *Actio alimentorum competit etiam fratri contra fratrem.*
- 31 *Actio alimentorum competit agnato aduersus cognatum.*
- 32 *Actio praediumialis potest intentari affirmativa, & negativa.*
- 33 *Actio de partu agnoscendo non datur patre eo casu quo pater ab aliquo filius destinetur, siue iniuritus, ut volens.*
- 34 *Filius si destinetur ab aliquo, siue volens, siue iniuritus intentari debet rei vindicatio.*
- 35 *Qua differentia sit inter actionem de partu, & rei vindicatione.*
- 36 *Pater quando agit summaria, ut aliena praestentur competit officium iustitiae patri, aduersus filium.*
- 37 *Per sententiam, ut possit praedicti contra praesentem qua requiri tamur.*
- 38 *Pater petere potest, ut declaretur verus, & legitimus pater filij.*
- 39 *Filius si ab aliquo destinetur pater potest petere, ut declaretur pater ipsius de tenti.*
- 3a *Filius si sit iniunximus detentus pater potest cogere d: tentore, ut exhibeat filium.*
- 31 *Iurisdicione de liberis deducendis quando competit.*
- 32 *Lice pendente super filiatione filius debet tali aperte.*
- 33 *Actio de partu cognoscendo est praetoria, & realis, & ex stricti iuris.*

D E A C T I O N E D E partu agnoscendo quae non solum competit patris aduersus filios, sed etiam filiis aduersus patres.

§. X L V I . & fin.

1 **H**IS igitur presuppositis haec actio de partu agnoscendo, ut in principio diximus competit parentibus aduersus liberos pro paternalibus iuribus, & liberis aduersus parentes, ut partum matris agnoscant, & iuria filialia praestent. l.i. §. Iulianus. ff. de liber. agnosc. l. dissimari. C. de ingenio, & manumis. §. praediudiciales, vbi DD. insti. de actio.

2 **Q**ued primo extende, ut non solum dicta actio competat aduersus filium legitimum, & naturale, ex legitimo matrimonio natum, & econtra aduersus patrem, vi in l.3. cum l. seq. ff. de his qui sunt sui, vel alieni iuris. §. 1. & 2. insti. de patria potestate. l.4. tit. 17. par. 4. Sed etiam contra filium legitimum per subsequens matrimonium, econtra l. cum quis. C. de naturalib. liberis. authenticata licet eodem titu. §. si aduersus, & §. fina. insti. de nupt. cap. tanta qui filii sunt legitimii. l.1. tit. 13. part. 4.

3 **S**ecundo extende, ut competit etiam patri aduersus filium legitimatum per principem, & econtra, ut in authenti. quib. mod. naturales effici legitimii. §. licet igitur collat. 6. & in authenti. quib. mod. natural. effici sui. §. si quis igitur collat. 7. d. §. fin. insti. de nupt. l.4. tit. 15. par. 4.

Tertio

4 Tertio extende, ut competat etiam patri aduersus filium arrogatum vel adoptatum in casu quo ineius sit potestate, & econtra l. 2. l. si pater familias. l. cum in adoptiuis. §. final. ff. de adoption. §. illud. §. fina. instit. eodem titulo. §. sed & si pater instit. quibus modis ius patris potestat. l. septima, & nona, titulo decimosexto, partita quarta.

5 Quarto extende, ut non solum competat ratione patris potestatis, sed etiam filiationis ratione, ut norant Dynns num. 14. & Gome. nume 1. & alij in dicto §. præjudiciale insitut. de actio. Ioannis de Blanafco in actio-ne an quis sit filias, vel non. colum. 2. & Nicaf. in arbore actio. num. 10. ex quo infertur, quod hæc actio datur etiam contra filium emancipatum, & econtra filio emancipato contra parentem, ut citati DD. norant.

6 Quinto extende, ut competat hæc actio etiam patri aduersus filium naturalem tantum, & econtra filio naturali contra patrem naturalem pro alimentis, & alijs iuribus. l. si quis à liberis §. solent, & §. alimenta. ff. de liberis agnoscendis. l. t. C. de oper. libert. authenti. quibus modis naturali. effici sui. §. discreturn. & §. oportet, & §. ultimo, collitione septima. Doctores in dicto §. præjudiciale. Nicarius in dict. arbore actio. numero decimo.

7 Sexto extende, ut competat etiam hæc actio patri aduersus filium spuriu, & ex damnato coitu natum & econtra filio spurio aduersus patrem pro alimentis que eis debeniur iure canonico, cap. cum haberet de eo, qui duxit in matrimonio quam pol. per adult nam sicut pater teneatur alere filii in spuriu, & natum ex coitu damnato, ut norant Baldus, Salicenus, & alij in authentica ex complexu. C. de incest.nupt. Ripa in lege si vno. 1m. nume 0. 48. C. de revocand. donatio. Decius in capite clericis, co-

lum. 1. de iudi. Ruin. conf. 102. lib. 4. & conf. 98. lib. 3. Rimin. conf. 280. num. 37. lib. 2. Porti. conf. 19. nu. 5. Alciatus conf. 209. nu. 2. & 3. cum seq. Petrus Dueñi. reg. iur. 67. in t. ampliatione, Vas. qui in tract. de success. part 2. de liber. parent. lib. 1. §. 4. nu. 57. & par 1. lib. 2. §. 20. requisiti. 20. num. 1; 7. & requisi 42. nu. 313. Rojas in epitome sue celsio. cap. 11. nu. 40. & cap. 41. nu. 4. & hantestantur communem Dec. & Ripa vbi supra. Ita etiam filius spurius, & natus ex coitu damnato tenetur parentem alere authentica de incest.nupt. §. si vero contingit it. collatio. 2. & disposita in fili. respectu parentum locum econtra habent in parentibus respectu filiorum, ut in authenticis quibus modis naturali, effici su. §. de nepotibus, collat. 7. authent. licet. C. de naturalib. liber. l. si quis à liberis. §. vrum, & §. parens. ff. de libe. agnosi enlis. l. parentes. C. de in ius. vocand. l. libero. ff. de obsequijs. l. 3. in fine. titulo 13. part. 6. & tenent expresse hanc conclusionem. Hosti. ns. & Anton. in dicto cap. cum haberet Fortu. in l. §. ius naturale. nume. 105. ff. de iustitia & iure. Joannis Baptist. in l. si qua illustris, numero 67 ad Officia Paleot. in tractatu de notis spuriisque filijs. cap. 48. in fine. Capi. de cisl. 163. nu. 4. Castell. & Anto. Gom. nu. 46. & Tell. Ferdin. nume. 25. l. 10. Tau. Grego. Lop in l. 5. tit. 19. par. 4. Anto. de Lara in l. si quis à liberis. §. vrum. nu. 8. ff. de liber. agnosc.

Quæ conclusio etiam in foro sculari seruanda est, ut norant glossa, Cardi. Abbas, & alij in dicto ea cum haberet. Couar. in epitome de frontali. 2. par. cap. 8. §. 6. nu. 6. Vasqui vbi supra qui hanc testatur communem. Burfitt. cons. 62. eu 9. lib. 2. Rotundus cons. 54. num 59. cum sequent. lib. 2. qui licet loquantur in alimentis à patre filijs spuriis debitibus idem econtra dicendum est pe. ea que proximate dicta sunt.

Liber secundus praxis ciuilis,

- 9 Quid intellige, ut procedat etiam si pater, vel filius expresse prohibeat in suo testamento dicta alimeta, nam nihilominus eis sunt praestanda. dict. cap. cum haberet. Baldus in l.i.d quod pauperibus, numero 37. C de Episc. & cleric. & in authenica licet, numero 2. C.de naturalib. liber. Felin. in ea. cum quidam. nume. 11. de iureitand. Hippolyt. sing. 358. Matth. sing. 147. Paleotus in dicto tractatu de nothis spur. que filijs, cap. 47. num. 6. Hippolyt. Reginaldus in apostil. ad Rimi. conf. 280. num. 37 lib. 2. Ioan. à Rojas in epitome successio. cap. 21. num. 50. Bursat. conf. 92. nume. 9. lib. 1. refatur communem Micha. Grassis. lib. 2. com mu. op. q. 11.
- 10 Septimo extende, ut competit etiam mari ceteris que parentibus per illum sexum. d.l. si quis à liberis. §. vtrum, vbi glof. & scribentes. ff. de lib. agnoscend. Doctores indicto §. præ judiciales. insti. de actio. Ioannis de Blanasco in tractatu de actio. inactio in qua queritur an quis sit filius, vel non. col. 3.
- 11 Quid intellige etiam procederet contra filium, vulgo, queritum, qui etiam tenetur mitem atere dicto §. vtrum, vbi verbo, gl. vulgo, queritos autem. quibus modis natural. effici sui §. oportet, & §. si quis habens, collat. 7. l. fin. C.de alend. liber. Anto. de Lain dicta l. si quis à liberis. §. vtrum, num. 86. vbi alij. ff. de liber. agnosc. l. 8. tit. 13. par. 6.
- 12 Et econtra competit filio aduersus matrem que eum tenetur trienio atere. l. penul. C.de pat. ia porest. vbi glof. & scribentes. glof. in l. alimenta. C.de nego. gest. c. fin. de conuersi. infidel. l. 2. C.de infan. exposi. declarat Joannis à Rojas in epitome successio. cap. 22. num. 11. cum sequent. & d Anton. de Lara in d.l. si quis à liberis. §. si mater. num. 2. cum seq. de liber. agnoscend.
- 13 Quod adeo verum est, ut etiam vñ
- 14 tra triennium teneatur mater filium atere si dives sit, & pater pauper. l. 1. §. si mulier. ff. de liber. agnoscen. l. si quis à liberis. §. vtrum, vers. ergo, & matrem, eodem tit. notat Bart. in tra stat. de aliment. nu. 13. Ioan. à Rojas in d.c. 22. nu. 5. d. Ant. de Lara in d. 4. si mater. nu. 15. cum alij.
- Octavo extende, ut non solum competrat huc actio filio aduersus patrem, sed etiam vxori ipsius filii contra sacerdotum, quia pater non solum tenetur filium aere, sed etiam uxore ipsius filii si alias non habet unde se aliat. l. si quis à liberis. §. non tantum. ff. de liber. agnosc. vbi dicit rex. quod nedū alimenta debentur filiis à patre, sed tenetur etiam cetera onera liberorum subire inter quæ computantur onera alendi uxorem filij, ut ibi glossa declarat quam ibi sequitur Bart. & Cardin. in dicto capite cum haberet de eo, quiduxit in mari. Alberic. & Joannis Coras. in l. onera. ff. de adoptio. glof. fin. In Lquia parentis. ff. soluto matrimonio. Ruinus conf. 144. col. 2. lib. 5. Regin. Jun. conf. 133. nu. 43. cum seq. lib. 2.
- 15 Quid intellige etiam si filius nup serit nulla sibi dote constituta, vel promissa cù vxor sit in obsequio suo in quo casu eam atere tenetur. l. si cù dotem. 6. sin autem in seuisimo, vbi glossa, Baldus, Albericus, & alij. ff. sceluto matrimonio. Bartolus in l. si constante. num. 102. eodem titulo notat etiam Innocent. in c. per vestras, col. 2. de donation. inter vir. & vxor. Celsus Hugo conf. 33. nu. 2. & conf. 38. nu. 15. Rimi. lun. d. conf. 33. nu. 44. lib. 2. d. Anton. de Lara in d.l. si quis à liberis. §. si quis ex his. num. 21. ff. de liber. agnosc. & ratio est, quia equum est, ut maritus qui seruitij commodū percipit ab uxore ei alimenta præbeat. l. in rebus. §. possunt. ff. commo. l. item fi serui. §. quas impensas. ff. de edil. edic. l. sed & si quid. §. sufficienter. ff. de vñfusca.

Quod

De exercit practic actio. Cap.I.

99

- 16** Quod procedit etiam si filius absque consensu patris nupserit, nam cu non possit ob hanc causam exhæredari non potest alimentis probati. I. si quis à liberis, versiculo, idem si iudex, vbi Bartolus. ff. de liberis agnoscendis, idem Bartolus in l. fina. ff. de liber. alend. scribites in ca. i. de despolat. impuber. Abbas, & Ancharr. numero 7. in ca. cum haberet de eo, qui duxit in matri. idem Abbas in ca. ex literis, nume. 9. de conuersio. infidelis, & in consil. 12. in 1. dubio, idem Ancharr. conf. 21. in 2. dub. Alex. in l. i. nun. 32. ff. soluto matrimonio. Dec. in l. nuptias. colum. 3. ff. de regul. iur. & in ca. Ecclesia, numero 36. vbi etiam Feli. num. 59. de constitutio. qui hæc testantur communem opinionem. Ronus consil. 144. num. 18. lib. 5. Roderi. Suar. in l. 2. titul. *De los matrimoniis*, lib. 3. fori. Ioann. Lupus in ca. per vestras. 3. ndtab. §. 9. cum sequet. Couar. in epito. de sponsal. 2. part. cap. 3. §. 8. num. 5. qui hinc testatur communem opinionem Porti. conf. 124. nume. 21. Rimini. Junior dict. conf. 13. num. 42. lib. 2.
- 7** Si tamen maritus habet unde vnde rem ale. e posuit non tenetur fecerit eam ale. e etiam si djuies sit. l. cum 2. vnu. §. fina. ff. de aliment. & cibar. leg. Angel. & Salic. num. 34. in l. vnica. §. cum antem. C. de rei vxor. actio. Ant. de La. in d. l. si quis à liberis. §. si quis ex his. nu. 32. cu seque. artif. de lib. agnoscend.
- 18** Nono extende, vt hæc actio competat etiam nepoti aduc: sus auum quā do ne pos natus mortuo patre recasurus est in aui potestate, nā si auus partū nō agnoscat cōtra eum potest agi hac actione quæ locū habet non solum si soluto veruinetiam si cōstā te matrimonio partus editus fuerit. l. 3. ff. de liber. agnoscēd. notant Hoto man. num. 21. & Pe:rus Plit. num. 5. in d. §. prījudiciales inst. de action.
- 19** Decimo extende, vt cōpetat etiam hæc actio vxori aduerlus maritum, vt agnoscat partum, qui post diuortium edit s est dummodo int. a tri gesunum diē post diuortium ipsi marito, vel parenti in cuius potestate de iure communi est, aut ad domum denuntiat se prægnantem ex marito esse, & maritus potest denuntiat ex se prægnantem non esse, vel ad eam custodes mittere, vt videant partum, vt sciri possit vtrum filius sit ius, aut non, & si pater hoc non fecerit tene tur filium alere, v. suum licet postea contrarium probare possit, sed si vxor intra dictos trigelimum diē non denunciauerit maritus non tenetur filium alere, quamuis vxor possit etiam probare se ex marito prægnantem fuisse, & filius etiam filiationem in quo casu sententia lata inter patrem, & filiu facit fidem quo ad omnes, lex prima. §. primo, & secundo, cum sequentibus, lex secunda, & ter tia. ff. de liberis agnoscendis, quod intellige prout intra numero tertio declarabimus.
- 20** Undecimo extende, vt compētate etiam hæc actio fratri contra fratrem proalimētis, & fraternalibus iuribus, nam alimēta debetur à fratre fratribus. l. qui fi. ium, vbi glossa finali, & Dostores. ff. vbi pupil. educari debeat. glossa in l. i. §. sed nonnullos, verbo, præstiterit. ff. de tutel. glossa in l. pri ma C. de alend. liber. glossa in l. si quis à liberis. §. idem rescript, verbo, iuste. ff. de liberis agnoscēd. Bartolus in eadem l. §. vtrum, numero 5. Abbas in c. 1. peruenit. numero 5. de arbitris. Tiraquillus de priogen. que stio. 4. num. 33. Sylua. conf. 33. num. 5. vbi hanc testatur communem opinionem Alciat. confilio 33. Ant. Gom. in l. 40. Tauri. num. 75. Greg. Lop. in l. 4. t. 19. par. 4. glo. fin. Oros. qui hanc etiam dicit communem in l. t. nu. 22. ff. de iust. & iure. Minsing. in d. §. præ

Liber secundus praxis ciuilis,

iudiciales.n.27.de insti.de actio. An
to.de Padilla in authē. res ouz. n.87.
C. communia de leg. Ant.de Lar. in
d.l.siquis si liberis. §.idem rescripti.
nu.8; cum plur. seq. ff. de lib. agnos.

21 Duodecimo extende. vt competat
etiam huc actio præjudicialeis agnatio
aduersus agnatū, vt pronuntietur agna
tus,nā quāvis ei illūmēa de iure non
debetur sua tamē.inte. est, vt decla
retur agnatus vt possit ferre nomēfa
miliꝝ, & agnationis, & vti armis, &
in signibꝝ nobiliū, & sperare feuda,
aut primogenia, vel alias successio
nes, & ecōtra potest quis petere ali
quē declarari nō esse agnatum, velcō
iunctum, aut proximum, & successor
proximas qui ius in aliqua successio
ne immutabili habet, vel habe. e spe
rat potest etiā incusare matrimoniu, &
dicere filios esse illegitimos quo
eos ab successione excludat non sol
lum incidenter, sed etiam prin. ipuli
ter.l.vbicūque. §.interdum, vbi Bar
tol..num.1. ff. de ventre in possessio
mitt. Inno. in cap. tuam de ordine co
gni. specu. in tit qui filii sīn legitimi
circa princ. Ioan. de Blonasco in §.
præjudicialeis inactio: e qua queritur
asi quis sit filius instit. de actio. vbi
etiam Iason nu. 47. & Minsinger. nu.
27.idem Bart. in l.sive contrā. §.1.nu.
16. ff. de lib. agnos. Vueseinb. conf.
44.nu.10.cum alijis seq.

22 Decimotertio extende, vt nō solū
huc actio præjudicialeis possit intēta
ri affirmatiu, sed etiam negatiu, nā
sic̄ pro seruitibus datur actio cō
fessoria, & negotoria, vt in §.2 que si
agat, & in §.ecōtra insti.de actio. ita
huc actio competit patri aduersus fi
liū, vt declaretur filius, & etiā aduer
sus, qui est in quasi possessione
filiationis, vt declaretur non esse fi
lius, & condemnetur, vt de cetero
non se gerat pro filio, & sicu huc a
ctio dicitur de partu agnoscendo, ita
etiam dici potest de partu non agnos

cendo, vt declarat Ioan. de Blonasco
in aſtione præjudiciali qua queritur
an quis sit filius. vel non col.3. cum fe
quent. & probatur in ea.1. & in ea. la
tor, & ea. peruenit qui filii sint legiti
mi. Bart. in l.3. aut̄. 16. ff. de lib. ag
nosced.

23 Limita tamen hanc actionem de
partu agnoscendo, vt non detur patri
eo caſu quo filius ab aliquo detinetur
sive inuitus, sive volens, quia tantum
competit, quando annullo detinetur
vt norant Ioannis de Blonasco loco
proxime citato. & Nicas. & Gome.
in d. §.præjudicialeis insti. de actioni
& idem Nicas. in arbore actionum,
num.12.

24 Si vero ab aliquo filius detinetur,
sive inuitus, sive volens intentari de
ceri.num.10.Iaf.num.47. in Authent.
ingressi,C.de sacrosanct.Eccles.Bal.
in Authent.nisi rogati.num.15.C.ad
Trebellia.Abb.num.69.Felin.n 44.
Deci.num.290.in dicto cap.in prælen-
tia,d: probatio.Moli dicto cap.13.nu-
mero 76.Calderi.confil.11.Alexand.
conf.10.in fin.lib.5.dicit communé,
Curt.traf. de Iud.2.p.3.partis,q.10.
n.24.Cephal.conf.641.nu.30.lib.5.

44 Sexto limita,nisi profeudo dbea-
tur seruitium reale , vt si solueretur
certa quætitas pecunia annuatim pro
feudo nullo habito respectu ad ierui-
tium personale, quia iure monachus
& clericus in eo succedunt, arg.tex.
in §.1.Institu. de acquisitio. per arro-
gatio.& in L.Arethusa,ff.de statu ho-
min. Cinus in dicta Authent.ingressi,
antepen. q. Bald. in L.liberti libertate
quæ,colu.fin de oper.libert. & in tit.
de pace const.verb.libellaris,Alex.
in Lvtrum,ff.de verb. oblig. & incon-
fil.136.colu.2.lib.1.quos refert &
sequitur Natta d.conf.600.n.1.lib.3.Ce-
phal.alios allegans confil.641.nu.22.
lib.5. Et ratio est, quia recipiens nō
tenetur prestare iuramentum fidelis-
tatis,vt in c.p.1.de noua forma fide-
lit. & non est verum & propriu seu
dum, sed improprum. Curt.d.tracta
de ferd.1.par.princip q.6.num.28.c5
seq.Gozza.conf.56.n.17.Paris.conf.4.
n.13.& conf.12.n.20.Iaf.conf.63.n.3.
lib.1.Socin.conf.252 col.penn.lib.2.

45 Hinc est, quod monachus potest suc-
cedere in sempitene laica , quæ in
monasteriū transire poterit, ex comu-
ni relata per Jul.Clari.in §.emphiteo-
sis,q.26.ver.Tertius casus.& per Bur.
conf.60.n.29.lib.1 & etiā in emphiteo-
si eccllesiastica.glos'in Anthi.
ingressi C.de sacrosanct.Eccles.& in e.
in præsentia,de probatio vbiInoc.&
Bil.Bar.ind.Auth.ingressi,n.9.& 10.
Ba..in c.post cessione,in fine, de pro-

batio.& in e si quis clericus, si de seu
fuerit cōtouer.inter domi.& agnat.
& in c.i.in princ.de milit.vassall. qu.
arma belli de pos.Burf qui plu.es cō
memorat d.conf.60.n.34.cū seq.lib.1.

46 Ex his dictis,infe.tur,q.od mona-
chus nō potest succedere in dignitate
Regni,Ducatus,Marchionatus .vel
Comitatus,vel in alia simili dignitate
cum in his dignitatibus videatur ele-
cta industria personæ,& per c. sequi s.
nō possit monachus seruire per subli-
tutū,vt in c.1.de feudo.March.vbiAn-
dre.de Iser.& alijs,l.siquis ex corpore,
G.de mui leg.lib.11.cum aliis supra
adduct s,L.5.tit.24.par.4.

47 Quod exēde,vt procedat etiā quā
do talis dignitas trahit ad heredes &
successores suos & titulo maioriz an-
nexa opidis,& castris,& bonis immo-
bilibus,quia in hoc casu successores
taliū dignitatū tenetur seruire Regi-
zatione dignitatis,quod seruitū fieri
nō potest,per sublimitutū,cum dicatur:
de cōfīlio Regis,& egrū autoritas &
industria videtur electa,per ea quæ
supra dicta sunt,& cel.igitur ex L.12.
tit.2.par.2.Et ita nec tule seruitū fie-
ri potest per monachū,vt tenet post
alios Marti.Laud. de primogen.q.22.
& Ioan.Licer.de primogen.q.4.Ci-
fuent.q.6.Ioan.Lip.n.17.& Anto.Gor-
mez n.66.in L.40.Tau.Greg.Lopez
in L.2.tit.13.par.2,quos refert & seque-
ritur Ludou.de Moli.de hispan.prinor-
gen lib t c.13 n.81.qui etiā hoc exte-
dant ad maioratus successionem,cui
annexa est sola iurisdictio absque dig-
nitate affirmantes,monasteriū succe-
dere nō posse in tali maioratu cui an-
nexa est iurisdictio,e iū si annexa nō
sit dignitas moti principaliter.Primo
q.monachus nō est capax iurisdictio-
nis secularis pertex.in c.1,& per tot-
ū,ne clerici vel monachi.Secundo,
quod monachi Cisterciensi nō possunt
succedere in opidis cū iurisdictio-
ne,in cap. recolentes,de statu mona-
chorum,& in L.27.tit.7.par.1.Tertio
quod

Liber secundus praxis ciuilis,

quod monachus non potest succedit e-
re in feudo quod habet annexum ser-
uitium, quod à monacho præstari nō
potest. cap. qui clericus, si de feudo
fuerit controvener. cap. i. de milit. vassal.
lo, qui armabelli depo. Quarto, q
nullum est legarum factum de re, cu
ius comertium est apud omnes, sed
nō apud legatariorum, l. sed si res, ff. de
lega. i. iuncta Lapud Julianum, §. con
stat, ff. eod. titu. vii. Doctores notant,
quod legatarius qui non potest vii re
legata ex impedimento iuris velsacti
privandus est legato. Quinto quod
in successione regni atque dignitatū
regalium, & maioratum iurisdic-
tionem annexam habentium portus infi-
cienda est utilitas Rupublicæ & suc-
cessoris habilitas, quam gradus præro-
gativa. a deo vi quando primogeni-
tus est inhabilis primogenitura defer-
tur secundogenito. Sexto quod in
maioratum dispositi ionibus habetur
pro disposito illud quod institutor
verisimiliter dispositus est si de eo es-
ser interrogatus, l. Titius, §. Lucius, ff.
de liber. & posthum. glossa & scriben-
tes in l. tale pactum, §. fin. ff. de pastis;
& quod si de hoc institutorum esset inter-
rogatus non permisisset ut monachus
succederet. Septimo, quod per succes-
sionem monachi in maioratu memori-
a institutoris supprimitur contra e-
ius intentionem. Octavo, quod mo-
nachus quoad exercitium iurisdic-
tio-
nis censemtor mortuus, ac si naturaliter
defunctus esset.

48 Quidam fundamento minime ob-
stantibus, contrarium iudicio meo
est tenendum ex sequentibus. Et pri-
mo, quia monachus est capax succes-
sionis, & retinet iura sanguinis, agna-
tionis, suitatis, & prioritaris gradus,
& succedit in bonis maioratis &
fi-
delcommisso subiectis, vt fatentur su-
pradiicti Doctores, & tradit latius Lu-
douicus de Molina dicto c. 13. nu. 72.
cum aliis sequentibus. Et sic per eō-
sequens debet succedere in maiora-

tu cui annexa est iurisdic-
trium non rep̄iatur in iure dispo-
situm; & excludit feminas stante sta-
tuto, vt stantibus masculis se minze
non succedant.

49 Secundo, quia in successione ma-
ioratus cui annexa est iurisdic-
tria censemtor electa industria personæ;
nam cum in eius institutione sint vo-
cati filii, & descendentes, & proxi-
mio. es, fundator non se restringit ad
industriam personæ, sicut non cenie-
tur electa quando in investitura fit
mentio heredum, ex eo, quia indu-
strialia ad heredes non transirent, vt
notat glossa in l. cuius bonis. ff. de
curatu furi. Cm. & Bal. in l. quis-
quis. C. de Episcop. & cleric. Feli.
in cap. in præsentia. 2. fallen. depro-
batio. Cephal. consil. 641. num. 34.
lib. quinto, & consil. 22. lib. primo.
Menochius consil. 181. numero 67.
libro secundo. Sed quando fendum
est concessum ad certum & deter-
minatum seruitium, & in eo non
est electa industria personæ, mona-
chus succedit, quia potest seruire per
substitutum, vt tradunt Curtius,
Decius, Thom. Marin. Eue-
rardus, Sylvanus, Capra, Cacheran.
Molina, Bursatus, & Cephalus in pri-
ma limitatione citati, & alij plu-
res quos ipsi commemorant, qui de
communi testantur. Menochius di-
cto consilio 181. numero 67. libro se-
cundo, idem Cephalus consilio 1. nu-
mero 22. lib. primo; ergo idem di-
cenduu est in successione maioratu-
s, cui annexa est iurisdic-
tio, quæ
exerce*i* potest per substitutum hui-
cum, vt in multis monasteriis or-
dinis sancti Benedicti, sancti Bernar-
di, & aliorum ordinum, quæ in his
Hispaniarum regnis habent oppida,
& villas cum iurisdicione ciuili,
& criminali, mero & mixto imperio
& ita probat tex. in d. glo. verb. Iudi-
cet, in c. clericus, ne clerici vel mona-
chi, ibi: Vnde prohibemus, ne aut pse

* truncat.

De exercit.practic actio.Cap.II.& fin. 108

truncationes membrorum faciant, aut iudicent in erendas, vbi glossa notat, quod licet Pzelarus per le non posse iudicare, poterit per alium laicum, committendo ei generaliter iurisdictionem.

51 Tertio hanc opinionem probat textus, qui contrarium adducitur in c. re colementes in versic. Cæterum, de statu monachorum, vbi disponitur, quod monasteria quæ non sunt ordinis Cisterciensis, si ad eum ordinem transferantur, vendant, vel relinquant villas & alia quæ non conuenient ordini Cisterciensi, quæ fundata est in pauperate, ex quo aperte probatur per argumentum à contrario sensu, quod val-dum est in iure, l. i. §. huius rei, ss. de officio eius, l. qui testamento, §. m. ilier, ss. de testa, cum aliis, quod monasteria aliorum ordinum possunt habere villas & alia, quæ non potest habere ordo Cisterciensis; esse ante enim illa causa paupertatis, in qua fū data est institutio illius ordinis, cessat illius texrus dispositio, vt in reg. cef-sante causa, de tegu, iur. & cum sit speciale per illum text. in ordine Cisterciensi; ergo in contrarium est ius commune per argumentum ab speciali, quod etiam fortissimum, quod vero contra, l. ius singulare, ss. de legib. l. i. ss. ad municipal-cumaliis. Et quod sit speciale in dicto ordine Cisterciensi, probatur et am ex dicto cap. rec o lentes, ibi: Ecclesiæ, &c. vbi dicitur, quod secundum primu[m]am institutionem ordinis Cisterciensis, monachi illius ordinis non possunt habere Ecclesiæ, sed eas possunt habere monachi nigri ordinis sancti Benedicti, vt in cap. auditio, de prescriptio. & in cap dilectus, de officio ordi. vbi Doctores, & notarii gloss. in d. c. recolentes, verb. Ecclesiæ; quoniam ibi sequitur Abb. in p[ro]m. & alij: ergo singulare est in religione Cisterciensi. Et probatur etiam ex dicto text. ibi: Iustitiarii, id est pecuniarias ex iustitiis, seu ex

condemnatione prouenientes, vt e[st] ponit ibi Abb. numero 3. in fin. Quas etiam possunt habere monachi nigri, qui habent iurisdictionem Episcopalem & temporalem, vt in d. c. auditio, & in dicto cap dilectus. Præterea quod monasteria aliorum ordinum possint habere villas, Ecclesiæ, &c iustitiarias, & alia quæ non possunt habere monachi Cistercienses. Probatur etiam in dicto versic. Cæterum, ibi: Communatis, &c. Quod verbum presupponit dominium, nam illa facultas vendendi, vel permittandi de notari capaciatem, quia si incapaces essent monachi aliorum ordinum non poterant acquirere, vendere, nec permittare villas in casu quo vellint se transire ad ordinem Cisterciensem, sed tenebatur illas dimittere, vel restituere veris dominis. Et quod ille versiculos loquatur in viliis quæ sunt loca cum iurisdictione, vt exponunt ibi Abb. & alij, patet, quia referunt ad villas, Ecclesiæ, & alia quæ non possunt habere monachi Cistercienses, vt in principio ibi: Contra ordinis vestri regulam, villas, Ecclesiæ, &c. Et in dicto vericulo ibi: Quas institutio vestra non recipit sic se in omnib[us] religioni vestra coaptet, &c. Ex quibus aperte probatur, quod alia monasteria quæ non sunt ordinis Cisterciensis possunt habere villas, & castra cum iurisdictione. Et quod non valeat argumentum de ordine Cisterciensi ad alios ordines, qui potest sunt habere iurisdictionem & bona in communii. Immò in ipsa religione Cisterciensi, ext. in dicto cap. recolentes, non disponit, quod monachi præcise teneantur dimittere villas, & alia, quæ ibi prohibentur, sed quod si dimittere noluerint, non geudent privilegiis sibi à Se le. Apostolica concilis iniuitu paupertatis, & ita ibi intelligunt communiter Doctores. Et hæc omnis,

Liber secundus praxis ciuilis,

que dicta sunt probat Clar.l.27.tit.7. part.1. maxime ibi: *Tono por bien san-
ta Egle, que se pariesen dello, e si
non que no les valiesen los presulegos.* Vbi colligitur mens d.c. reco.entes, in 1.par. que loquitur in ordine Cil- terciensi, vt norat ibi Gregor. Lopez verb. *Nos les valiesen;* & ibi: *Otro, i so-
lo por bien santa Iglesia, que se algunos
monasterios de otra Orden quanquier
se cambiasen a la orden de Clstel, e o-
uiessen villas, e casillas, e las otras co-
sas sobredichas defendidas a esta Or-
den, que las vendiesen, e las cambiasen
por heredades llanas, e uiiesen en
aquella pobreza que ellos viuen. Pon-
dera verba monasterios de otra Orden
quagliorer, & ibi: *Valiesen villas que son
defendidas a esta Orden, & ibi: Pobre-
za, que non obscure probauit nostrā
opinione.**

Quatio, hæc eadem opinio proba-
tur per tex.in c. dilectus, vbi Docto-
res de offic.ordin. & in c.auditis, de
præscriptio.vbi probat. r, quod mo-
nachorum monaste. ia possum habere
iurisdictionem non solum Episco-
palem, sed etiam temporalem; idem
probat lex 4. & lex 4. titu.3.lib.1.Re-
copil.

Quinto probatur. Nam quando ma-
ioratus solū ex bonis patrimonialib.
constat in eo, monachus sine dubio
succedit cum sit capax successionis
bonorum, vt fatentur omnes sup:a ci-
tati Doctores, qui contraria opini-
onē quando est annexa iurisdictione te-
nentem, sed iurisdictione venit in conse-
quentiā successionis; ergo mouachus
qui est successionis bonorum mai-
oratus capax, in eius consequentiā po-
terit etiam iurisdictionem a uxexam
obtinere, vt in simili vidimus in in-
ame quietis successionis capax, vt in l.
in arenam, C.de inofficiis, test. vbi co-
muniter Doctores, l.fratres, C. codē-
tit. §. soror, Institu.cod. & est incapax
dignitatis. l.2. vbi Doctores, C.de dig-
nit. lib.12. l.1. C.de insamib. lib.10. Si

14

tamen dignitas venit in consequentiā
successionis poterit eam dignitatem
obtinere, ex doctrina Bald. in l.1. n.1.
C.de secund.nupt. quem ad hoc no-
tat & sequitur ibi ciuit additionator &
Ioan. a Garro n.22. & Tiraq. de nobi-
lit. cap.14.n.6. quos refert & sequitur
Ludouic. de Molina d.c.13. n.3. lib.1.
Et pari ratione mulier qui non potest
iudicare, & est capax iurisdictionis,
vt in l.fceminz, fl.de regu. iur potest
iurisdictionem exercere & judicare,
si iurisdictione sibi obueniat in cōsequē-
tiam successionis, vt norant Innocen-
Abb. Anton. & alij communiter scri-
bentes in c.dilecti, de arbitris, & Do-
ctores in cap. significauit, de rescript.
Felin. in c.dilecti, de maierit. & obe-
dient. Deci. & Cagnol. in d.l.fcemina-
z, fl.dereg. iur, quos etiā sequitur alia
in comprobationem adducens idem
Molina in dicto cap.13.num.14. & 15
& probat lex 2. titulo 15. parti.2. Et
idem dicitur de cœco, qui licet iu-
risdictionem exercere non possit, l.1.
§.casum, ff. de postulando, glossia, &
Doctores in l. cœcus, ff. de iudiciis.
Poterit tamen succedere in maiora-
tu, cui iurisdictione annexa sit, vt post
alios concludit idem Molina dicto
cap. 13. numero 66. cum sequenti-
bus.

Sexto facit, quia indubio am-
plectenda est opinio, qui fauet re-
ligioni, l. sunt personæ, ff. de sum-
pribus funerum, & quia pro ea sunt
fortiora fundamenta.

Ex quibus fundamentis sic ad-
ductis, aperte probatur, quod mo-
nachus professus in monasterio ca-
paci successionis durante vita sua,
potest succedere in bonis mai-
oratus, quibus annexa est iurisdic-
tio cum monasterium possit eam
iurisdictionem exercere per sub-
stitutum habilem, non obstantibus
fundamentis in contrarium adduc-
tis; quæ vere non obstant ex sequē-
tibus.

Nec

De exercit.pract.actio. Cap.II. 109

54

Nec obstat textus excipite 1.& toto titulo, ne clerici, vel monachi, & in capit. clericis, eodem titulo qui prohibet ne monachus iudicet, quia debent intelligi quando monachus per se iudicat, secus vero quando per alium laicum committendo ei, ut faciat iustitiam, quia tunc bene potest ut probat textus in dicto capite clericis, verculo, unde prohibemus iuncta glossa, verbo, iudicent, ne clerici vel monachi cuius verba sunt, unde prohibemus ne, aut per se truncationes membrorum faciant, aut iudicent inferendas, & notat ibi glossa cuius verba haec sunt, per se quidem iudicare non debet Praelatus, aut clericus quicunque qui habet iurisdictionem vel ipsius inferre, vel consilium dare, aut sententiam distare, nec etiam interesse debet, ergo Praelatus habens iurisdictionem temporalem committere generaliter alicui laico, ut faciat de omnibus malefactoribus vindictam iuxta illud homicidas, & maleficos non patiens vincere, &c. quam glossam sequuntur ibi Doctores, vbi Abbas numero 12. eam extendit, ut non solum Praelatus possit generaliter committere, sed etiam specialiter casum occurrentem delegare, ut inquirat, & iustitiam faciat, nec incidit in irregularitatem licet ille cui commiserit pccatum sanguinis iustitiam execuendo influxerit, ut in capite fina. eodem tit. lib. 6.

55

Nec obstat secundum fundamen-tum ex text. in dicto cap. recolentes per ea que dicta sunt in tertio fundamento huius opinionis, nam in principe loquitur specialiter in Religione Cisterciensi incapaci fundata in paupertate nos vero loquimur in Religione capaci que habet bona in comuni, & potest etiam habere iurisdictionem, ut probatur in dicto cap. recolentes in vers. ceterum, & in alijs iuribus supra allegatis.

56

Iten non obstat tertium funda-

mentum ex feudo, quod habet annexum seruitum, quod a monacho preservari non potest, nam procedit quando non potest seruiri per substitutum prout in secundo fundamento huius opinionis diximus secus vero quando feudum seruiri potest per substitutum quia tunc in eo succedit monachus, & ita in maioratu cui annexa est iurisdictione cum exerceri possit per substitutum laicum, ut satis dictum est.

57

Non obstat etiam quartum funda-mentum, idem Julianus. §. fin. & l. sequentis. ff. de legat. t. quia ibi in effectu non vitiatur legatum, quia debetur etiam iustitio, & licet ibi non valeat legatum, quando commercium non est apud legatarium tamen in nostro casu diversum est cum monasterium cui monachus acquitat habeat commercium honorum maiorum cui annexa est iurisdictione, & post eam iurisdictionem per substitutum laicum exercere, ut dictum est, & sic nec est impedimentum juris, nec facilius in Ordine Cisterciensi, & alio incapacit si alicui monasterio esset legata via cum iurisdictione, vel alias res quam tenere non potest non vitiatur legatum, sed poterit monasterium capere rem legatum, ut cum alio commutet, vel illam vendat, ut in dicto capite recolentes de statu monachorum, & in dicta l. 27. titulo 7. partit. t. & probatur etiam in dicta l. idem Julianus. §. fin. cum l. sequent. ff. de legat. t. vbi i. debetur etiam iustitio in casu quo legatarius non possit capere legatum.

58

Nec obstat quintum funda-mentum procedit quando primogenitus est inhabilis a natura, sed monasterium nec est inhabile, nec incapax successionis, nec iterisditionis a natura, nec a iure cum possit eam habere, & exerceere per substitutum laicum, ut supra dictum est.

59

Nec obstat sextum funda-

Liber secundus praxis ciuilis;

nam licet voluntas testatoris, ita possit interpretari, ut eius dispositio natura hatur ad casum non cogitatum, quando est verisimile, quod si de eo testator cogitasse, idem quoque disposuerisset, ut in L. Titius. §. Lucius. s. de liberis & posthumis. l. penultima. s. de iure codi. l. fina. s. de hereditibus in fuit. l. iam hoc iure. s. de vulgar. & popular. sub & utroque Doctores greci. & Doctores in l. tale pactum. §. fina. s. de pacto. Socinus in l. 1. numero 58. s. de vulgar. Galien. in l. Centurio, numero 51. s. eodem titulo. Alexander consilio 130. numero 5. libro 2. Signo. consilio 183. numero 10 & consilio 200. numero 3. Curtius Senior consilio 51. numero 28. & consil. 75. numero 4. Socinus Junior consil. 42. numero 21. & consilio 90. numero 14. & consilio 102. numero 33. Parisius consilio 42. numero 52. & consil. 54. & consilio 51. numero 24. libro 2. Gratianus consilio 120. numero 17. libro 2. Cephalus consilio 114. numero 17. Iulius Clarus libro 3. ferentia. §. testamentum, quastione 76. Tiberius Decianus consilio 34. numero 98. & 99. libro 3. latissime declarat Franciscus Mantica plures refens de coniectu ultimarum voluntat libro 3. titulo 19. numero 1. cum pluribus sequentibus. Tamen verisimilitudo non attenditur, quando non perspicitur ex verbis aut serie testamenti prout in hoc casu in quo praesupponitur quod nulla est facta mentio de monacho, sed solum ex presumptionibus pretenditur colligere dispositionem, seu voluntatem testatoris, ut notant Alexander consilio 139. numero 5. libro 6. Cornelius consilio 161. numer. 6. libro 2. Decies consilio 89. columna penultima, & voluntas non attenditur quando verba in totum deficiunt, ut notant Bartolus & Castrensi. in l. in ambiguo. s. de reb. dub. nam testator non presumitur aliud velle, quam quod ver-

bis expressit. l. lateo desupe. leg. Roma. consilio 71. numero 6. Alexander dicto consilio 130. libro 2. & quod testator non addidit non debet intelligi. l. vniuers. §. sin autem. C. de caduc. toll. l. vniuers. §. primi miraque. C. de rei vxer. et filio. Jean. de Anna. cō filio 66. Socinus Senior consilio 69. numero 1. libro 1. & consilio 104. numero 8 eodem libro, nam in colligenda voluntate testatoris non est diuinandum, nec debet eius voluntas somniari, sed ex verbis concipi. l. Gallus. 6. quidam recte. s. de liberis & posthumis. l. si alij de usufructu. leg. Alciatus consilio 44. numero 33. libro 9. nec sufficit dicere haec voluntas fuit testatoris, nisi ex eius verbis expressis colligatur. l. cuesties. s. de herediti. iusti. l. in ambiguo de rebus dubijs l. iubemus. C. de testament. l. quidam cum filium, ubi Doctores. s. de hereditibus institut. Socinus consilio 69. numero 1. & consilio 104. numero 8. libro 3. Socinus Junior consilio 111. numero 28. libro 1. & consilio 2. numero 18. libro 2. Tiraquellus in l. si vnuquam, verbo, libertis, numero 18. cum alij. C. de reuocand. donation. Natta consilio 151. numero 22. & consilio 667. numero 15. Craueta consil. 161. numero 13. Mantica dicto libro 3. titulo 2. numero 3. Item quis casus omisissus potest suppleri quando est in solites, quia testator non potuit de eo cogitare, sed si casus solet cemuniter contingere prout est successio monachi tunc debetur pro emisso, quia imputandum est testatori, quando non prospexit in casibus de quibus a ceteri muniter accidentibus potuit cogitare, ut notat Baldus consilio 228. in fine. Federicus de Senis consilio 293. numero 2. quos refert, & sequitur Mantica dicto libro 3. cap. 19. num. 14.

Item quis semper capienda est cōieitura quod est favorabilis monasterio. l. vbi Castrensi. numero 2. C. de iure

iore de liber. & summa est ratio qui fauet religioni. I. sunt personæ in fine de religio. & sumpt. fune. cap. fina. de re iudic. ex quo infert Calvrens. in dicta l. i. quod si testator instituit aliquem hæredem qui est monachus. & ignorabat eum esse ingressum monasterium valet institutio. & hæreditas queritur monasterio præter intentio nem testatoris.

60 Nec obstat septimum fundamētū, quia successio monasterij in maiora tū est temporalis durante vita monachi, & non supprimitur memoria fundatoris imo crevit, & scripta erit in celis, & eterna.

Nec obstat octauum, & ultimum fundamentum, quod monachus qui ad exercitium iurisdictionis censetur mortuus, ac si naturaliter mortuus esset, quia non consideratur incapacitas monachi, sed capacitas monasterij, & substituti, ut supradictum est. Item quia in his quæ suum, aut monasterij fauorem spectant monachus nequamā pro mortuo habet vero in cap. in præsentia, num. 538. de probatione. Antonius Cucch. institut. major. libro 3. titulo 1. nūme. 99. & sic cessant fundamenta in contrarium adducta.

61 * Quid intellige, vt procedat etiam si monachus sit fugitus, & in partibus remotis nam nihilominus quicquid acquirit acquirit monasterio, & quorūque accesserit potest Abb. cū vindicare cum omnibus bonis per eum acquisitis, cap. Abbates 18. quæstione 2. notat Abbas in capite quod à te, numero 7. de clericis coniugat. vbi etiam eius additionator, & Ancharranus cō fil. 310.

Intellige etiam, vt quicquid monachus acquirit, acquirit primo monasterio licet ad aliud transferatur dummodo ab obedientia primi omnino non eximiatur, vt notat Federicus de Senis in consilio 35. Bero. cō filio 83. Lap. allegatio. 61. in fine. Ce-

phalus consilio 212. numero 5. Bursa tus cōsilio 63. numero 26. libro 1. Sed si secundum monasterium compellitur recipere monachum causa aliquius criminis ab ipso monacho commissi, vt ibi preniteniam agat tunc bona quo ad vsum fructum transeunt in secundum monasterium durante vita monachi, & dominium remanet apud primum monasterium secundū Imolam, & Abbas numero 6. in dicto capite quod à te de clericis coniug. & Couarr. in cap. 1. numer. 20. de testam.

62 Si vero monachus exhibitur ab obedientia primi monasterij, & ad strictiorem ordinem transire sunt duæ opiniones, quod non solum acquirit, secundo monasterio, sed quod bona patrimonialia acquisita primo monasterio tangam accessoria sequuntur ipsum monachum, vt tenent Doctores relati à Couarrubias in dicto capite 1. numero 20. de testam. alia & secunda opinio est, vt solum transeant ea quæ ad alimenta sunt necessaria, vt tenent alij citati per eundem Couarru. in eodem capite 1. numero 21. quarum prima: verior mihi videtur ex eo, quia permisum est de iure ad strictiorem ordinem transire, & cum hac tacita conditione censetur monachus in ipso ingressu se, & sua Deo dedicare, & ita cum persona debent bona transire.

63 Igitur ad institutum reddeat alia, & secundaratio huius acquisitionis quæ sit per monachū monasterio est quod monachus quoad eam exquirat seruo, vt notat Innocentius in capite enim olim, numero 4. de priuilegijs, specul. in titulo de statu monachorum §. 1. versiculo octauo, quæ ro. Parinus in lege 1. ff. de stipulatio seruorum, & in disputatione 12. numero 5. vbi dicit, quod valet argumentum de seruo ad monachum, & ita monachus vocatur seruus, expite in multis

Liber secundus praxis ciuilis.

- multis, §.4, distinct. Bald. in L. cum p̄tor, ff. de re iudi. Abb. in cap. 2. num. 8. de statu monacho. Deci. in L. seruus, numero 11. C. de paſt. l. 7. titu. 11. par. ti. 4.
- Ex quod primo infertur, quod sicut seruus non potest eligi in arbitrio, ita nec monachus, ut notat glosſa per nunt. in L. pedius, ff. de arbitris.
- Secundo infertur, quod omnia quae traduntur in tit. de stipulatione seruum, habent etiam locum in monacho, vt tenet Bart. in L. 1. in principio, ff. de stipulatio seruorum, & in L. 1. §. si sumptuarius, & in L. seruus testamento, & in L. quod seruus, ff. codem titu. & in L. cum fundum, ff. seruus tuum imprudens, ff. si certum peratur.
- Tertio infertur, quod sicut seruus non acquirit domino in illicite acquisitione, vt supra dictum est, ita monachus non acquirit monasterio in illicitis, vt tenet Bart. & Areti. in L. quod seruus, colu. fin. ff. de acquirē. possesio. Cagnol. in L. alterius circumuentio, num. 2. ff. de regul. iur. & Clemen. de patia potestate, effectu 2. n. 17.
- Quarto infertur, quod sicut dominus totus potest repudiare legatum factum seruo suo, l. legatum. ff. de legatis, t. seu hereditatem, l. t. §. per seruum ff. de successo. edict. ita & Abb. cum capitulo potest repudiare legatum reūctum vel hereditatem delatam monasterio, vt tenet Bart. in L. tutor, ff. de honorum possesio. Areti: & alij in L. is potest, ff. de acquiren. heredi. Ruin. & alij in dicta L. legatum, Cagnol in L. num. 19. C. qui admitti, & in Linuito, ff. de reg. iur.
- Quinto infertur, quod sicut seruus heredem facit dominum, l. qui in aliena, §. interdum, l. placet, ff. de acquir. heredit. l. cum proponas, C. de hereditib. instituend. Sic monachus suum facit monasterium heredem, vt notat glosſa magna ultima in Authenti. ingressi. vbi D. Storres, C. de sacra. sanct. Eccles.
- Sexto infertur, quod sicut legatum, alimenior, in seruo factum, censetur: factum contemplatione domini, l. si filio, ff. de conditio. & demonstratio. ita & legatum alii factum monacho, censetur factum contemplatione monasterij, ita tenet Bart. in lege, cum hijs, ff. de transactio.
- Septimo infertur, quod sicut seruus ortu domini hereditatem sit a delatam adire non potest, l. indueratus, §. t. ff. ad L. Aquil. Bart. in 4. oppositione, & Marantii nome, 205. in L. is potest, ff. de acquiren. heredi. Ita mortuo monacho hereditate ei delata monasterium adire non poterit, hecum proponas, C. de heredi. instit. l. si infant. C. de iure deliber. Ita tenent Cyn Bald. Angel. & Castren. in L. cum non solum, C. de bonisque liber. idem Bald. in L. C. qui admitti, Bart. in L. is potest, quem ibi sequitur Roman. ff. de acquir. heredi. idem Angel. in L. ff. de vulg. Floria. in d. l. inde neratius, §. t. qui hanc testatur communem opinionem. Hanc etiam conclusionem tenet & dicit communem Astor. de accumulo consil. t. 61. inter consilia vltim. volunt. numero 28. & 48. & Cagnol. alias referens, quicte statut de communī Canonistarum & Legistarum in L. nu. 18. & 19. C. qd. admitti.
- Ostauo infertur, quod sicut seruo instituto herede dominus illo inuitato. delatam hereditatem adire non potest, l. cum proponas, vbi glosſa verb. Potuit, C. de hereditib. instituend. l. fin. C. de acquir. possel. Ita mora seruum inuitato menscho delatam sibi hereditatem adire non potest, vt tenet Iacob. de Aren. Guido de Suzza, & Angel. in L. paterfamilias. ff. de hereditib. iustit. quic ibi sequitur Imol. idem tenent Specula. in titu. de statu monachorum, vers. cu. Octauo queritur, Bald. in L. in 10. quic. C. qui admitti, Angel. consilio 91. Roman. in L. is potest. ff. de acquir.

acqui.hxredit.Ricard.Malumbr. Cy
nus,Bald.Angel.Fulgol. & Caſtent.
in diſta l.cū non ſolum,in p̄m.C.de
bonisq̄e liber. quoſ refert & ſequi-
tur hanc dicens magis cōtinuum,ve-
riorem,& equoſem opinōrem Af-
tor.de accumulo in consil.16t. nu.18.
inter conſilia vltimārum volunta hāc
etiam ſequitur & reſtatur comūnē
Legiſtrūm,Cagnolus in l.inuitu,nu
me.15.ſſ.de regul.iur.& in l.1. nume-
ro 10.C. qui admitti, & Riniſald.iſt.
Lemancipat, columna 2.eodem ti-
tulo.

Contrariam opinionem, quod inui-
to monacho Abbas poſſit adire h̄x-
reditatem, retent Archidia.in c.1.16.
q.1.Ioan Andri.nouella inc.in p̄z
ſentia, de probatio. quam ſequitur e-
tiam Bart.in l.1.num.21.cum seq.ſſ.de
vulg.Bald.conf.109.lib.2.Ioan.And.
Anto.Abb. & alij communiter in c.
in p̄ſentia, de probatio.Ang.conſi-
lio 9t.& consil.13t. Iaf.in l.cum pro-
ponas, colum.penult.C.de h̄xred.in-
ſtit.Sor. qui hanc reſtatur commu-
nem Canonistarum conſil.18t., colu.1.
lib.2.idem Socin.in l.1.num.22.& ibi
Ripa num.15t. ſſ.de vulgari. Purpu-
ra.in l.fin num.191.C.de paſt.Iulius
Chr.ſ. testamentum,quæſt.30.Anto.
Cucch.lib.3.inſtit maior.tit.1.nu.108.
Menoch.de adipiſcenda remed.4.nu-
mero 294.dicit etiam communē Ca-
noniſtrum Ruini.in l. Iulianus, ſſ.de
leg.t.& Parif.in diſto c. in p̄ſentia,
in vltima charta,& Lambert.de iure
patronat.lib.2.prt.1.quæſt.7.artic.10.
Guillerm.Benedict.inc.Rainurcius,
verb.Mortuo,el 2.nu.110.de teſtam.
Maranta in Lis poſteſt.num.130.de ac-
cūt.hxred.vbi etiam dicit commu-
nem opinionem:Coſiſtru. qui teſtatur
etiam de comuni in cap.t. num.21.
de teſtam.Et cum h̄c opinio faueat
religioni, libertius videris ampleſtē
di. Iſunt perſonæ, ſſ. de religioſ. &
ſumprib.funerum,cap fin.de re iudi.
Maxime, quia pro ea ſunt plurima ſu-

damenta, quæ adducuntur per ſupra
dictos Doctores, maxime per Socin.
& Ripam in dicit.

72. Nono infertur, quod ſicut ſeruus
dicitur habere proprium conuenti-
bus oculis, vt in l.4. ſſ. de manuſi-
ita monachus, & ſic ei poeſt aliquid
relinqui, vt non acquiratur moniſte-
rio.Qaz verba, vt relift valeat de-
bent intelligi, ve nihil acquiratur mo-
naſterio, ſcīet reſpectu vtilitatis,
non autem reſpectu iuriſ hoc ſenſu,
vt moaſterium permittat eo modo,
quo poeſt conuentibus oculis mo-
naſchum habere administrationē re-
lifti, ſicut & ſeruus dicitur proprieſtū,
vt in dicta l.4.ad quod facit l.Lucius,
ſires h̄xredes, & quod ibi notatur,
ſt.ad Trebeſili.& ita e.en & decla-
rat Bart.in Auhent. excipit, nu.2.
C.de bonisq̄e liber. quem refert &
ſequitur Lambertu.de tutepaſtronat.
lib.2 par.1. quæſt.7.artic.10. num.8.
Eadem opinionem tenet idem Bart.
in l. ſi altenum,num.3.ſſ. de h̄xred.
iſtit. & ſequit etiam h̄l.Lucius, ſires
h̄xredes,num.3.ſſ.ad Trebeſili. & la-
tius declarat in q.12.per to:am.Quod
limitat Abb.in cap.2.num.8. de ſtatu
monachorum, quando religioſus ha-
beret administrationē illius relifti
in caſu licito, puta vt diſpensaret ad
pios vſvs, quod eſt licitum etiam reli-
gioſo, vt in cap.2.de teſta.lib.6. vel
vt conuerterat ad vſum veſtimentorū,
vel librorum; quia in hiſ vltimis et
ſibus indiſte aliqua vritat; acqui-
ritur moaſterio. quia reſeueratur ab
hiſ onerib, neſ tamē debet intelligi
vt ad libitum religioſus poſſit illa
boſa adminiſtrare tanquam propria,
qua ad hoc nec Abbas poeſt mo-
nacho dare licentiam, nec Summus P̄o-
tit ex diſpensare, c. cum ad moaſte-
rium, in fine, vbi glos.Abb. & alij, de
ſtatu moaſchot.Anton.Cucch. lib.3.
inſti.maior.tit.1.num.111.vbi decla-
rat quando dicatur monachus habere
proprium. Et licet vſuſtructus non
poſſit

Liber secundus praxis ciuillis.

possit monacho sic relinqui ne Abbas ei auferre possit tamen potest, ita relinqui, vt non cœfatur relictus si Abbas ei non permisero authent. ingressi. C. de sacrosanct. Ecclesi. c. 2. de statu monachorum, Bar. Bal. & Imol. in l. si alienum. ff. de hered. insti. Bal. in l. i. C. de his qui pœne nomi. Silvest. verbo religio. §. 7. numer. 3. Cepula. caut. 252. num. 2. Anton. Cucch. d. d. lib. 3. tit. 1. num. 115. Prelatus tamen potest monacho concedere aliquius rei vsum, vt ad propria commoda possit, vti (alua rerum) substantia non tamen vsumfructum ei concedere potest ad alieni commoda, vt liceat monacho, quod sibi super fuerit alteri erogare, sed debet monasterio seruare, vt notat Anton. Cucch. d. lib. 3. in l. m. ior. num. 113.

73 Decimo infertur, quod sicut seruus non potest esse in iudicio. l. 2. §. si seruus. ff. de peculio nisi in spiritualibus, vt infra dicemus, ita etiam monachus ex sua persona agere non valet, c. non dicatis de statu monachorum. c. nolo. 12. quest. 3. tradit & declarat Felicis. in c. dilecta, nume. 15. de rescript. Bero. consl. 26. num. 16. Natu. consl. 600. lib. 3. & regulam, cū suis limitationibus facit Capra in suis cōclusionibus conclus. 85.

74 Et est aduertendum quod licet monachus xquiparetur seruo in his quæ dicta sunt in alijs tamen xquiparetur filio quæ locum in seruo non habent, & valet etiam argumentum de filio ad monachum, vt notat gloss. magna in l. si longius. ff. de iudi. quæ dicit quod quemadmodum filius familiæ, degens in studio potest agere sine cōfensi patris, ita monachus de gens in studio poterit agere sine cōfensi sui Abbatis opere non potest in seruo, vt in l. 2. §. si seruus vbi docto. ff. de peculio.

75 Ex quo primo infertur, quod sicut filio recusanti adire hereditatem sibi delatam potest pater illam adire,

l. fin. §. sin autem recusante. C. de bonis quæ liber, ita monacho recusante adire hereditatem sibi delatam monasteriorum potest adire vt tenet Bar. in l. i. num. 21. cumseq. ff. de vulg. & alij multi Doctores supra pro communis canonistarum opinione citati contra aliam communem legistarum opinionem supra etiam citatam quod nō est in seruo vt dictum est.

76 Secundo infertur quod sicut filius familiæ potest praesentari per habentem ius patronatus ita monachus vt notat Doctores in c. si religiosus de electio lib. 6. & late Lamberti de iure patronat. lib. 2. par. 1. art. 10. q. 7. nu. 21. quod non est in seruo, quia praesentari non potest nisi manumittatur vel de fasto ordinetur clericus vt tenet idem Lamberti. d. q. 7. num. 6.

77 Tertio infertur quod sicut filius fugitiuus acquirit possessionem patria monachus fugitiuus monasterio quod non est in seruo, vt notat Bar. in l. i. §. per seruum qui infuga. ff. de acquir. possessione, quem refert & sequitur idem Lamberti vbi supra. l. 31. tit. 7. part. 1.

78 Quarto infertur, quod sicut filius familiæ debet alia patre, ita monachus à monasterio quod non est in seruo, quia dominus potest eum habere pro derelicto secundum Bart. in l. i. numero 22. ff. de vulg. & pupilli.

79 Quinto infertur, quod sicut filius familiæ potest esse testis non obstante parenti a potestate. l. non tamen. §. universitatis. ff. de rerum divisione, & §. universitatem insti. eod. titul. ita monachus potest esse testis non obstante monachatu & potestate Abbatis quod non est in seruo, vt in l. serui. ff. de re stib.

80 Sexto sicut filius familiæ est personaliter quamvis sit in potestate patris. vt in prin. insti. de his qui sunt suos vel alieni iuris, ita monachus est personaliter, licet sit in potestate Abba-

tis.

De exercit.pract.actio. Cap.II.

112

tis,l. Deo nobis,C.de Episcop.& cleric. cuius contrarium est in persona serui,vt colligitur ex distinctione seruitutis,& ex aliis, quæ superius dicta sunt.

§1. Septimo,sicu patre potest vendicare filium adiecta causa de iure quiratum, id est Romanorum, quo iure filius est in potestate patris,vt in §.ius autem,Iustitu,de patria potestate; & notant glos.Barr. & Doctores in l.t. §.per hanc,ss.de rei vendi. & scribentes in §.præjudiciales,Insti.de actio. ita Abbas seu monasteriū potest vindicare monachum adiecta causa iuris canonici,vt notant Ang.Nicasii. & alij in dicto §.præjudiciales, & glos. & Doctores in dicto §.per hanc, Ab bas in c.non est,col.2.de sponsalibus, Couartu,in epir.de sponsalib. c.7. in prine.n.3.

§2. Ex prædictis colligitur,quod in tali quibus casibus monachus equiparatur seruo,& in aliis equiparatur filio; & sic valet argumentum de seruo ad monachum,vel de filio ad monachū, & haber locum in materia, quæ est utriusque pariter proportionabilis, vt in casibus supra notatis, sed si sumus in materia quæ non est pariter proportionabilis,non procedit argumentum;vt notam Joan. Andr.in c. cum indequitate em,de iudic.domi.in cap. quia fratre,de electio,in 6, quos refert & sequitur Lamberrin.de iure patr.on.lib.2.par.1.quest.7.artic.10. numero 20 dicens, quod hoc procedit in casu certo, sed in casu dubio monachus equiparatur filio vel seruo propter favorabili.s fuerit monasterio & tenent Cyn.in l. Deo nobis,C.de Episcop.& cleric.Bal in l.t.nu.42. C. qui admitti,Roma,in l. is qui hæres. §.neque filius,num.11.ss.de acquir. hære. Soci.Ripa,& alij moderni in l.t. super 4. oppositione,Bar.ss.de vulgar. vbi Ias.num.42. & in l. cum fundas, §.t.num.17.ss.si ceruus petat. Peirus Dueñas in reg.87.in 8. ampliarione,

Doctores communiter in c. cum olim, el 2.de priuilegiis.

§3. Ex dictis eriam illationibus colliguntur aliquæ differentiae inter seruum & filium; & aliae erian in iure reperiuntur,quas hoc in loco aggregare,& declarare decreui pro intelligentia præcedentis materiae de patria potestate, & præmissis de dominica potestate.

§4. Prima igitur differentia inter filiū & seruum est, quod seruuus quicquid acquirit ex quacumque causa generaliter & indistincte domino suo a qui quitit,exceptis alimentis sibi relatis ut in l.placet, ss.de acquirere. hæredit. Lacquistur,ss.de acqui.rerum domino,§.item nobis,Insti. per quas per sonas nobis acqui.l.seruos,& ibi Bn. ss.de alim. & cibar. leg.l.quezdam. § illo,C.de neces.seruis,& excepto facto quod romanet in seruo, ut in §.sed cū factum,Insti.de stipulatio.seruo l. Sed in filio dicta reguli limittur multris modis,nam licet de iure antiquo Digestorum ratione partis protestari indistincte quicquid sibi alicuiusquebar ex quacumque causa pri acquirebar, sicut seruus; & etiam validuma.gumenium de filio ad seruum, §.l.Institu. quod cum eo; tamen postea hac acquisitione restata fuit endem iure Digestorum,primo in castrensi,vel quād castrensi peculio, vt quæ sita per filios in castris, vel per eorum scientiam non acquirerentur patri secundum distinctionem l.t. & 2. ii.de castrensi peculio,& l.t. § nec castrense,ss.de collatio.bonoris; quæ acquisitione postea aucta fuit per Iustianum in l. fin.C.de insufficio. testia. & in Auth. m.vt cum,dz appellatio. cognit. Et deinde modificata fuit de iure Codicis in bonis maternis,vt proprietas acquiratur si ipsi & vi夫夫scutus patri,vt in l.t.C.de bonis materiis /&c in aliis bonis prole identibus ex linea materna, & lucis nuptialibus,vt in l.2.& 3. C.de bonis materiis & in

Liber secundus praxis ciuilis,

& in aliis bonis aduentitiis undecimque quæsitis, dummodo non ex partis substantia, ut in l. cum oportet, C de bonis; liber. sunt tamen plures casus, in quibus pater non habet viuum fructum in aduentitiis, quos cō gerit glos. in Authent. idem est C. eo dem tit. quibus alios nos addidimus in s. 2. § 13. Ex quibus pater differetia inter seruum & filium, quia filius potest habere peculium, castrese, vel quasi castrense, aduentuum, vel profectum; sed seruis solum profectum, ut notatur in §. actiones autem, Institu. de actio. & per Doctores in §. 1. Instit. per quas personas nobis acqui. Quam differentiam intellige circa capacitatem eorum, sed nō circa modum acquirendi in his que trā seum a parente vel dominum, nam hæreditis, vel honorum possessio & qualiter defertur filio, vel seruo quo ad ius adeundi, ut coligitur in principio, & in §. item vobis, Instit. per quas personas nobis acqui. & facit text. in l. §. 1. ff. si quis à parente fuerit manu. & in l. legatum. ff. de legat. 1. & in §. 1. Institu. de noxalib. & in §. fin. Institu. de vulg. & norant Bald. Corne. Deci. Riminald. & Cagnol. nume 6. & 13. in l. C. qui admitti, vbi in versic. Fili ofamilias, hanc testantur commensem Zucar. num. 5. & Camill. Plati. num. 11. & Bolognet. in l. cum filiofamilias, n. 154. cum aliis seq. ff. de legat. 1. idem Cagnol. in Linusto, nume 13. ff. de reg. iur.

85 Secunda differentia est inter seruum & filium, quod licet consiliter sint hæredes instituti & vocati à testatore, & eis deferatur hæreditas, vel honorum possessio & qualiter quo ad ius adeundi, ut dictum est; tamen in repudiatione differunt; nam quis dominus, cuius seruos est hæres institutus, non posset adire hæreditatem nisi seruo volente, vt in l. cū proprias. C. de hæredibus instituen. vbi Doctores; tamen poterit eam repug-

diare sine seruo, l. i. & per seruum, ff. de success. edit. notar. glos. in l. i. 9. 11 ff. si quis omis. causit etiam. & in l. is qui hæres, §. fin. ff. de acquir. hæreditis licet Bart. ibi contrarium tenet, contra quem tenent ibi communiter moderni, & in Llegatum seruo, ff. de lega. l. teste Maranta in dicto l. is post. test. dicens, quod d. l. procedit in eo qui est hæres ex persona sua, & per se vellet adire, vel repudiare, secus in eo qui in effectu est hæres ex persona aliena, p. ovi est dominus qui intendit esse hæres ex persona serui sui, in quo cessat regula dictæ l. is potest, Sed pater non potest solus repudiare sine filio, nam sicut utique debet interuenire in adeundo, vt in l. si quis mihi bona, §. ii. sum, ff. de acquir. hæredit. l. seruo invito, ff. ad Trebellia. Ita in repudiando, ut in l. is qui hæres, §. fin. ff. de acquir. hæredit. & probatur in l. penitentie, vbi Cyn. & alij, C. de iure deliberandi; quod procedit indistincte in hæreditate profecticia delata filiofamilias tam olim, quam hodie, quia in profecticiis nihil est immutatum, ut tenent Bart. & alij, quos citat Alex. num. 19. Ias. num. 10. Riminald. num. 32. & 33. Niger num. 14. Ferrar. num. 102. & Bologn. num. 45 & 73. qui hanc testatur communem opinionem in l. C. qui admitti; quia solum in aduentitiis est mutatum, ut in l. fin. C. de bonisque liber. Per quam est prouisum, ut filius possit repudiare id sui tantum præ iudicium, & similiter pater sine filio quoad sui præ iudicium, quo casu filius solum adire potest patre repudiante, & e contra secundum Bart. in l. is qui hæres, §. fin. & in dicto §. iussum, vbi glos. & in l. fin. ff. quis ordo in bonorum possessio seruat, Alex. in l. qui in aliena, §. interdum, ff. de acquir. hæredit. Bolognet. & alij in dicta l. C. qui admitti. Marant. in d. l. is post. num. 130. & 206. Et ratiocinatio differentia est inter patrem & dominum, quia

quia filius sperat mortuo patre fieri sui juris quo casu potest sibi soli acquirere hereditatem & ideo iura voluerunt quod pater non possit in præ iudicium filii repudiare, sed seruus nullo modo sperat per mortem domini fieri liber vnde cum nullum patitur præ iudicium ex tali repudiatione iura soli domino permitunt repudiare.

86. Tertio differunt filius & seruus, quia filius potest obligari naturaliter, & cuiuslibet sine consensu patris nisi promisso & voto. l. tam ex contractibus suis de iudi. l. & per totum. ff. ad Macedon. Paris. conf. 9 & num. 8. & 39. lib. 1. qui hanc testatur communem opinionem dicit etiam communem Susez recept. sentent. verbo filius factilias, num. 210. & Burfat. conf. 121. num. 6. lib. 1. Anto. Gome. variarum resolutionis 2. tomo c. 6. num. 2. l. 6. tit. 1. part. 5. sed seruus solum potest obligari naturaliter, ut supra dictum est. l. in personam. l. quod attinet. ff. de regulis iuris.

87. Quarto differunt filius & seruus, nam filius habet plus legium Senatus consulti Macedoniani quo constitutum est, ut mutuans liberis non habeat actionem contra ipsos, nec contra parentes nisi iudicem casibus quos enumerat, glos. in §. que diximus infra, quod cum eo, sed seruus non habethoc priuilegium, ut in d. § que diximus vbi Doctores.

88. Quinto differunt, quia filius fidei iubendo, committendo, & contrahendo obligat patrem de peculio, sed seruus non obligat dominum. l. seruus infacio. ff. de fideiussorib. l. 3. §. sed & filius. ff. de peculio, glos. Plat. Nec si. & alij in d. § que diximus.

89. Sexto differunt, quia filius post emancipationem tenetur de antea gestis, ut in l. cum actam. ff. de nego. gest. sed seruus post ministracionem non tenetur, ut in l. 2. ff. quod cum eo.

90. Septimo differunt, quia filius consensu patris potest stare in iudicio. l. fin. §. necessitate, vbi gloss. Bart. Bal. & alij. C. de bonisque liber, doct. in l. C. qui admitti & in aliquibus casibus etiam sine consensu, ut diximus in c. præcedenti. §. 23. sed seruus non, etiam cum consensu domini. l. 2. §. si seruus. ff. de peculio, sed in spiritualibus non curatur de dominica potestate & seruus potest esse in iudicio secundum Abb. in c. illud nu. 2. de præsumptio pertex. ibi. vbi iure proprio causa perendi vxorem suam seruus potest esse in iudicio. & notatur in c. 1. de coniugio seruorum, & per doctores in l. vlx certis. ff. de iudi. & in c. honeste de sponsalibus. & etiam in iudicio extraordinario in quo iudicis officium imploratur seruus potest esse. l. seruos. ff. de alimento. & cibis. leg. vbi seruus ad curam templi destinatis qui nondum instruicti erant vestaria annua relinquit, & menstrua cibaria dicunt text. officio iudicis heredem compellendum seruus relista prestat redonec templum ex tueretur, & dicit ibi gloss. hec menstrua officio iudicis præstanta esse non iure actionis erigenda, quia desit persona que agere possit, ut l. seruo alieno. §. si quis post. ff. deleg. l. l. ex parte, §. seruo. ff. familiarib. esciscun. l. penul. §. illo. G. de necessariis seruus hereditab. inst. & simili est in filio qui hoc patris consensu potest esse in iudicio extraordinario in quo iudicis officium imploratur, ut notat glos. in d. l. C. qui admitti, vbi doctores, & in d. l. fin. §. necessitate. C. de bonisque liber & diximus supra in dicto c. 2. §. 23.

91. Octavo differunt, quia filius familiis potest esse tutor, ut in l. si filius ff. de tutel. & in princ. insti. qui tutores testam. dari possunt, sed seruus non l. in seruili. C. qui tutores dari possunt & dict. princ. insti. eodem testamento ius, tamen tutor seruus potest esse, nam proprius cum li-

P. bertato

Liber secundus praxis ciuilis,

bertate dari potest in testamento, & si detur sine libertate seruus sit liber & tutor, sed seruus pure non potest tutor dari in testamento nisi cum additione si liber fuerit ut in d. prin. inst. qui tutores testa. dat. possunt vel pe. fideicommissum, quia licet pote detur videtur testatur velle quod talis seruus ematus & manumittatur vi sit tutor filii sui. si hereditas. ff. de tutel. Nic. & alij in d. prin. inst. qui tut. dari possunt.

92 Non differunt, quia filius potest facere testamentum, vt notatur per Bar. & Doctores in l. s. C. de sacrif. & c. Eccles. & per Guiller. Benedic. in c. Rainuncius, verbo. matrem super Cleram; num. 26. de testam. & in casibus exceptis supra inc. 2. §. 15. Et hodie indistincte per l. 5. Tauri, que est l. 4. tit. 4 lib. 5. Sed seruus non potest facere testamentum, vt in §. testes insti. de testam. etiam ad pias causas, vt per Alex. cons. 18a. lib. 5. quem refert & sequitur Cagnol. in l. quod attinet, num. 1. de reg. iur.

93 Decimo differunt, quia filius potest habere heredem, sed seruus non vi in. uthen. de heredib. ab intestato veni. §. 1. colla. 9.

94 Undecimo differunt, quia filius potest donare causa mortis, sed seruus non l. si filius. §. ceterum. ff. de donatione.

95 Duodecimo differunt, quia filius potest esse iudex, sed seruus non l. cum prator. §. minoribus. ff. de iuri. l. in his officijs, vbi Deci. ff. de reg. iur. Bar. Iaf. & alij in l. Barbarius. ff. de officio præsidi, per quem text. limitatur dicta conclusio. Nec potest seruus esse iudex. l. Parui. §. in seruum. ff. de arbitris, gloss. in d. l. in his officijs. Nec etiam potest habere aliquod officium publicum etiam dominio consentiente. l. generali in fin. Cale logog. tabularijs lib. to. Cagnol in l. num. 8. 4. C. de edendo, nec potest exercere officium tabellionum-

tus seruus, sed filius haec omnia officia habere potest, Deci. in d. l. quod attinet, & in l. in omnibus officijs que alias incipit in his officijs. ff. de reg. vbi Cagnol. idem Deci. in c. decetum. mus. de iudi.

96 Decimotertio differunt, quia filius non potest dañi pronoxa licet facta condemnatione in filium posuit patre conueniri actione in factum pro re iudicata in peculio. l. & si condemnatus. ff. de nouatio. §. fin. inst. de noxalib. vbi Docto. Sed seruus dari potest pronoxa. l. & 2. l. qui ex pluribus. ff. de noxalib. actio. & vt. dicit Paul. in l. omniis in fine. ff. de leg. 2. & in l. si id quod. ff. de conditio, indebiti de seruis, idem est iudicanda quod de zquis & aliniis, nam quadrum pedibus comparatur.

97 Decimoquarto differunt, nam filius non potest vendi, nec pignorari per pauperem nisi in magna ne cessante famis. vt in l. 8a. C. de patrib. qui filios distrazze, & in l. 8. tit. 17. part. 4. sed seruus generaliter & indistincte sine causa potest vendi a domino, vt in tit. C. si seruus expost. veneat & in duobus titulis seq. si mancipi. ita immixtus. & si mancipi, ita fuerit alienat.

98 Decimoquinto differunt, quia filius potest prelehasse per habentem ius patronatus, sed seruus non nisi manumittatur, vel defacto ordinetur clericus, vt tradit Lambert. de iure patronat. lib. 2. part. 1. arti. 9. quæst. 7. num. 6.

99 Decimosexto differunt, quia filius debet alimentari a patre. l. si quis a li beris. ff. de liberis agnos. cù alijs, sed seruus pro derelicto haberri potest, vt notat Bart. in l. 1. num. 22. ff. de vulg. & pupil.

100 Decimoseptimo differunt, quia filius potest esse testis. l. non tantu. §. uniuersitatis. ff. de seru diuisione, & §. uniuersitatē insti. cod. tit. sed seruus non l. serui. ff. de testib. l. quoniam liberi. C. cod. tit.

- 101 Decimo octavo differunt, quia filius potest Reipublicæ cedula abesse, sed seruus nō, l.seruus Reipublicæ, ff. de reg.iur.vbi Deci. & Cagnol.
- 102 Decimonono differunt, quia filius fugitiuus acquirit possessionem patri, sed seruus non, l.i. §. per seruum, qui in fuga, ff. de acquire. possit. vbi Bart. & alij.
- 103 Vigesimo differunt, nam filio potest fieri iniuria in spe iure naturali & ciuilis, sed seruus nō fit iniuria in spe iure ciuilis, sed tantum iure naturali, l.eum qui nocentem, §.i. ff. de iniuriis, l.2. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris, §.fin. Instit. eodem titulo, l. quod attinet, ff. de reg.iur. Nicasi in §.seruus, numero secundo, Instit. de in iuriis.
- 104 Vigesimo primo differunt, quia licet vierte sit in potestate, filius est persona libera, & seruus non ; & libertas est res speciosa & inestimabilis, vt inl.libertas, ff. de reg.iur. & seruus libertati contraria est horribilis & pessima, & comparatur morti, l.seruitutem, l. quod attinet, ff. eod.titulo.
- 105 Tertius effusus dominicæ potestatis est, vt dominus possit corrigere seruum moderate arbitrio boni viri, l.2. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris, §.i. Instit. eod. tit.l.vnica, C. de emendatione seruorum, glot. & Doctores in §. sed hoc tempore, Instit. de his qui sunt sui, l.8. tit.2. part.4. ibi: *Querella a sie do el señor de su siervo no le puede demandar en juzgado, mas el dueño tiene derecho de enligar a doble de palabross, o de sordos, demas encauz que lo nomore, nin lo lise, l.6. tit.21. parti.4.* Nā licet de iure antiquo dominus haberet potestatem mortis in seruū suū, vt in §. in potestate, Instit. de his, qui sunt sui. Hodie tamen sine causa legitima non potest supra modū seruire in eum; quinimmo adeò dominoruū asperitas coercetur, vt si intollerabilis sit seruos iusto pretio venun-
- 106 dare cogantur, vt in dicto §. sed hoc tempore, & in dicto §. fin.d.l.6. tit.21. par.4.
- 107 Intra modum vero absque causa seruos a domino impune verberari potest, vt notat glof. in d.lvnica, C. de emendatione seruorum; quam ibi sequuntur communiter Doctores ut testatur Gregor. Lop. in d.l.6. & dicit etiam communem Port. in d. §. sed hoc tempore, num. 6. Instit. de his qui sunt sui, d.l.8. -
- Causas autem legitimas ex quibus domini seruire possunt in seruos supra modum, refert Nicasi. in dicto §. sed hoc tempore, num. 4. post glof. ibi, quod fieri debet auctoritate iudicis, l. circumcidere, §.i seruo, ff. ad l. Cornel. de sciar. d.l.6. tit.21. par.4. vbi Gregor. Lopez. verb. *mez.*
- Et quæ sit moderata castigatio, re linquitur arbitrio iudicis, vt tradit Signo. consil. 63. nnca. 2. Menochi. de arbitrio iudic. lib. 2. cent. 4. casu 364. num. 13. Et dominus excedens moderatam castigationem, punitur etiā arbitrio iudicis, vt tenent plures citati per eundem Menoch. in loco citato num. 14.
- 108 Quartus effectus est, vt inter dominum & seruum non possit esse lis nec iudicium, l.8. titu.2. part.3. nec etiam contra alium potest seruus esse in iudicio, l.1. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris, §. in potestate, Instit. eodem titu. dicta l.8. nisi in casis ibi exceptis, vt supra in 7. differentia.
- 109 Quintus effectus dominica potestatis est, vt inter dominum & seruū non possit contrahi efficaciter obligatio, nisi seruus quid promittat domino vt manumittat, quia si manumittat, seruus teneratur solvere pecuniam promissam quam dominus potest petere per actionem in factum, l.3. C. an seruus pro suo facto post manumis. tenetur, l. 6. titulo undecimo, par.5. Sed si dominus recipiat pecu liam à seruo proprio vt eum manu-

Liber secundus praxis ciuilis,

mittat seruos, per officium iudicis potest compellere dominum ad manu-mittendum, l. cum affirmes, C. de libe-rali causa, l. 2. ff. si quis ingen. esse dicatur, l. seruum, §. si quis, ff. de acquir. hæredi. Castren. in rubr. C. de bon. li-ber. n. 3.

- iiio Sextus effectus est, vt si seruo fac-ta sit atrox iniuria; dominus habeat actionem contra iniuriantem, vt in §. seruuus autem, vbi Doctores, Institu. de iniuriis, & ratio est, quia seruo inf-pesto, iure ciuili non fit iniuria, sed domino, qui pro interesse proprio potest seruum defendere, inspectio ta-men iure naturali, seruo potest fieri iniuria, l. eum qui nocentem §. i. ff. de iniuriis, l. 2. ff. de his qui sunt sui, vel alieni iuris, §. fin. Instit. eodem titulo. E conuerso autem seruuus in malefi-ciis, vel quasi obligatur civiliter & na-turaliter, vt notant glossa, Decius, & Cagnol. n. 7. in l. in personam, ff. de re-guli. iur. quamvis condemnari in pœ-na pecunaria non possit secundum communem relatum per Plac. in tra-cta. de delict. lib. 1. n. 18. & Iul. Clar. in §. fin. q. 80. n. 5. l. 10. tit. 1. par. 7. Et licet ex proprio delicto seruuus condemnata possit dominus tamen causæ ad-esse potest, eumque defendere ratione proprii interesse, l. 2. de accusatio vbi glossa & Doctores, l. 10. ti. 1. p. 7. sed si dominus seruum defendere noluerit seruuos defendere potest, l. et si nō de-fendatur, ff. de penis; declarat Plac. de delict. lib. 1. c. 32. n. 22. & Gregor. Lop. in d. l. 10. tit. 1. par. 7. verb. Repon-der por el. Et quando dominus tene-turex delicto serui dicemus infra in §. 3. de actionibus ex contractibus eoru, qui in aliena sunt potesta: e in actio-ne executoria, & in actione ex man-dato.

- iiii Septimus effectus est, vt de iure ci-uili seruuus non possit sine consensu domini matrimonium contrahere, vt in §. iustas autem, Institu. de nupt. l. cum ancillis, C. de incep. nupt. de iu-

re autem canonico, quod in hoc ca-su est seruandum, matrimonium va-let inter seruos, cap. 1. vbi Doctores de coniugio seruorum, declarat Co-uarruicias in epist. de sponsalib. 2. par. cap. 3. § numero 1. cum seq. & cap. 7. §. 2. n. 11.

- iiii Octauus effectus est, vt seruuus no-posit torqueri contra dominum, l. 1. §. si seruuus, l. ex libero, §. fin. ff. de queſtio. l. 1. & l. seruos, C. eodem titulo, l. 13. titulo 16. part. 3. l. 6. titulo 30. par-ti. 7. nisi in sepiem casibus ibi, exce-ptis, qnqd procedit in liberto cont-a paionum, dicta l. 1. §. si seruuus, & l. pridem, C. de queſtio. dicta l. 6. & in seruo, qui ante fuerat, l. vnius, §. seruuus, ff. de queſtio & dicta l. 6. vbi declarat Gregorius Lopez vbi. ename.

- iiii Nouus effectus est, vt si seruuus no-ticiam habuerit de morte futura domini, & non reuelaverit ex so-la scientia sequuto delicto punitur, l. 1. §. seruuus, & §. occisorum, ff. ad Si-lanian. vbi Bartol. & alij, & in l. v-trum, ff. ad l. Pompeiam, de parricid. Menochi. de arbitrar. iudic. libro 2. centuria 4. casu 355. numero 17. vbi per totum casum tractat quando concius criminis teneatur reuelare; & de filio, & aliis personis dixi-mus supra in capite primo, §. qua-drageimo tertio.

- Decianus effectus dominicæ poten-tias est, vt dominus possit recuperare seruum fugituum condicione ex l. si coloni, C. de agric. & censit. lib. 11. vel officio iudicis, vel actione in factum, vt notant glossa, Ioannes de Platea, & Lucas de Pen-na in dicta l. si coloni, l. 23. & 24. ti-tu. 14. par. 7.

- iiii Quod ex te etiā, vt autoritate p-o-pria possit dominus seruum fugien-tem capere, secundum eundem Lucam de Penna in dicta lege, si coloni, q. 6. Quam opinionem intelli-ge primo, quando seruuus est in actu fugaz

fugaz, in quo capi potest a domino pro p. i a autoritate licet debitor fugitiu s, lat. Prator, s. si debitorem, it de his quae in fraud. credito. circa quod plura adducit Menochi. de recuper. possel. remed. s. q. 6 & facit l. t. s. ser uis fugitiu s, ff. de seruis fugitiu s, l. quid sit fugitiu s, ff. de edilit. edict. L. fugitiu s, ff. de verborum signif. & Lvnica in fine, C. de colonis pa. est. li bro ii.

116 Secundo intellige, etiam quando seruus non est in actu fugaz, sed iam fagit, & vagus, & a nemine possessus reperiatur in aliquo loco; nam tunc dominus potest illum propria autoritate capere, d. l. vnic a fine, C. de colonis palest. lib. ii. tenent Platea. & Lucas de Peña in d. l. si coloni. Et ratio est, quia esset periculum in mora, dum ad iudicem dominus accederet, vt sentit Bar in d. lat. prator, s. si debitorem, num. i. de his quae in fraud. credit, & tener expi. esse Menoch. de recip posse sionem, remed. io. n. 51. Et est etiam ratio, quia quando seruus non est ab aliquo captus, nec diu est in qua posse sionem libertatis dominus non amittit posse sionem, l. s. per seruum, ff. de acquir. posse sionem, voi Doctores; & cum retineat posse sionem, potest seruum propria autoritate capere.

117 Sed si seruus fugitiu s ab alio pos fidetur, non potest a domino propria sed iudicis autoritate capi, vt conclu dit Lucas de Peña in dicta l. si coloni, quae. 6. & sentit ibi Platea, quos refert & sequitur Menochi. dicto rem. 10. num. 55. qui post Lucam de Peña hoc late declarat ibi num. 8. Et ratio est, quia quando seruus fugit, & ab alio est captus, dominus amittit posse sionem, dicta l. t. s. per seruum, ff. de acquir. posse sionem, nota: Cyn. in . t. q. 1. C. vbi causa status, que sequuntur Doctores com nuntier in d. s. per seruum, teste Menoch. lib. 2. de arbitra iud. cent. 3. casu 238. n. 3.

118 Quod extende, vt procedat etiam, si non sit seruus ab aliquo captus, si tamen diu stetit in possessione libertatis, nam dominus etiam amittit posse sionem; secus si diu non stetit, vt dictum est supra, L. 3. s. quod si ser uis, ff. de acquir. posse sionem, Cyn. in d. l. i. q. 1. C. vbi causa status, Bart. n. 1. & Iaf. num. 10. & 11. in dicto s. per ser uum; cum qua opinione transit Mcno chi. in dicto casu 238. num. 3. vbi nu. 5. tenet post Cyn. loco citato, quod iudicis arbitrio reuinquitur, quando dicatur diu stetisse seruus in qua posse sionem libertatis, & seruus fugendo priuer dominum sua posse sionem, licet Bar. Alex. Iaf. Areti. & Ferretus in d. l. s. per seruum, ff. de acquir. posse sionem, intelligant de decenio, quos sequitur idem Menoch. de recip. posse sionem, remed. 10. q. vlt. qui ab ea opinione recedit in d. casu 238. n. 5.

119 Sed intellige, quod in his duobus casibus amittit dominus posse sionem, quando eam omittit, & non requirit vbi sit seruus; secus si dominus posse sionem prosequatur, quia non amittit posse sionem, vt notat Innoc. in c. de seruorum, de seruis non ordi quem sequitur Ange. in l. fin. C. de acquir. posse s. & Grego. Lop. in l. 23. tit. tu. 14. par. 7. ve b. Despoderando el señor, per text. ibi, qui hoc probat.

120 Quid procedit. nisi seruus esset in fuga per 30 annos, per quod tempus dominus non solum amittit posse sionem, sed etiam proprietatem per l. 23. tit. 29. par. 3. vbi Grego Lop. & dicta l. 23. tit. 14. par. 7. quod 30. annorum tempus requiritur in hoc casu propter maius fidem seruifugitum. Sed si seruus se pro libero gratia bona fide 10. annis inter praesentes, & 20. inter absentes præhibet libertatem, l. 2. ibi glossa in 2. opinione, verb. Per viginti, C. de prescrip. logi temp. que pro libert. d. l. 23. tit. 29. par. 3. & 1. 7. tit. 22. part. 4. Dicam latius infra in suo loco.

Liber secundus praxis ciuilis.

121

Si vero seruus esset religionem in gressus per triennium à tempore sciētia p̄t scribit libertatem, intra quod dominus posset eum extrahere à religione cū rebus quis ibi duxit, c. generalis, c. si seruus scientie, §. 4. distin. c. 2. de seruis non ordin. cap. si quis in cognitis, 17. quæst. 2. Auhent. de monachis, §. 1. l. 7. titulo septimo, parti. i.

122

Et nota, quod si quis vult petere aliquem ut seruum fugitivum, & seruus dicat iniuste fuisse detentum in potestate patens, agens debet docere de titulo, & eo iustificare possessio nem, quo probato datur eis seruus, sicut proprietatis questione, & onus probationis transit in adiutorium praetendentem se liberum, l. liberis, §. fin. ff. de liberis l. causa, l. vis eius. C. de probatio, l. si filius, i. circa eū, l. si quis, ff. eod. tit. & apertius probat l. 27. tit. 14. parti. 7. & l. 7. tit. 14. parti. 3. vbi Greg. Lopez notat.

123

Sitamen is, qui vt seruus peritus est in possessione libertatis, tenetur agens seruitutem probare, vt probat iuri proxime allegata; & probatur seruus probata aliquā ex his causis qui b̄s e. ficitur seruus, vt sup̄a in principio huius §. not uimus; vel si probetur quod seruus fuit venditus & traditus à domino, vel quod dominus ipsum habuit pro derelicto, & aliquis eum occupauit, vt in §. serui, & in §. penulr. Inst. tu. de iure personarum, partum, C. de revendil. i. traditionibus, C. de pact. l. fin. si pro derelicto, cum aliis supra in principio allegatis; quod probatio debet esse clara & concludens cum sit contra libertatem, vt notat Carol. Meli. consil. 16. n. 7. & 9.

124

Libertas autem prebatur, vel quia quis est filius ingenuus mulieris, vel cōsecutus est libertate ex aliqua causa earū, quā in seruū §. mentionē faciemus, vt nonnulli Doctores in d. §. priuicia es, Inst. de actio.

125 Et est aliquid, quod si exceptio status sit opposita à reo dicente, se dominū actoris iudex p̄s cog noscere debet de hac exceptione, quām de actione actoris, l. penult. & ibi Bal. C. qui accusare nō possunt; nam exceptio qua opponitur contra personā impedit litis ingressum cum in omni iudicio quantumcūque sum mario sit legitimanda persona, vt no tam glossa in l. 2. C. de edito diuini Adriæ:ollen. Specul. in tito. de except. §. nunc videndum, col. 2. Bart. in Extraigan. ad reprimen dum super parte figura, Ang. in §. eque, Inst. de actio. & expresse probat l. 5. tit. 10. parti. 3. quam legem intellige & limita quando probatio exceptionis p̄atus est in pontu, & non requirit altidrem indigenciam; sed si probatio exceptionis statu non ostenditur in promptu, talis exceptio non impedit, nec est prius de ea cognoscendum per l. 10. tit. 3. pa. 3. quas leges ita intelligit & concordat Gregorius Lopez ibi; nam alijs contrarium videntur disponere.

126 Et ita si seruus ex seruitute proclamat in libertatem interim dum causa p̄det habetur pro seruo; si vero fuerit in possessione libertatis, & aliquis dicat eum esse seruū, dum causa p̄det habetur pro libero, & p̄rest cōstituere procuratorem, l. ordinata, ff. de liberis causa, l. libe, ff. eod. tit. l. seruū queque, ff. de procurat. l. 1. C. de assercio. toll. l. 4. ti. 5 par. 3. vbi Greg. Lopez.

Er nota, quod si seruus de possessione seruitutis proclamat in libertatem, & cōtra dominū pronunciātū sit infamia libertatis sit seceratio earū testū, de quibus dubitatur, an sint domini vel serui pro quo lata est sententia libertatis, l. fin. quib. ad libert. procl. nō licet, glof. Abb. & Doct. inc. 2 de secerest. posses. & fruct. l. 1. ti. 9 par. 3 vbi enumeratur alij plures casus, in quibus permitta est seceratio, & procedit. tiā ante sententia secundū Salic. in d.

De exercit.pract.actio. Cap.II. 116

in d.l.fin.C.quib.ad libert.procla. nō licet, quem refert & sequitur Greg. Lopez in d.l.1.it.9.Parti.3.verb. *E fuisse dada.* Sed si quis prouocetur de statu libertatis in seruitutem, tūc præstata fideiūsione, vel si ea non habet juratoria cautione, res manent apud prouocatum in seruitutem, l.1. §.t C.de assertio.tollen. Gregor.Lopez loco citato.

128 Quoad practicam autem huius actionis, si ille qui dicitur seruus sit in possessione seruituris, debet petere in libello ut pronuncietur ingenuus, vel liber, & aduersarius condemnetur, ut libere permittat eum libertate vti. Sed si is qui dicitur seruus est in possessione libertatis, dominus debet petere ut declaretur seruus, & condemnetur, ut ei seruilia ministeria exhibeat, d. 1. ordinari, ff. de liberali causa, l.liberi, g.fia, ff. cod. tit. 1. difamari, C.de ingenuis & manumis. §.præjudiciales, vbi notant Doctores Institu. de actio.

129 Finiliter hæc actio est ciuilis in rē, rei persecutoria, stricti iuris, perpetua, & datur in simplū & heredibus, & in heredes habita consideratione rerum, non infamat, est directa utroque modo, & singulris. & simplex, ut in d. §.præjudiciales, vbi Doctores, Instit. de actio. & notat Ioan.Crisp. in abore actio.n.130.

130 Alia est actio præjudicitiis vtilis, quæ cōpetit principibus, ac ceteris ex seruitute dominis prædiori aduersus vassallos, rusticos, colonos, adscriptios, tributarios, organarios, sive cestos, & ex diuerso his aduersus dominos suos, ut in Auth.de sanct. Episcopis, §.adscriptitios, conclus.9. & in l.1. C.in quib.ca s. coloni censi.domi. ac cufare possunt.lib.11.l.collonos, Lne diutiis, l.cum fatis, C.de agricoll. & censit.lib.11.l.1.2.& 3.cum aliis, titulo 25.par.4. Et datur vtilis, & nō directi; quia hi non sunt propriæ serui, quāvis in aliquibus seruis assūmūtūs

d.l.ne diutius, C.de agricolis & censit.lib.11.nam sub appellatione serui tutis omnes species subiectionis possunt comprehendī, vt notat Minling. in d.6.præjudiciales,n.19. Instit. de actio. Et qui sint coloni perpetui, & qui coloni adscriptitios, censiti, coloni conditionales, originarij, iuquiliñ, cestiti, simplices, rusticani, declarat late Valasc.de iure emph. q.37. per totā, vbi n.19.refert etiam alias subditorū species. Et qui sint domini, & qui vassali declarat d.l.1.& 2. & 3 tit.25. parti.4. Et ad quid teneatur vassallus dominio, declarat etiam l.5. & 6. eiusdem tituli, vbi Greg Lop. verb. *Duenlos seruir,* post Speculat, in tit. de feud. 9. quoniam, vniū sic. Et nota.

131 Sed si dominus alia iura, vel tributa, seu seruitia à iure indebita à vassallis colligat absq; titulo, præsumūtur per metū extorta, nec possunt præscriptio ne acquiri per dominū, vt notat Hof ten, in c. quod libēter, & ibi Ios. An dr. & Abb. qui hāc testātū cōmuē opin. Inoc. in c.bone, el. 2. de postula. Prælat. Cyn. in L.2. C. quæ sit lōga cōsuet. Alber. in rubr. eod. tit. Ioan Faber. in l.1. certis annis, col. penu. C.de past. idē Ioan. And. in c.1.ii nouella, n.2. de præscriptio.lib.6. & ibi Gemin. col.1. & Philip. Frāc. col.3. Bal. in c. 1. §.pastiones, n.1. de pace constantie. Areti. cons.14. Alex. in Liusiū adūm, §.1.5. quarū rerū actio nō detur. Jacob. in q.feudoru. n.50. Guid. Pap. de præsump. n.106. in 5.vol. tract. Bertr. cōf. 49 lib.1. Luc. de Peñi. in L. libes, col.3. C.de agricola. & cestit.lib.11. Ias, in §.quadrupli, n.69. Instit. de actio. modern. Gallus in cōstitu. Paris. 2.p. §.53. n.16. cū seq. Tho. Gram. voto 12 n.2. cū aliis seq. & cons. 95. n.20. & cō fil. 98. n.16. & cons. 147. n.6. Montal. in l.1. tit.11.lib.2. Gre. Lop. in l.6. tit.25. par.4. verb. *Duenlos seruir,* Couarr. in reg. possessor mal. fidei, 2.p. §.4. n.4. de reg. iur. in 6.D. Ant. à Padi. in l.2. n.37. cū seq. C. deferuit. & aqua.

Liber secundus praxis ciuilis,

132

Quod limita, nisi domini probent se per tempus immemorale dicta servitia accepisse, ut fere omnes proxime citati Doctores tenent, quia immemorialis vim tituli obtinuit, Lhoc iure, §. ductus aqua, ff. de aqua pluviare, cap. super quibusdam, §. præterea, de verbis significat. & expresse ita disponit L. tit. 15. lib. 4. Recopilat.

Quod intelligit D Antonius Padilla in dicta l. 2. num. 38. C deferuit, & aqua, quando simul cum immemoriali aliqui ad ministerium tituli probarentur. Cuius opinio est expresse contra dictam L. ibid: *Se a uida est lugar de titulo bastante.*

Quod intellige in proprietate, in possessione autem sufficit tempus 40. annorum per dictam legem octauam Regni.

134 Ad quid autem teneantur vassalli Regi. & Rex vassallis declarant decem tituli in 2. par. à titulo 10. usque ad 20. & 1. 4. titu. 27 & 1. 3. titu. 29. ex dem Patr. Et Principes habent multi iura & priuilegia, quæ eis competunt, & sunt reseruata ratione excellentiæ & superioritatis, quæ alii non competit, ut in titu. quæ sint regalia in vissibus feudorum, & 208. priuilegia Regibus & principibus reseruata in subditos accumulata Chassane, in catalogo gloriæ mundi, s. par. 24. confideratione.

Et inter ea quæ à vassallis Regi debentur, est annuum tributum quod ei debetur in signum subjectionis & recognitionis vassalagij, quod propriè dicitur collecta, & sermone Hispano dicitur *peso*, sub quo vocabulo comprehenduntur plura, ad quæ ignobilis villam tenentur, ut declarat Ioan. Arce ab Otalora de nobili-

tate, s. par. cap. 1. num. 15. cum seq. & c. 2. n. 5. Quod tributum deberetur Regi de iure diuino iuxta illud Matth. 22. & L. uer. 12. & Marci 11. vbi Redemptor noster dixit: Reddite ergo eis sunt Cesariis Cesari, & facit c. tributum, cum seq. 23. q. 8. cap. peruenit, cap. innouamus, vbi Doctores de censibus. Et de iure eccliamuni l. vni. ca. C. quæ sunt regalia, vbi Bal. & Doctores, Auhent. de mādatis Princip. collit. 3. Chassane in dicta 24. confidratione. Et de iure regio est l. 11. titulo 28. par. 2. ouz ponit rationem ob quam vassali tenentur ad tributum, rum seu collectarum prestationem cuius etiā nominatur Hosti in summa tit. de censib. 6. ev quib. versi. Ex a. fione, & versi. fin. Ioan. Faber in l. 1. C. noua vestig. Cuid cor. fil. 65. nume. 3. & consil. 150. nem. 5. Deci. consil. 649. cū aliis adductis per Ioan. Arce ab Otalora de nobiliare 1. par. cap. 3. numero 2. cum aliis sequē. & probant, l. 2. & 8. titulo 1. par. 2. vbi Gregorius Lopez.

135 Et hoc tributum non potest imponi nec exigiri nisi à solis Regibus, & principibus, superioribus, cum solis eis sit reseruatum in signum subjectionis & recognitionis vassallagij ut dictum est l. 2. & fin. C. noua vestig. l. 1. vestigalia, ff. de publica, c. ignouamus, de censib. Baile. in dicta l. vestigalia, Cuid. dicto consil. 65. & 150. Otalora loco citato dicta l. 2. & 8. tit. 1. par. 2.

Nisi alicui sit concessum principis priuilegio, vel per immemorale prescriptionem, quæ vim priuilegij habet, d. l. hec iure, §. ductus aqua, ff. de aqua pluvia arten. cap. 1. de prescriptio. lib. 6. cap. super quibusdam, §. præterea, de verbis significat. dicta L. titu. 15. libro 4. Recopilatio nis.

136 Et omnes personæ uniuersaliter terentur ad tributa vel collectas exceptis his quæ eximuntur iure vel priu-

privilegio vel consuetudine immemoriali, quæ habet vim privilegij, nā princeps habet generaliter contra omnes fundatam intentionem suā de iure diuino & humano ut dictum est, cap. omnis anima, de censib. l. om̄es, l. i. & penultim. C. de anno & tribu. lib. 10. vbi Ioann. de Platea, c. super quibusdam, de verbis signific. d. l. 2. & 8. tit. 1. par. 2. & dicta l. 11. tit. 28. part. 3. vbi Gregor. Lopez verb. Tributos. & Ioann. Arce ab Otarora de nobilitate, 2. par. cap. primo, numero 1.

139 Et in his causis aliquando prouocat particularis, aliquando fiscalis cū communitate, & aliquando fiscalis solus per viam delationis. Et ad hoc ut particularis possit mouere hoc iudicium necessarium est quod p̄cedat pignoris capture ex parte communitatis ratione tributorum ignobilium, & quod particularis presentet huius pignoris testimonium corā iudicibus nobilitatis in principio iudicij, ut disponit dicta l. 8. tit. 11. lib. 2. Recopil. & declarat Otarora dicto tract. de nobilitate 3. par. c. 1. n. me. 1. Et debet communitas citari, & libellus notificari fiscali, ut ipse aduertit,

Ex parte verò fiscalis vel nomminatis licitum est absolute & libere prouocare sine aliqua inquietatione particularis, quia quando particularis denegat solutionem tributorum, & dicit se nobilem, turbat quasi possessionem quam princeps habet de iure communi contra omnes subditos ut supra notauimus, & videtur eum spoliare sua quasi possessione per ea quæ notat Innocent. in c. suborta, de re iudic. Abb. in c. quæ relam, de elelio. Ion. Arce ab Otarora dicto tracta. de nobilit. 3. par. c. 3. numpe. 2. Et expedit magis in hoc iudicio prouocare, quam prouocari; quia is qui prounciat potest suspendere petitorium, & facilius probare possessorij, quam petitorium, cum ad obtainendum in

possessione, sufficiat probare exemptionem tributorum per tempus 20. annorum tam litigantis, quam patris & avi; sed in proprietate requiritur tempus immemoriale per dictam l. 7. & 8. tit. 11. lib. 2. Recopilatio. Et in hac nobilitatis causa cum agatur de iure in corporali, possunt in uno libello cummulari petitorium & possessoriū, ut declarat Ioann. Arce ab Otarora in dicta 3. p. c. 5. nume. 1. cum aliis seq. & probat dicta l. 8. titulo 11. lib. 2. Recopilation. Quod secus est in re corporali, in qua non potest intentari ab una persona petitorium & possessoriū retinendi uno respectu propter contrarietatem, quæ refusat, ut in l. naturaliter §. nihil commune, ff. de acquir. possessio. & in l. ordinarij, C. de rei vendicat. l. incerti iuris, l. ii. de vi, ff. de iudi. c. pasto alis, de causa possessio. & propriet. Doctores in dicto §. nihil commune, maxime Ripa num. 150. cum seq. Courar. lib. 1. Variar. resolution. c. 16. num. 10. cum seq. Otarora loco citato, Ioann. Garcia glof. 12. num. 9. versic. Addit tertio, in fine dicens, elle notatū dignissimum. Ioan. Gutier. lib. 3. q. 14. numero 27. l. 27. tit. 2. par. 3. Et aduerte, quod auctor particularis potest suspendere petitorium ante litem contestatam, ex reg. text. in c. pastoralis, & in c. significauerunt, de testib. & probat dicta l. 8. tit. 11. lib. 2. Recopil. Post litem vero contestatam non poterit secundum magis communē opinionem, ut testatur Ripa in dicto §. nihil commune, num. 154. quem sequitur Otarora loco citato, nisi in odium spoliatoris, ut in Clement. una de causa possessio. & propriet. quem text. intelligunt Alex. Ias. & Ripa citati per eundem Otarotā, qui testatur de magis communī opinione.

Sed aduerte, quod omnia quæ dicta sunt de nobilitate intelliguntur quando de pleno iure nobilitatis tractatur ad evitandam solutionem tri-

140 141

Liber secundus praxis ciuilis,

butorum, sed quando per incidentiam de eo iure nobilitatis tractatur ad eum tandem carcere in, ut nobilis pro debito ciuili non incareretur, neque rorqueatur, & limia; minor & facillior probatio requiriatur, & semiplena, cum aliis quibus circumstantiis sufficit, secundum Otaroram in 3 p.c. 8. num. 11. dicens, quotidie practicari, Aceuedas in l. fin. tit. 21. lib. 4. Recopilatio 1. num. 68. & in l. 4. titu. 2. num. 41. lib. 6. Recopilat. Ioan. Gutierrez de iuramento confirmator. cap. 16. nu. 9. Parlador. lib. 2. c. fin. 5. partis, §. 6. numero 9. & in lib. 1. rerum quotidiana rum, cap. 17. num. 29. Juan. Garc glosa 1. num. 33. & dominus Anton. Padi lla in l. si qdibus nume. 8. & 9. C. de seruitutibus & aqua, Bouadilla in sua Politica lib. 3. cap. 15. num. 20. Et ratio est, qui qua. do de qualitate aliqua non principaliter, sed accessorie tractatur; satis est qualitatem semiplena probare sec. Iudicium Bald. in l. nō ignorat, colum. 3. C. qui accusare non possunt, sicut in probatione filiationis per incidentiam ad obtinenda, d. l. alimenta, sola fama sufficit, quia est semiplena probatio ex l. fin. titu. 19. parti. 4. sed quando principaliter de ea tractatur sola fama non sufficit ut per Doctores, & per text. in cap. per tuas, de probatio. & glossa inc. Michael, de filiis presbyterorum; licet contrarium teneant ipsem Ioannes Arce Otarora sibi contrarius, 2. par. 3. partis, cap. 10. num. 3. & Didacus Perez in l. 7. glossa penult. titu. 2. lib. 4. Ordinam. colum. 1381. & Baeca de inope debito cap. 16. nu. 24. qui meo iudicio merito ab omnibus modernis reprobarunt; quia vera nobilitas per famam, reputationem, communemque opinionem probatur, & quod testes dicant quod pro nobili habitus est, Mascal. de probation. concln. 1095. num. 12. Matien. in l. 7. tit. 7. glo. 4. numero 3. lib. 1. Recopilation. Villadiego in l. 8. in prologo del fuero juz-

go, dicentes nobilitatem ex vulgo opinione dependere, & d. l. 8. titu. 11. lib. 2. Recop. ibi: Prae posse possessione & re pensione de si, & de su paore, & aguelo. Et hæc probatio fut. ciens est ad eum tandem solutionem tributorum ut dictum est. In his aut. m. causis nobilitatis plurimum potest arbitrium iudicis, & qui sunt nobiles vel ignosiles iudicis arbitrio relinquuntur, Tiraquelus de nobilitate, c. 10 n. 10. Ioann. Garc. glo. 12. num. 21. Aceuedas in rubr. titu. 21. numero 10161. usque ad numerum 190.

142 Ultimo loco est sciendum, quod quando particularis non potest iudicium mouere, quia non potest agere sine turbatione reali & pignoris capture, ut disponit d. l. 8. titu. 11. lib. 2. Recopilat. potest petere ut examinentur testes ad perpetuam rei memoriam ante litis contestationem propter senectutem, vel absentiam, vel alias causas, ut in c. quoniam frequenter, vbi Doctores ut lite non contentata, & in cap. significavit, de testibus, & in Authenti. sed & si quis, C. eod. tit. Et quia sim in hac probatio ne necessaria, diximus supra in prece deti in §. 46. de actione, de partu agnoscedo, prope finem.

EX §. II.

SUMMARIA.

- 1 *I libertatis diffinitione.*
- 2 *Renovari potest in servitute on liberum per ingratitudinem.*
- 3 *Quibus modis seruus efficietur liber.*
- 4 *Seruus ad sacros ordines, domino sciente, promotus fuerit, efficietur liber.*
- 5 *Dominus si sciemer seruum nomine ueris filium suum sit liber.*
- 6 *Dominus existens sine uxore ex aencia filios habeat, si in vltimis mib disposuerit de seruitute filij, & ancilia*

- serville post mortem domini sunt liberi.
- 7 Servus si bona fide pro liberis se gerat, et 10. annos inter praesentes, & 20. inter absentes, & mala fide 30. efficietur liber.
- 8 Servus si plures habeant dominos, si unus manumisit pro parte ceterorum taxatur premium arbitrio iudicis.
- 9 Libertus ad quae teneatur patrono suo.
- 10 Patronus non potest vocari a liberto in ius sine venia.
- 11 Libertus teneatur prestatre patrōno operas ab eo imp̄fis, querit p̄spicuisse eommodum precūpatorum.
- 12 Recurrit oī servis, ut ei sit quoniam manumissus gratis, vel eiis pretiis est ingratius.
- 13 Liberius si decedit sine liberis succeedit patrōnus eius.
- 14 Patrōnus legitimus tutor liberis, & non tenetur saufidare.
- 15 Patrōnus habet liberam assignandis facultatem unī ex liberis liberum suum.
- 16 Libertas debet domino multos honores si manumisierit; secundū si legis beneficio habuerit libertatem.
- 17 Patrōnus quibus modis assistit ius patrōnatus.
- 18 Eisdem modis quibus patrōnus perdiit ius patrōnatus, libertas etiam perdit illud, eius filij, & cognati.
- 19 Practien huius actionis.
- 20 Libertinus saurore ingeauitatis semper ex dispositione iuris communis nouissimā in libertatem proclamare posset.
- 21 Promulgata per sentenciam ingenuus facit ius, & pro veritate habebet.
- 22 Causa servientis & ingenuitatis, & libertunitatis, possunt etiam tractari post sententiam.
- 23 Actio pro scrutinio est in rem pratorum.

De actione ex libertinitate & ingenuitate, §. II.

A LIA & teetia est præsumptio dicialis actio de libertinitate & ingenuitate, qua queritur, an quis sit libertus, vel ingenuus, & datur patrōno contra eū, qui negat se esse libertum, & liberto aduersus patronum, qua petit se declarari ingenuum, vt in lege, ingenuum, ff. de statu homin. & &c. in l. fin. in principl. & in §. fin. ff. si libert. ingen. esse dic. & in l. diffamari, C. de ingenu & manumis. & in §. præjudiciales, vbi Doctores, Instit. de actio.

Pro cuius declaratione præsumendum est, quod libertas est naturalis facultas eius, quod cuique facere libert. nisi quod vi aut iure p. obicitur. Libertas, ff. de statu hominum, §. I. In stat. de iure personarum, l. I. tit. 22. part. 4. Et dicitur res inastimabilis, vt in l. libertas. vbi Deci & Cagn. ff. de regi. iur. Et est duplex libertas, vni ratio quædicitur naturalis facultas, vt in dicta definitione retinetur; & alia que appellatur dativa, que præsupponit seruitutem præcessisse, quam in totū extinguit; & hæc dicitur noua libertas creata à iure, & non antiqua de teeta, que iam mortua erat per fictionem, l. seruitutem, l. quod attinet, ff. de regul. iur. & non potest revivisci, laquies, & aream, ff. de solutio. Et quod sit noua libertas patet, quia habet nouam formam, & proper manumissionem patrōnus habet ius patrōnatus. l. 2. vbi Doctores, C. de in ius voc. & libertus tenetur ad multa patrōno, de quibus per glof. & Doctores in §. sed nostra, Instit. de successione libert. Et libertas potest recuperari in seruitutem propter ingratitudinem, l. I. C. de lib. & eorum liber. §. maxima, Instit. de capit. dimin. quod non est in naturali libertate. Hinc est quod

Liber secundus praxis ciuilis,

Quod manumissio est vera datio libertatis, ut tenent glos. & scribentes in l. manumissiones, q. de iustitia & iure, quia est noua libertas creata à iure, quæ per factum manumissionis datur seruo manumisso; & ita manumissus dicitur nouus homo, l. hodie, ss. de capit. dimi. §. seruus, Instit. eodē titu. Et tanquam nouiter natus efficitor ciuis, §. fin. Instit. de libert. & ita p̄fit noua libertas & nouus libertus homo, tener Deci. in l. quod quis cum seruus, ss. de regul. iur. Bologne. in tra-
sta. de multip. signi. & diff. iuris & fa-
cti. num. 7. o. Min sing. in dicto §. pre-
judiciales, nume. 22. Instit. de actio.
Tiber. Decian. responso 19. num. 103.
lib. 3. & facit quod tradit Zas. in suis
intellec. t. in l. si non sortem, §. liber-
tus, de conditio. indebiti, & sentit l. tit
tit. 22. parti. 4. in princip. ibi: Torna co-
mo de natus en estat lo de home, & ibi:
El Rey dizen lole assi, mundo q̄ seas
libre. bies assi como si nascra ouesse
seydo sieruo; quod à contrario sensu
facere non potest patronus; nam Rex
hoc facit resiliendo naturalibus, vt
in l. fin. C. de bonis liber. & notat Gre-
gor. Lop. in d. l. 11 verb. Como si n̄ es.
Nec obstat fundamentum in contra-
rium adductum per Anto. Natta post
alios in consilio 614. num. 1. lib. 3. di-
centem, servitutem esse accidens, &
non naturam; & ideo sublatu accidē-
te, natura ipsa eluescit. & sic expli-
sa seruitute per manumissionem de-
textur libertas, quæ inheret iure natu-
rali, sed erat offuscata de iure gen-
tiū. Nam ad hoc responderetur, quod
licet seruus sit accidens, extinguit li-
bertatem, d. l. seruitutem, & l. quod
attinet, ss. de reg. iur. Et sic cum liber-
tas per seruitutem sit mortua, amplius
reuici non potest, d. l. qui res, §. a-
team, ss. de solutio.

3 Multis autem modis seruus effici-
tur liber. Primo, si nunciauit iudi-
ci virginis raptorem, l. si quis, C. ex
quibus caus. serui, pro premi. liber ac-

cip. l. 3. tit. 22. par. 4. Secundo si nun-
ciauit iudici fabricatorem inonetz,
l. fin. C. eod. tit. ex quib. caus. serui. d.
l. tit. 22. par. 4. Tertio. si nuncia-
uit iudiciducem militiæ deserterem,
dicta l. fin. & dicta l. 3. par. & in his
t. ibus casibus datur domino per Re-
gem premium iustum, l. 2. dicto titu.
ex quib. caus. & dicta l. 3. par. Quarto,
si seruus necem domini vindica-
uit, vel eius occiso, em accusavit, &
intentione emplorauit, l. 1. dicto titu. ex
quib. & dicta l. 3. par. Quinto si de-
tegit coniurationem & conspiratio-
nem in mortem domini, l. eris alieni,
ss. ad l. Falcid. vbi Alex. Grego. Lop.
in dicta l. 3. Sexto, si nunciauit Re-
gi vel regno proditionem machina-
tam, dicta l. 3. titulo 22. parti. 4. Sep-
timo, si dominus ancillæ publice pro-
stituat, l. si lenones. C. de Episcop. au-
di l. minime, ss. de seruat. l. si dominus,
ss. de his qui sunt sui vel alieni iuris,
l. 4. titu. 22. parti. 4. l. 1. 3. titulo 3. par. 5.
Octauo, si seruus cum liber, aut an-
cilla cum libero, domino sciente,
nec contradicente, aut dominus cum
ancilla matrimonium contraxit, Au-
thent. de sup. §. si vero ab initio, col-
latione 4. Authent. ad hzc, C. de lati.
lib. toll. l. 1. tit. 5. par. 4. l. 5. tit. 22. eadē
par. declarat Couartu. in epist. de spō
faliib. 2. par. cap. 3. §. 7. num. 1. & Valaf-
chi de iure emphit. quz st. 37. num. 5.
& 6. Nonobstante seruus ad sacros or-
dines domino sciente promotus fue-
rit, c. miramur, de seruis non ordin.
Specul. in tit. de dispensatione. §. qua
liter autem, num. 4. Anton. Cucchus
Institu. major. lib. 4. titu. 12. num. 41.
l. 6. titulo 22. parti. 4. Decimo, si
seruus ingrediatur religionem, & do-
minus intra tres annos à tempore sci-
entia eum non extraxerit à religione,
c. generalis, c. si seruus scientia, ss. 4. di-
stinct. c. 2. de seruis non ordin. cap. si
quis incognitus, 17. quz st. 3. Authen.
de monachis, §. 1. collat. 1. l. 6. titu. 7.
par. 1. Undecimo, si scientie domino
milita-

militauit seruos, l. super seruis, C. qu i militare non possunt. Duodecimo, si tempore infirmitatis dominus seruum exposuit, sicut filios familias liberatur à patria potestate, l. 2. & 3. C. de infant. expo. c. vnico de infan. l. angui. & expo. glos. in l. necare, ff. de liber. agnol. cend. l. 4. tit. 20. par. 4. Decimo tertio, si dominus scienter seruum nominauit filiu suom, §. fin. vbi glossa & Doctores, Instit. de adoptio. Rebut. in tract. nominatio. quæst. 1. numero 7.

6 Decimo quarto, serui efficiuntur liberi, si dominus existens sine uxore ex ancilla filios habeat, & in ultima voluntate nihil disponat de seruitute, vel libertate eorum; nam dicitur filij & ancilla post mortem domini ad libertatem perducuntur, ut sit mors domini libertas exordium, l. final. C. communia. de manumissio. vbi Bal. Salic. & alij. Et ratio est, quia cum de eis expresse dominus non disponat, presumitur libertatem eis relinquere; argum. text. in Authenti. nunciatem, C. de secund. nupt. Si autem voluerit de eis disponere, poterit quomodo sibi placuerit inuita & in ultima voluntate eos alii, vt seruos legando vel hereditibus in seruitute relinquent, vt in dicta l. fin. C. communia. de manumissio. l. si minor, cum sequent. ff. de manumis. vindicta, l. 1. titulo 22 par. 4.

7 Decimo quinto efficitur seruus liber. præscriptione, si pro libero se gerat bona fide 10. annis inter præfemes, & 20. inter absentes, & mala fide 30. annis, l. vbi glossa verb. Præscriptio, l. 2. vbi etiam glossa verb. Per viginti, in ultima opinio. C. de longi tempor. præscriptio. quæ pro libert. & expressius l. 23. titulo 29. par. 3. & l. 7. titu. 12. par. 4. Et nota, quod licet libertas prescribitur tempore, vt dictum est, tamē seruitus liberi hominis non prescribitur, nec mutatur eius conditio, l. fin. C. de præscriptio. longi tempor. quæ pro libert. & non aduersas libert. op-

ponitur, vbi glossa & Doctores, glof. in l. 2. verb. Ancillam, C. de ingenu. & manumis. l. 24. tit. 29. par. 3. Decimo sexto efficitur seruus liber per manumissionem, vt per totum ff. de manumissio. & de manumis. testam. & de manumis. vindicta, & Instit. de liberti. & per dictam l. 1. tit. 22. par. 4. Quæ manumissio potest fieri pluribus modis, vt in §. multis, Instit. de libert. & in dicta l. 1. titu. 22. parti. 4. vbi Gregor. Lopez referit quæ sunt in hac manumissione necessaria. Et nota quod si seruus plures habeat dominos, unus potest eum manumittere, aliis inuitis, soluta eis parte pretij, iudicis arbitrio, l. 1. C. commu. seruo manumis. l. 2. titu. 22 par. 4. Item adiecte, quod licet debitor possit manumittere mancipia generaliter obligata, non tamē potest manumittere ea, quæ sunt specialiter obligata, l. C. de seru. pign. manumisso, l. seruus, ff. de manumis. & creditor potest mancipia sibi specialiter obligata, saltem perfidei commissum manumittere, sed non generaliter obligata, l. generaliter, §. si quis seruo, vbi glossa ff. de fideicōmis. libert. Lest differentia, ff. in quibus caus. pign. vel hipot. tacite conatur, & notat Beioi. in cap. nulli, numero 16. de rebus Eccles. non alienand.

9 Ex hac tamen manumissione multipliciter competit patrono iuspatronatus, primo tenetur libertus reuerenti patrō exhibere cum apud eum accedit, videlicet in assurgendo & honorando eumbireto, & salutando. l. generaliter, ff. de in ius voc. l. qui manumitti. C. de oper. libert. l. 8. tit. 22. parti. 4. Secundo, patronus non potest vocari a liberto in ius sine venia, l. fin. ff. de in ius voc. l. 1. & 2. C. eo. ti. d. l. 8. Tertio, non potest libertus accusare patronum vel patronā liberos, seu parentes patroni; nec contra patronum proponere actiones, vel actionē dolii, vel exceptionem, l. adoptionem.

Liber secundus praxis cluilis,

tiuum, §. patronum, cum l. seq. ff. de ius voca. l.i.l.honor, l.liberto, ff. de obseq. alib. p̄f. L. parens, l. licet, eodem titulo, Lapud Celsum, §. aduersus, ff. de exceptio. dol. d.l.8. titu. 22. par. 4. etiamli patronus committeret delicta publica, l. qui accu. are, in fin. ff. de accusatio. l. si adulterium, §. liberto, ff. de adulteriis, nisi in causa propria, l. hi tamen, §. i. ff. de accusatio. dicto §. libe. to; vel in crimen legis imagestatis, l. famosi, ff. ad leg. Iulii. magest. l. penult. C. eodem titulo, l. penult. C. qui accusare non possunt. Et in crimen annonz, l. mulierem, ff. de accusatio. & in falsa moneta, l. fin. C. ex quibus cauf. serui pro prem. lib. accipia. vel quando alieno nomine ageret, l. quæfirum, ff. de in ius voca. Quarto, contra patronum non datur liberto restitutio, l. i. C. qui & aduersus quos rest. in integr. no est necessaria. Quinto tenetur libertus patronū & eius filios & familiā alere, si aliudē non habent unde se slerē possint. l. si quis à liberis, §. solent, vbi Bort. & allij, ff. de liber. agnoscend. l. i. titu. 22. par. 4.

Sexto tenetur libertus p̄f. patrone operas ab eo impositas quæ respiciunt commodum pecuniarium, l. i. vbi glof. C. de oper. libert. Azon. in summa illius tituli, qui ponit sex differentias operarum, & declarat, quibus actionibus postulant peti, & ultra eum Ioan. de Blana. in statu de actio. in actione p̄f. iudiciali, de ingenui. & liberti. Septimo, patronus potest libertum in seruitutem reuocare, vt in Authent. vt liber de cetero, §. i. collatione 6. l. i. C. de libert. & eorum libert. l. 9. titu. 22. par. 4. Et est aduentū, quod hæc reuocatio in seruitutem fit, quando manumissus gratis, vel eius pretio est ingratus manumittentis, vel eius filius excansa ex qua donatio reuocatur, aut fecit pacem in eorum perniciem cum inimicis, vel patronum aut eius filios egentes nolit alimentare, d. l. s.

C. de liber. & eorum lib. Authent. vt liber de cetero, §. i. collatione 6. l. etiam, C. de obseq. dicta l. 9. titu. 22. par. 4. quæ in reuocatione donationis allegat l. 10. titu. 4. par. 5. Sed si patronus à tertio premium pro manumissione recepit, vel hæres domini eius mandato manumisit, tunc non reuocatur in seruitutem libertus, sed patronus potest conqueri, vt pro modo excessus castigetur, dicta l. i. C. de libe. & eorum lib. dicta l. 9. titu. 22. parti. 4. quod declarat ibi Gregorius Lopez. Octauo, patronus succedit liberto; nam si libertus decedit sine liberis & parentibus, vel cum liberis exhæredatis, patronus succedit in omnibus bonis liberti, & deficiente patrone, succedunt eius liberi, & eis deficiētibus collaterales, vsque ad quantum gradum, salua gradus prerogativa, qui succedunt in capita & no in stirpes. Sed si libertus fecit testamētum, & habuit minus quam centum aureos, tunc potest patronum totaliter excludere; si veio habeat plures quam centum aureos, tenetur patrono tertiam partem bonorum relinquere, alioquin datur patrono tercia pars, vel si minus sit ei relictum, fieri supplementum, vt in §. sed nostra, Insti. de successio. liber. l. i. C. de bonis liber. l. 10. tit. 22. p. 4. quod etiā dispostum est, vt fratres liberi ipsius liberti excludant patronum, contra id, & notatur in Authen. defuncto, C. ad Tertullian. Nonno, patroni, & eorum liberi sunt legitimū tutores libertorum impuberum, quia sunt eorum successores; nam vbi est successionis emolumenū, ibi debet esse onus tutelæ, vt in §. vnicō, Insti. de legit. patro. tut. vbi Doctores. Decimo, patronus legitimū tutor liberti no teneatur regulariter satisfare nisi sit persona vulgaris vel in honesta, vel sint magnæ facultates pupilli, vel cum non diligit, vel sublicita similis causa, vt in legitimos, §. i. & 2. §. de legit.

De exercit.pract.la&ctio.Cap.II.

120

- git.tuto glossa & Doctores in dicto §.vnicco. Undecimo , patronus habet liberat⁹ assignandi facultatē vni ex liberis libertum suum, vt per totū s. de assign. liber. Et h̄c assignatio potest fieri in testamento, & line eo, & pure, & sub conditione, & qui buscumque verbis, & etiam nutibus & signis, vt in l. i. §. assignare, s. eodē situlo. Et liber cui facta est assignatio per patronum, potest transmittere iuspatronatus ad liberos suos, non autem ad extraneos, nec etiam ad fiscum, nisi tale iuspatronatus trāferat cum vniuersitate bonorum, & notari glōs. ip. l. quædam, verb. Fundus, s. de acquirendo rerum domini. Quam re. erit & sequitur Nicas. in §. vnicco, num. 2. Insti.de assignatio libert. Et est hic aduentru, quod patronus habet di. tōs honores, quādo libertum manumisit; secus si aliquo legi beneficio fuit seruus esse etius liber, vt superius dictum est; quia tunc non dicitur habere patronum, vt colligitur ex toto titulo, ex quibus causis seruus pro p̄mio lib. Et nota etiam quando manumissio facta est à patrono iuspatronatus liberti non potest diuidi, quia non recipit diuisionēm, l. quædam, in fine, s. familiæ er. c. l. 3. de alimen. leg. l. fin. s. de iure patrona. glōs. in Clem. 2. §. vltimo de iurepatron. Nec potest etiam istud ius alienari, glossa in Clem. plures, verb. liber, de iurepatronat.
- 17 Multis etiam modis patronus amittit iuspat. onatus, de quibus per glossa & Doctores in §. sed nostra, Insti.de successio. libert. & in l. ii. tit. 22. par. 4. vbi accumulantur decē cas. i. quibus adhuc quod regulariter patronus tenetur erga libertum ad ea onera quæratio & quitatis suaderet, vt notar Paulus de Citadi. in tracta. stione iurepatronat. §. p. artic. 6. verific. Non & vltimo quem refert & sequitur Cesar Lambertin. eodem tractatu, lib. 3. q. vltima, artic. fin.
- Et nota, quod eisdem modis quibus patronus perdit iuspatronatus liberti perdunt etiam illud eius filij & cognati, qui habent ius succedendi, vt in §. multis, Insti. de successio. liber. & norat post Azo. Gregor. Lopez in dicta l. ii. titu. 22. par. 4. quz lex hoc ips extendit ad filios usque ad quartum gradum.
- 18 Ad practicam autem huius, actionis deueniendo, est aduentru, quod si si qui dicitur, liberus sit in quasi possesione ingenuitatis, patronus tenetur probare libertum suum, alias seipsum obtinebit l. fin. s. si libert. ingenuus esse dic. Lc. ca. s. de probatio. Et in hac actione p̄zjudiciali, patronus petere debet, vt declaratur legitimus rei conuenti patronus, & reus liberus suus, & condemnetur vt obsequia & iura sibi debita p̄stet; & ex contrario qui pro liberto habetur petere debet, vt ingenuus declaretur, & reus condemnetur vt patiatur se pro ingenuo gerere; & de cetero nō petat ab eo iura patronatus, nec molestat, dicta l. fin. in princip. & in §. fin. s. si libert. ingenuus esse dicat, Linge suum, s. de statu homin. l. dissimilari, C. de ingenu. & manumis. & notatur per omnes in dicto §. p̄z judiciales, Insti.de actio.
- Et est notandum quod libertinus favore ingenuitatis semper ex dispositione iuri communis nouissimi in libertatem proclamare potest, dicta l. fin. s. si libe. ingen. esse die. Et cum ingenuitas sit favorabilior seruitute & libertinitate p̄scriptio quinque ni⁹ obserit vendicanti aliquem ex ingenuitate in seruitutem vel libertinatatem. vt notatur in dicta l. fin. & per Monticulum in dicto §. p̄z judiciales, n. 7. Insti.de actio.
- Item aduerie, quod si quis ingenuus pronunciatus fuerit sententia, in hoc casu facit ius, & pro veritate habetur, Lingenuum, s. de statu homin.

Liber secundus praxis ciuilis,

min. vbi Doctores in l.2. C. quibus res iudicata non noc. Tiraquel, int:a Etia, res inter alios limitatio. 10. qnqd intellige con:currentibus quinque re quisitis per nos supra adductis in e.t. de actione, de partu agnoscendo, h. fin. numero 27. in sententia filiationis isto lib. 2.

- 22 Ultimo loco sciendum est, quod causa seruituris libertatis & ingenuitatis possunt eriant tractari post mortem eorum, qui dicuntur servi, vel liberti, ut per totum finem de statu defunctorum, notat Monti. in loco proxime citato.
- 23 Hec actio est in rem pratoria, & haber naturam, quam norant Doctores in dicto §. præludiales, Inst. de astio. & Joan. Crisp. & Nicasi in arbore actionum, num. 9.

EX §. III.

SUMMARIA.

- 1 Exercitoria actio cui competat, & contra quem.
- 2 Exercitor quis dicitur.
- 3 Actio exercitoria aduersus quem datur.
- 4 Faciens expensas suu, dicitur contrahere in utilitatem suu.
- 5 Creditor non tenet probare rem veram esse in utilitate suu.
- 6 An idem procedit in Economia.
- 7 Exercitor an tenetur pro magistris suis.
- 8 Quando quis tenetur ex delicto & factu sanguinorum.
- 9 Exercitoria actio cui etiam competere potest.
- 10 Tributoria actio cui competat.
- 11 Negotiatio requiritur in actione tributoria.
- 12 Negotiatio fieri debet sciente domino.
- 13 Actio de peculio in quibus differat ab actione tributoria.
- 14 Negotiatio in hac actione debet af-

se in parte parte pairis

- 15 Actio quid iussu ei datur qui cum filio & seruo contraxit.
- 16 Iussus cui de necessitate faciendus sufficiat quod fiat filio, vel seruo, vel ipsi contrahente.
- 17 Actio de re inverso cui desur.
- 18 Versum nisi sit in utilitatem patris an has actione competat.
- 19 Quando die auctor versum in utilitatem domini vel pairis.
- 20 Actio de in rem verso an habeat locum in quocunque contractu.
- 21 Actio de peculio datur ei, qui contraxit cum filio, vel seruo.
- 22 Ad dicta actiones sine pratoria.
- 23 Actiones prædictæ possunt esse temporales.
- 24 Actiones prædictæ possunt esse bona fidei.
- 25 Actio de peculio & prætore iniuncta.
- 26 Actio de peculio an sit in rem vel in personam.
- 27 Peculium quid sit.
- 28 Peculium quomodo sit.
- 29 Peculium quasi cœfrense quod datur.
- 30 Peculium profectuum quid datur.
- 31 Peculium adueniendum quid sit.
- 32 Cœfrense vel quasi peculio eundem pertinet.
- 33 Actio de peculio contra quem noscatur.
- 34 In quo differant filii à servis.

De quinque actionibus quæ ex contrahibit eorum qui aliena sunt potestate nascuntur: scilicet, de exercitoria, in negotioria, tributoria, quod non sive de in rem verso & de peculio.

§. III.

Ex negotiis per filios aut seruos factis, quibus parentes, aut domini possunt conue-

niti

nisi sex oriuntur actiones, scilicet exercitoria, institutoria, tributaria, quod iussu de peculio, & de rem verso, ut per totum Insti. quod cum eo; & vide l. 7. titu. 21. par. 4. Matieni^s folio 392. & explicat Cagnol. in Istriter à fratre, de conditio indeb. fo. 662

*Exerci-
toria.*

1. Et exercitoria actio datur ei qui contraxit cum exercitorie, idest cum præposito navis, siue sit filius, siue seruus, siue alius homo liber, qui præpositus est ex contractu, vel quasi cum eo facto ex causa circa quam præpositus est, & datur contra magistrum navis, ut contrahentis satisfaciatur, ut in l. 1. §. magistrum, ss. de exercito. actio. & in §. eadem ratione. Insti. quod cū eo, vbi Doctores; & circa hanc actio nem exercitorium, vide Matthæum de Afflict. decis. 82. & l. 7. tit. 18. par. 3. & l. 13. titulo 8. par. 5. & totū tit. 9. ead. parti.
2. Et nota, quod exercitor dicitur ille ad quem quotidianus queflus nautis pertinet, & præpositus vel magister vocatur ille qui navi præponitur siue sit seruus, siue filius, siue quilibet homo, ut notatur in dicto §. eadem ratione & exercitoria denominatur a præponente.
3. Et est etiam notandum, quod ista actio exercitoria datur contra exercitorem quando quis contraxit cum præposito nautis in utilitate ipsius nautis, secus si ex alia causa, ut in l. 1. §. non autem, ss. de exercitoria actione, & in d. §. eadem ratione.
4. Et dicitur quis costrahere in utilitatem nautis, si fecit expensas seu sumptus pro emploio vel reparacione nautis, vel pro illis rebus que necessitate sunt in nauti, ut in dicta l. 1. §. magistrum, ss. de exercito. actio.
5. Et est aduentendum, quod creditor non tenetur probare rem vel sicut esse in utilitatem nautis, sed tantum quod expendit ad utilitatem nautis, ut notatur in d. §. eadem ratione, per Nicasi. & alios in dicto §. magistrum.

6. Quid secus est in economio, aut procuratore Ecclesiæ, vt in Authè. de aliena. & emphi §. si vero quis; & vi. de posita in beneficio restitutioonis & tract. de reb. Eccles. fol. 315. & infra posita.

7. Et licet exercitor teneatur pro magistro nautis de his quæ facta sunt gratia nautis pro aliis, tamē nautis non teneatur nisi pro delictis eorum, ut in d. l. §. magistrum nautis, ss. de exercit. actio.

8. Et quādo quis teneatur ex facto & delicto famularū, explicat Mæcha. 3. tom. fol. 150. n. 5. & Feli. in c. Petrus, de homicid. & Bosi. in pract. fo. 39. n. 7. & fo. 407. n. 6. & Frac. Marc. q. 425 & 426. & Tho. conf. 9. fo. 16. & Ber. nard. Dia. reg. 183. & ibi addi. fo. 40. & reg. 204. & ibi addi. fo. 46. & l. 24. tit. 15. par. 7. & ibi Greg. & Plac. de delict. lib. I. cap. 14. & vide dicta in actio. ex libert. effectu §.

9. Et institutoria actio datur ei qui contraxit cū eo qui præpositus est tabernæ, vel alteri negotiacioni cōtra magistrum qui eū præposuit ad hoc ut satisfaciatur cōtrahēti ex cōtractu vel quasi ut in d. §. eadem ratione, Insti. quod cū eo, vbi Doctores; & circa hanc actio. nē vide Franci. Marc. q. 9. & Thom. Gram. cons. 17. in 3. fo. 300. & Com. Arias in L. 59. Tau. fol. 261.

10. Et nota, quod institutor dicitur illis qui præponitur tabernæ, vel alteri negotiacioni, & sic denominatur institutor à præposito, & sumit nomē diversi mode q. exercitoria, & differt institutor à procuratore, quia institutor præponitur vniuersali negotiacioni, l. quicūque, ss. de insti. actio. & etiā præponitur que stuariz negotiacioni, quia utē præponitur ad recipiendū fructus, dicitur villies seu procurator, ut in l. si cū villico, ss. de insti. actio. & vide circa hoc Dec. in l. si institutor, ss. sicer. pe. fo. 78

11. Et tributoria actio datur ei, qui contraxit cū filio, vel seruo habente peculium sciente patre vel domino, & prohibere valente, sed non pro-

*Institu-
tor.*

*Tributo-
ria.*

Liber secundus praxis ciuilis,

hibente, & datur contra patrem vel dominum ad hoc ut satisfaciat de peculio, & non potest pater vel dominus abstrahere quod sibi vel suis debetur, sed computatur in eadem portione cum reliquis creditoribus, ut in §. introduxit, Insti. quod cum eo, & ibi Doctores; & circa hanc actionem vide Francisc. Marcum q. 285. 286. & 287. & 529. & l. 3. cum aliis seq. ti. 7. part. 5.

11 Ex hac actione tributaria colligitur primo, quod requiritur quod negotiatio facta sit in re peculiari, ut in dicto §. introduxit, & in l. 1. §. licet, ff. de tributoria actio. nam si fieret in re patris vel domini daretur actio tributaria, ut in d. §. eadem ratione, Insti. quod cum eo.

12 Item secundo requiritur, quod ista negotiatio fiat sciens domino vel patre; nam si fieret patre vel domino ignorantie, daretur actio de peculio, vel de in rem verso, ut in §. præterea, Insti. quod cum eo.

13 Et diligitur hæc actio tributaria ab actione de peculio, quia in actione de peculio deducitur id quod debetur patri vel domino, & etiam illis, qui in sua potestate sunt; sed in hac actione tributaria fit distributio proportionata inter patrem vel dominum, & creditores, vt in l. 1. in princi. ff. de tributo. actio.

14 Tertijs requiritur, quod negotijs sit in potestate patris vel domini vere vel præsumptive, ut in l. 1. §. potestatis. ff. de tributo. actio.

15 Et actio quod iussu datur ei qui contraxit cum filio vel seruo ex iussu patris vel domini contra ipsum patrem vel dominum ut satisfaciat creditori ex eo contractu vel quasi, ut in l. 1. §. si ratum, ff. quod iussu, & in §. si ignoratur, Insti. quod cum eo.

16 Et nota, quod iussus qui de necessitate requiritur sufficit quod fiat filio vel seruo, vel ipsi contrahenti, ut in l. 1. §. 2. ff. quod iussu. Et satis est p

fiat verbo, vel nuncio, vel epistola, aut sola subscriptione, aut aliquo alio modo quo possit apparet voluntas patris vel domini iubentis, ut in l. 1. §. iussum, ff. quod iussu. Ex quo tex tu colligitur differentia inter iussum & mandatum; nam iussus importat necessitatem, & mandatum voluntatem.

17 Et actio de in rem verso datur ei De in re §. i contraxit cum filio vel seruo cō verso. tra patrem vel dominum si res recepta sit v. ita in utilitatem patris vel domini ut de ea se satisfaciant, ut in §. præterea. Insti. quod cum eo.

18 Et est aduertendum quod si non fit conversum in rem patris vel domini, tenetur pater vel dominus actione de peculio ad tantum quantum est in peculio. Si vero parvum versum est in rem patris vel domini, & partim non tunc pro parte versa tenetur actione de in rem verso, & pro alia parte de peculio, ut in d. §. præterea

19 Et dicitur versum esse in rem patris vel domini quando aliquid est impensum ad suam necessitatem vel utilitatem ut exemplificatur, text. in d. §. præterea, & in l. 3. §. in rem, ff. de in rem verso.

20 Et an ista actio de in rem verso habeat locum in quocumque contrahente, etiam negotiorum gestore, vide Scotiū 2. p. lib. 4. responso 6. n. 4. & vide alia circa istam materiam in tract. de reb. Eccles. fol. 315. cum seq.

21 Actio de peculio datur ei qui contraxit cum filio vel seruo habete peculium contra patrem vel dominum, non insolidum, sed ad tantum quantum est in peculio deductio, eo quod debetur patri vel domino, vel illis qui in potestate sua sunt, ut in §. cum autem. Insti. quod cum eo, & in l. peculium autem, ff. de peculio, & in l. si filius, ff. de nego. gest.

Et vide circa hanc actionem l. 2. tit. 2. par. 3. & l. 6. tit. 11. par. 5. & ibi Grego. & in l. 3. tit. 14. par. 6. & ibi Greg.

Omnes

De exercit.practic actio. Cap. II.

122

22. Omnes autem praeditæ sex actio
nes sunt prætoriz & perpetuz, vt in
l. Macedoniani, C.ad Macedonia. quā
uis actiones prætoriz cōmuniter sint
annales, vt per totum Insti.de perpe-
tu. & tempora.actio.
23. Verū a men est quod ista actio de pe-
culio, & actiones de in tem verso, q.
iussu institoria & exercitoria possunt
esse temporales vel perpetuz secua-
dum naturam actionum quibus adjic-
tuntur cum sibi nomina adiunctionū,
& non propriæ actiones, vt in l.mand-
atisti, ff. de negotiis gest. & notatur
per Nicali. & alios in §.f.iInsti. quod
cum eo, & in §.actiones autem, Insti.
de actio. nam actio mandati potest di-
ci de peculi, l.3. §. qui congruit, ff. de
peculio & actio depositi; potest etiā
dici de peculio, l. depositi. §. fin. ff. de
peculio, & similiter de supi adictis ac-
tionibus. Et sic, si filius moriatur, vel
emanciperetur, vel seruus manumittatur,
vel vendatur, vel etiam moriatur,
tunc actio de peculio contra patrem
vel dominum est annalis, vt in l.1 ff.
quando actio de peculio annalis sit;
& notatur in d. §. actiones autem, Insti.
de actio. Actio de peculio quā-
diu perpetua sit, vide Ign. in l.3. §.e-
leganter, num. 122. & in §. si conditio-
ni. n. 8o. ad Sillania.
24. Et cum praeditæ actiones, seu adi-
ctiones, recipiant naturam illarum
actionū, quibus adjiciuntur, possunt
esse bonz fidei, & stricti iuris; nam si
adjiciantur actionibus bonz fidei, &
si actionibus stricti iuris, erunt stricti
iuris, per ea quæ proxime dicta sunt,
& notari in d. §. actiones autem.
25. Ratio autem qua inuenta fuit à
prætori hec actio de peculio est, quia
in re ciuili nemo obligatur ex contra-
etu alterius, vt in l.1. C. ne filius pro-
patre, & in l. dominum, C. quod cum
eo; & sic prætor ex equitate ordina-
vit, quod quando filius, vel seruus ha-
beret peculiū, tunc pater vel domi-
nus obligaretur vsq; ad vires peculij,
26. sed si dānum, §.1. ff. de peculio, Ni-
cali. n. 4. & alij in d. §. actiones autē,
de actio.
27. Actio de peculio an sit in re vel in
personā nativa vel dativa, & ex qua
obligatione oriatur; & alia de hac ac-
tione vide Cagno. in l. frater à fratre,
n. 197. cū aliis seq. ff. de condit. inde-
biti.
28. Et pro declaratione huius actionis
nō est omitendū quid sit peculiū. Et
peculiū dicitur illud quod filius vel
seruus existēs in potestate patris, vel
domini habet de eius voluntate sepa-
ratū à bonis ipsius patris vel domini,
vt notatur in §. actiones autē, Insti. de
actio. & dicitur peculiū, quasi pūilla
pecunia, vel pūilla patrimoniu, vt in
l. depositi, §. fin. ff. de peculio; & nō di-
citur verū patrimoniu, quia sola vo-
lūtate patris vel domini potest reuo-
cari, vt in l. uō statim, §.1. ff. de pecul.
29. Et peculiū est quadruplex, castrēse,
quasi castrēse, profectitium, & aduerti-
tium.
- Castrēse est, quod filius familias
acquirit in castris ratione militis,
vt in l. si forte, ff. de castrēse. pecu-
lio.
30. Profectitium est, quod magi-
stri artium, Clerici, Aduocati, Me-
dici, acquirunt, vt in l. fin. C. de
inofticio testamen, & alij simi-
les, vt per glossam ibi, & in l. cum
oportet, C. de bouisque liberis, &
notat Nicasi. in §. l. Insti. per
quas actiones nobis acquirit. num-
ero 4.
30. Profectitium est, quod filius fa-
milis acquirit ex re, vel propter
rem patris, seu occasione patris,
vel filio, vel seruo datur vt in eo
negocietur, in lege 1. §.2. ff. de in-
cend. ruin. naufragio, & in lege, Pé-
dius, §. 2. eodem titulo, nisi filius
fuisse talē rem acquisitus, vt
in lege 1. §. si pater, ff. de iure do-
ti. vide Cagnol. l. filius familias, ff. de
reg. iur. fol. 712.

Liber secundus praxis ciuilis,

- 31 Aduentium est quod filius acquirit per industriaem, vel labore, es suos, vel a fortuna, vel ex rebus matris, vel ab extraneo, ut in dicto §.1. Insti. per quas personas nob. ac qui, & in locum, vbi Bar. & Do. & ff. pro loco.
- 32 Et est aduentus, quod castrensis, & quasi castrensis pertinet filio, sed protectiui pertinet patri, & aduentiu pertinet patri quoad vsfructum, & filio q. 10.1 proprietatem. I. quae sunt res, C. de bonis lib. d. § 1. Insti. p. quas perso.
- 33 Et est aduentus, quod ista actio de peculio nascitur contra patrem, vel dominum ex contractu filij, vel serui, ut ind. §. cum autem Insti. quod cum eo, & etiam quasi contractu, ut si filius vel seruis gerit negotia alterius, ut in l. si filius, ita de neg. gest. Etenim ex maleficio, vel quasi maleficio, & qui agit noxaliter potest etiam agere de peculio, si plus proficit cōleque ex peculio, quam ex noxali, ut in l. tam ex contrahib. ff. de iudic. & notat Nicas. in d. §. actiones autem, quod hodie locum habet in seruo & non in filio, ut in §. ff. Insti. de noxalib. actio. Nam licet olim tamquam quae seruit potius dari proxima, ut in §. h. Insti. de noxa. Hodie non habet locum in filio, sed tantum in seruo, licet facta condēnatione in filio, possit patrem cōueniri actione infamie pro re iudicata in peculio, ut in l. etiā cōdenatus, ff. de noua. Nicas. & alij in §. ff. Insti. de noxalib. actio.
- 34 Ex quo colligitur una differentia inter filium & seruum, quia licet utique sit in potestate, & obligetur eos in quorum sunt potestatem, videtur contra eos distinxisse actiones, tandem differunt in multis. Nam primò differunt in dicta actione noxali, vide Marant. l. is potest, u. 207. Cagni. l. filius, n. 3. fol. 712. pater vsfructuari iuris & legitimus administrator, an sine cōsenso filij possit actione pro eo intentare, vide Cagno. in l. frater à fratre, num. 164. cum aliis, s. de conductis indebiti. Quia filius potest dosare causa mortis, sed seruus non, ut in l. si filius, s. ceterum, s. de do. atio. Quas differentias accumulat Nicas. in d. §. quae diximus, Insti. quod cum eo. Item adverte, quod quatuor primæ actiones possunt concutire cum duabus virtutibus de in rem verso, ut de peccato, & actor poterit eligere eam, quae sibi utilior videtur, ut in §. ceterum, & in §. is quoque, Insti. quod cum eo, vbi Doctores.

EX §. IIII.

S V M M A R I A.

- 1 **E**x mutuo nascitur actio qua dieb. iur. certi condicis specialis.
- 2 **Q**uando competas hac actio.
- 3 **A**ctio ex mutuo an sit nascua vel data.
- 4 **D**uc requirimur ut quid mutuo dari possit.
- 5 **E**x mutuo transfertur dominium & danice in recipientem.
- 6 **A**n translatio dominij procedat in mutuo naturali & ciuilis.
- 7 **R**es traditae mutuo non domino non est mutuam.
- 8 **C**reditor ex mutuo si creditor est in mora, an possit petere interesse.
- 9 **E**adem actioque datur ad mutuum datum ad interesse.
- 10 **A**ndebito riteatur restituere quantum in speciem.
- 11 **A**n recipiens mutuum riteatur de dolo, & ita culpa.
- 12 **E**x mutuo confessato, an nascatur actio.
- 13 **C**ontraetus cambij sit contractus mutus & lieitus.
- 14 **P**romissus mutare an obligetur ad factum, & obligetur ad interesse.
- 15 **D**ifferentia que sit inter obligationem danas & faciendis.

De

De actione ex mutuo , §. IIII.

EX mutuo nascitur actio si certum petatur, quæ dicitur certa conditio specialis, & datur ei qui mutauit alteri aliquam rem, quæ constituit numero, ponderi, & mensura contra illū qui mutuum recepit, ut soluat non in specie, sed in eodem genere & valore, & in eadem bonitate, ut in l. 2. & in l. 2um quid, ff. si cert. petat. & in §. 1. Insti. quib. mod. re contrahi oblig. vbi Doftores, præcipue Deci. in d. l. cū quid, numerio 5. Et est actio ciuilis, ut notant Nicasii. & Joannes Crispin. in arte, & omnes alij Doftores.

Et de hac actione vide Anton. Go m. 2. tom. fol. 41. & Anton. Natt. cō filio 403. & Emanuel Acosta in l. si ex cautione in t. par. & Nicasii. & alios in §. 1. Insti. quibus modis re contrahit obligatio. & l. 70. titulo 18. par. t. 3. & titulum 1. & 2. pars.

3 Ecan hrc actio sit nativa, vel dativa, vide Bolognetum in rubri. n. 50. ff. si cert. petat. cum aliis sequentibus.

Et est aduertendū, quod ad hoc res aliqua possit dari mutuo requiritur q̄ ex sua natura possit numerari, mēsurari, vel ponderari; & q̄ talis sit cōuentudo, & quod illius ei datio fiat secundum eius aptitudinem, & q̄ actus appetatur ad aptitudinem, ut declarat Bart.

Doftores in l. mutuum, §. mutui, ff. si cert. petat. & Nicasii. in d. §. 1. Insti. quibus modis re contrahi oblig. n. 4.

5 Item est notādū, quod ex mutuo trāfertur dominium ad dante in accipitē, & sic colligitur ex etymologia vocabuli; nam mutuum dicitur quasi ex me tuum, ut in l. 1. & appellia. ff. si cert. petat. vbi notant Doftores.

6 Q̄od est intelligendum in mutuo naturali tantum, vel naturali & ciuiili simul, nō in his trāfertur dominium; secus in mutuo ciuili tantum, quando fit stipulatio sine numeratio-

ne, ut in l. 2. ff. si cert. petat. & notat gloso. vbi Doft. in §. item is cui. Insti. quib. mod. re contrahi oblig.

7 Ex quo colligitur, quod si res tradatur à non domino, non est mutuum, nisi per reconciliationem, quæ potest fieri consumptione, vsuacione, vel per supervenientiam dominij, aut etiam ratificatione, ut notat Doftores in l. 2. §. 1. ff. si cert. petat. & per exempla declarat Nicali. in d. §. 1. n. 6. quib. mod. re contrahi oblig.

8 Et nota, quod si debitor sit in mora potest creditor ex mutuo petere suum interesse, si proveniat ex lucro cessante, sive ex damno emergente, ut notatur per Doftores in l. vinum, ff. si cert. petat. & quando sit in mora declarans ibi Bolognet. & alij. Et dixi in actione ex sententia.

9 Et eadem actio quæ datur ad mutuum datur etiam ad interesse, quia quantum non sit certum in principio potest per iudicem liquidari, maxime quando in libello concluditur ad certam summam, ut notatur in §. curare, Insti. de actio. & dixi in dicta a. tione ex sententia.

10 Item aduerte, quod licet debitor non teneatur eamdem rem in specie restituere; hoc debet intelligi quod à principio non potest agi ut eadem res reddatur, tamen bene reddi potest, ut in dicto §. 1. Insti. quibus modis re contrahi obliga. & in dicta lege secunda, in principio, ff. si certum petatur.

11 Item nota, quod recipiens mutuum, tenetur de dolo & omni culpa & causa fortuito, ut in §. item is cui, Insti. quib. mod. re contrahi oblig. vbi Doftores.

12 Sed est videndum, an ex mutuo confessato nascatur actio, de quo vide Bolognetum in l. 1. §. si quis ita, numero 213. cum aliis sequentibus, & ibi Rī pam numero 37. fol. 91. ff. de verbis obligari.

Liber secundus praxis ciuilis.

- 6 Er an cogitatio cambiij sit contra etius mutui & licitus, vide Grego. in l.31.tit.ii.par.5. & l.42.tit.12.ead.par.
- 14 Qui promisit mutuare an obligetur ad factum, & succedat obligatio ad interesse, vide Emanuel à Costa 2.par.fol.544 n.; & Mantua in glossario iuris fol.364. & 439.
- 15 Et quia sit differentia inter obligaciones dandi & vel faciendo, & quando succedat obligatio ad interesse, vide Bolognet. in l. stipulationes non dividuntur, p.135. cum aliis, usque ad fin. ff. de verborum obligat.

EX. 6. V.

S V M M A R I A.

- 1 A Cito commodati duiles.
- 2 Requisita huius qd. n.
- 3 Committimus quid. it.
- 4 Differetia inter cōmodatū & mutuū.
- 5 Recipiens mutuum tenetur de dolo & omni culpa, cōmodatarius fecit.
- 6 Cōmodatarius ad quā teneatur.
- 7 Cōmodatarius teneatur causam de dollo si erga cōmodatū tamē.
- 8 Cōmodatarius si grātia iurisque, & generis delata dolo & leni culpa.
- 9 Cōmodatarius tenetur de lenissima estiam culpa, si grātia cōmodatū ratiōnē.
- 10 Cōmodatū quāndo possidet, & ex his hares succedit.
- 11 Cōmodatū dāhē se gratūtūm.
- 12 Aliquātū p. ultotis in iure accipiunt pro cōmodato.
- 13 Forma libelli quamodo eſe debet.

De actione ex cōmodato, §.V.

- 1 Uplex est actio commoda-
- ti. Vna directa, quia datur cōmodatū cōmodatarium, nō soli p. ad rem cōmodatam, sed etiā ad interesse, vñ in l. 3. §. si redditū, si cōmodatū. Et alia dicitur contraria, quia

datur cōmodatario contra commodantem pro impensis vtiliter vel necessario factis in re cōmodata, quas non tenchatur tacere, vt in l. in cōmodato, §. contraria, & in l. in rebus, §. possunt, ff. cōmodatū, & in §. item is cui. In l. quib. mod. re contrahitur oblig. Et est actio ciuilis vt probatur in dictis iuribus.

- 2 Et vide circa hanc actionem & eius materiam Anton. Gomez 2.tom. fol.44. & Deci. in l.2.fol.49. cum aliis seq. & ibi Ripa ff si cert. petatur, & l.71.tit.16.par.3. & titulum 1. & 2.par.5.

- 3 Et quid sit cōmodatum, vide Sylvest. fol.147. & Gabr. Roman 1.p. folio 445. & Courarru variar. resolutio. fol.23. n.8.

- 4 Et differt cōmodatum a mutuo; nam in mutuo, vt superius dictum est transferitur dominium, sed in cōmodato non, nam cōmodatarius tenetur eamdem rem restituere, vt probari. in dicto §. item is cui, & vide Bolognet. late in l.2.num.7. ff si cert. petiat.

- 5 Item differt, quia recipiens mutuum, tenetur de dolo & omni culpa, & casu fortuito, sed cōmodatarius licet teneatur de dolo & omni culpa, non tenetur de casu fortuito, nisi sua culpa preueniat illum casum, vt in dicto §. item is cui; vbi textus ponit exemplum.

- 6 Et ad quid teneatur cōmodatarius, & alia de cōmodato, vide Igneum in lege, contractus, de regulis iur. folio 86. cum aliis, & ibi Cagnolus numero 31. cum aliis folio 609.

- 7 Et vt scias quando cōmodatarius teneatur de dolo & omni culpa, est distinguendum, aut cōmodatum datur gratia cōmodantis, & tunc cōmodatarius solum tenetur de dolo, vt in l. si ut certo, §. nunc videndum, ff. cōmodatū.

Aut

- 3 Aut datur gratia utiusque, scilicet commodantis & commodatarij, & tunc tenetur commodatarius de do-
lo lata culpa & leui, vt in l. in rebus,
§. hoc ita, ss. commodati.
- 9 Aut datur gratia commodatarij ta-
tum, & eius rogatu, quod præsumitur
indubio, & tunc tenetur commodata-
tus etiam de culpa levissima, vt in
dicto §. item in cuius qui textus solum
loquitur in hoc casu gratia frequetio-
ris vobis, vbi notat Nic. n. 6. & 7.
- 10 Commodatarius quomodo possi-
deat, & eius heres succedat, vide Ti-
raquellum in tract. le mort, fo. 145. nu-
mero 1. cum aliis.
- 11 Et aduerte, quod commodatum de-
bet esse gratuitum, vt in dicto §. item
is cui; nam si merces in: erueriat, no-
natur commodatum sed locatum, si res
sit locabilis, vt in §. Inst. de locatio.
& conductio; et si non sit res loca-
lis erit contractus in nominatus, vt in
l. naturalis, §. adeundo, ss. de prescrip-
verbis.
- 12 Item aduerte, quia multoties in tu-
re accipitur mutuum pro commoda-
to, & commodatum pro mutuo, & al-
liter, vbi notat Scot. 1. parte responso-
rum, libro 1. responso tt.
- 13 Circa formam libelli vide Nic. in §.
sequens, n. 8. & 9. fo. 335. Inst. de actio.

EX §. VI.

S V M M A R I A.

- 1 Cito deprecario cui datur.
- 2 Quæ requirantur in hac actione
præcarij definitio.
- 3 Præcarium in quibus differat à co-
modato.
- 4 Præcarium in quibus differat à co-
modato.
- 5 Præcarium non datur ad certum
vsum, sed simpliciter.
- 6 Commodatarius non potest statim re-
noscari, sed completo vso.
- 7 Præcarium semper potest reuocari.
- 8 Cura facti præcarij an sit in nominatus

- 9 Præcarium quomodo & quando re-
us: arsi possit.
- 10 Officia ad superiori voluntate da-
ta, an reuocari possint.
- 11 Accipiens rem præcario nomine tra-
diti possideri.
- 12 Præcarium non confessio in illis re-
bus in quibus confitit mutuum.
- 13 Recipientes præcario ad quid tenet
sur.

De actione ex præcario. §. VII.

- A**CT. 10 de præcario da-
tur ei qui rem suam alte-
rit præcario tradidit, & pe-
tit rem, estitul, contra eum qui non
vult restituere, vt restituat, vt perti-
tulum, ss. de præcario; & est actio in
factum prætoria, vt notat Ioan. Cris-
pin. numero 80. & 84. & Nicasi. nu-
mero 79. in arbore astlio.
- 2 Et de hac actione vide Matthæum
de Aflict. decif. 331. & 335. & Capi. de-
cif. 116. & tracta. de reb. Eccles. fo. 29.
& Valase. de iure emphite. fol. 206.
 - 3 Et quid sit præcarium, vide Cagno.
in reg. contractus num. 21. cum aliis,
ss. de regul. iur. & ib. quibus rebus cō-
sistat vide Syluest. verbo. Præcarium,
folio 309. in 2. parte.
 - 4 Et nota, quod præ carium & com-
modatum differunt; nam commoda-
tum datur ad certū vsum, quo explé-
to redditur res cōmodata, vt in l. cō-
modata, §. sicut, ss. cōmodati, vide Me-
no. de arbitria. Iudic. 118. 2. casu 22.
 - 5 Sed præcarium non datur ad certū
vsum, sed datur simpliciter, vt nota-
tus in rubr. ss. de præcario.
 - 6 Item commodatum non potest statim
reuocari, sed cōpletu vso, ad quē sit
cōmodatū, vt per totū ss. cōmodatū.
 - 7 Sed præcarium potest reuocari,
quas differentias notat glossa in di-
cta l. in commodato, §. sicut, ss. com-
modati, quam sequitur ibi Baldus,
& alij, & vide Cagnolum in regu-

+ 51. Liber secundus praxis ciuitatis, D

- contractus, numero 21. Tunc alius, fol. de reguli juris, & Sylvest. verb. precastum, fol. 305. in 2. par. & Contra iuris variarum resolutionum, fol. 213; numeri 8.
- 8 Contractus precastus an sit in nomine eius, vide D. Anton. à Padilla, 1. tomo, fol. 245. n. 29.
- 9 Precarium quomodo, & quando reuocari possit, v. de Simon de Prgt. consil. 23 numero 17. & 18. cum aliis, & Contra iuris variarum resolu. fol. 231. & Sylvest. verb. Preclarum, fol. 309. in 2. par.
- 10 Officia ad superioris voluntatem data, an reducari possint, vide Francisc. Marc. 1. par. quæst. 190.
- 11 Et aduerte, quod qui precario remcepit possidet nomine tradentis, ut in L'quod meo, s. d. acquirenda possessio. & circa clausulam constituti, quæ sit per dictam. L'vid. Anton. Nota consil. 433. & alios quos habeo recollectos in alueolo.
- 12 Item nota, quod precarium differt a mutuo, nam mutuum consistit in rebus que sunt in ponderi, numeri, vel mensura, vt dictum est supra in actio ne ex mutuo, sed precarium non consistit in his rebus ut notatur in L. 2. §. 1. f. si cert. peta.
- 13 Et adi. quid teneatur quod recipit rem precario, vide Nic. in dicto §. Item is cui, nullus, & Doctores in L. quæcumque, §. & illud, E. de precario. Et hoc modo nos etiam in aliis locis obiv. in horculo. II. 1. 4. et homines.
- E. XI. §. VII.** Idem ab. on En. 3. V. M. Min. A. R. I. 4.
- D**uxplex actione nascitur ex deposito. Methodus deposito repotens, sed in minima est. Prædicta ista, prædicta 3. Requiebita ad positi. IV. quæcumque 4. Quæcumque ex deposito, & ex quibus locis, eum habebit. Et hoc modo nos etiam in horculo.
5. Depositum an sit de latae manus, vel genitimi primum.
6. Depositarius quomodo possidet, &
7. eius hares fuerat.
8. Pecunia confignata simpliciter, an conseruat in depositum.
9. Depositum si furta amittatur sine dolo & latae culpa depositarij, depositorius non tenetur.
10. Depositarius si receperit mercedem pro custodia, teneatur vii nausta.
11. Depositarius ad quid teneatur.
12. Lata culpa quando dolo aquiparatur.
13. Doli requisita.
14. Doli definitio.
15. Lata culpa est negligere quod omnes sciunt.
16. Lewis culpa qua sit.
17. Lewis sima culpa qua sit.
18. Casus fortuitus quis sit, & quando consideretur.
19. Casus insolitus quis dicatur.
20. Depositarius an possit vii pecunia depositata.
21. Depositus actio, an sit priuilegia ut prosperatur alii creasoribus.
22. Depositus confessio, an habeat actio nem veri depositi.
23. Cuius est quis su, & ad quid teneatur.
24. Custos gregis ad quid teneatur.
25. Custos carcoris ad quid teneatur.
26. Depositum apud hostem deficiat, quomodo probeatur.
27. Actio depositus habet parcam execucionem.
28. An in hac actione requiratur libellus.
29. Quomodo depositum habet execucionem parcam.
30. In deposito an habeat locum exceptio non numer. pecun.
31. Depositaria publica qua sint.
32. Libellus in actione depositi quibus modis formetur.
- D**e actione ex deposito, §. VIII.
- D**uxplex actione nascitur ex deposito : via directa, quæ datur deponenti contra depositarium, ut restituat

tuit rem depositam; & alia contra-
ria, quæ datur depositario contra de-
ponentem pro impensis utiliter, vel
necessariis tactis in re deposita, ut in
§. præterea, Insti. quibus mod. re con-
trahit obligatio.

2. Et ista actio regulariter est ciuilis
nisi in quatuor casibus, quæ est præ-
toria, licet quando quæ depositum res
suas causa tumultus, incendijs, ruinæ,
aut naufragij, ut in l. i. ff. depositi; &
in his casibus dicitur depositum ne-
cessarium, ut notatur per Nicol. &
alios in dicto §. præterea.

3. Et vide circa materiam huius actio-
nis Antonium Nat. consil. 131. & Ca-
pel. Tocofan. dicis. 168. & Ronland.
consil. 4. lib. 4. & Anton. Gom. 2. to-
mo. fol. 44. & L. 72. titulo 18. par. 3. &
titulum 3. par. 5. & Ign. & Cagnol.
in regu. contractus, & idem Igne. in
l. 3. §. li quisquam, ad Silianian. nume-
ro 15. usque ad 60.

4. Quid sit depositum, & in quibus
rebus locum habeat, vide Sylvest. ver-
bo, Depositum, fol. 241. l.

5. Depositum an sit de iure naturali,
vel de iure gentium primæco, vide
Cagnol. in l. cum amplius. §. is natura,
num. 6. ff. de regul. iur. fol. 695.

6. Depositarius quomodo posideat,
& eius hæres succedat, vide Tiraque-
lum in tract. le mort. fol. 145. nume-
ro 1. cum aliis.

7. Pecunia consignata simpliciter, an
venefactor in depositum, vide Voll.
de reg. & Fall. fol. 1071.

8. Et aduersus quod depositarius tene-
tur de dolo, ut in l. i. §. illud; ff. depo-
siti, & in §. præterea, Insti. quibus mo-
dis re contrahit obligari, & delata cul-
pa, quæ in hoc casu equiparatur do-
lo, ut in l. quod per se, ff. depositi, & in
l. i. §. non autem, ff. si quis testamento
liber esse visus fuerit.

9. Et ideo si res depositata furto amit
se, non sine dolo & delata culpa deposi-
tariorum, depositarius non tenetur, ut in §.
sed is, Insti. de obligatio, quæ exde-

posito nascitur. Et quomodo hoc pro-
cedat, vide Deci. consil. 473. in 4. par.

10. Si tamen depositarius recipit mer-
cede, em pro custodia, tenetur deposi-
tariorum ad instar naute cauponis & sta-
bularij, ut in l. si merces §. qui colum-
nam, si locati. Et vide glo. in l. roga-
stiff. si cert. petatur, vbi Doctores.

11. Et ad quid teneatur depositarius;
vide Igne. in l. 3. §. li quisquam, nu-
mero 15. cum aliis usque ad num. 66.
ad Silianian. fol. 241. & in l. contrac-
tus, de reg. iur. fol. 86. in 3. par. & ibi
Cagnol. num. 1. 8. 16. & 18. fo. 606.
& Gabriel Roma. 1. p. 101. 75. & 454.

12. Et latra culpa quando equiparatur
dolo, vide Cagnol. in l. in actionibus
num. 50. cum aliis usque ad 55. & ibi
Bolognet. late ff. de in latem iuran-
do, & posita in actione ex iuramento
in iuramento in latem.

13. Et pro intelligentia supradictorum
oporet scire quid sit dolus, & quid
latra culpa, & quid leuis, & quid le-
uissima, & quid casus fortuitus.

14. Et dolus est machinatio studiosa,
ut in l. i. §. 2. ff. de dolo. Et vide dicta
in actione de dolo.

15. Latra culpa est negligere quod om-
nes sciunt, ut in l. late, ff. de verbis
significatione.

16. Leuis culpa est, quando est desi-
dia vel negligentia, ut in dicto §. præ-
terea, Insti. quibus mod. re contrahit
oblig. & quæ in difference inter cul-
pam & negligentiam, & quomodo
debeat probari, vide Becc. consil. 37.

17. Leuissima culpa est, quando non
præuidetur, quod alius diligentissi-
mus potest præuidere, & ideo furtū
non committitur sine leuissima cupia,
ut in l. cum duobus, §. duobus, §. dam-
na, ff. prolocio, nisi furtum fuerit à per-
sona domestica, de qua non esset sus-
picio, ut etiam Cyn. in l. 2. C. depositi.

Casus fortuitus est qui præuidere
non potest, ut in l. que fortuitis, C. de
pignoratit. actio. & vide Igne. in l.
contractus, numero 82. cum aliis, &

ibidem

Liber secundus praxis ciuillis. [I]

- ibi Cagnol. s. de reg. iur. & Menoch. de recuperanda possessione, rem. 12. fol. 115. n. 22. cum aliis usque ad finem.
- 19 Causa insolitus quis dicatur, vide Hippolytum Riminaldum consil. 40. n. 26. cum aliis. & Becci. consil. 81. n. 13.
- Depositarius an possit ut in pecunia 20 depositata, & an teneatur reddere partem lucri, vide Franciscum Mar- cum quæstione 444. & Deci. in lege, certi conditio, q. depositi, numero 3. & 4. ff. si certum petat. fol. 63.
- 21 Depositio actio, an sit priuilegiata ut preferatur aliis creditoribus, vide Ripa in l. si venturi, §. in bonis, nu. 3. 4. & 12. ff. si priuilegiis credit. fol. 60.
- 22 Depositum confessatum an habeat priuilegium veri depositi, videlicet Tira- quel. de veroque retract. fol. 719. nu- mero 14. cum aliis. & Cagnol. in l. fin- gularia, n. 33. & Rolan. consil. 17. lib. 1.
- 23 Custos quis sit, & ad quid teneat- tur, vide Syluef. verb. Custos, fo. 224.
- 24 Custos gregis ad quid teneatur, vide Igne. in dicta l. contractus, nu- mero 83. & 104. & laute Laurent. Sylua consilio 29. ubi de dano quod fecerit lupus, & similia.
- 25 Custos carceris ad quid teneat- tur quando carcerati fugerunt, & quando in eo presumatur culpa vel negli- genzia, vide Becci. consil. 44. & 46.
- 26 Quando depositum apud hospi- tem deficiat, quomodo probetur, & an probetur per iuramentum par- tis, vide posita in actione ex iu- ramento in iuramento in item.
- 27 Item est aduertendum, quod ac- tio depositi habet paratam execu- tionem, ut in lege penultima, C. de- positi, & dixi in actione ex sententia, quod est intelligendum quando de- positum constat per publicum in- strumentum, ut notat Bartoli. in Lcre- ditores, C. de pignoribus; vel per co- fessionem, vel scripturam priuatum recognitam, ut diximus late in actio- ne ex sententia.
- 28 Nam alias requiritur libellus & li-
- tis contestatio, ut in cap. quoniam se- querter, ut licet non contestata, & no- nat Nicas. in dicto §. præterea, numer- ro 5. Insti. quibus mod. re contrahit obligat.
- 29 Et quomodo depositum habeat ex- ecutionem paratam, vide Rebusum 1. par. fol. 139. & Gomez Arias in le- ge 62. Tauri, numero 136. & Rolan- dus consilio 17. libro 1. & Rodericus Suarez 1. post rem, folio 259.
- 30 In deposito an habeat locum exce- ptio non numerar e pecunia, vide Ro- landus consilio quarto lib. 4.
- 31 Circa deposita publica panis, vide Franciscum Marcum 2. parte, quæ- stione 40. & 41.
- 32 Libellus in hac actione formatur dupliciter secundum Nicasii. in §. se- quens, numero 3. & 4. cum aliis sequen- tibus, Insti. de actio. fol. 335.

EX §: VIII.

SUMMARIA.

- 1 **A**ctio ex emptio datur empori contra venditorem.
- 2 Requisita huius actionis, & eius ma- teria.
- 3 Emptio & venditio quid sit.
- 4 Imaginaria venditio que sit, & quando dicatur vera.
- 5 Contractus emptionis & venditio- nis de quo iure sit.
- 6 Contractus emptionis virum suum Rei publicae necessarius.
- 7 Venditio quomodo contrahatur.
- 8 Qua requirantur in omni contrac- tu.
- 9 Contractus emptionis & venditio- nis quando in dubio presumatur.
- 10 Contractus emptionis & venditio- nis an presumatur ubicumque sit merito de pretio.
- 11 Aestimatio quando facias emptionem.
- 12 Venditionis appellatione si cassari contractus appellentur.

18 Res

- 33 Res & premium factum omnia optionem.
 34 Premium debet esse innumerata per curia.
 35 Premium potest comediti in arbitrio alterius a quo non est recedendum.
 36 Propter um si relinquatur arbitrio duorum varorum non licet ab eorum dicto recedere.
 37 Premium quando dicatur iniqua diffiniri.
 38 Arbitrator nisi voluerit diffinire, contractum est nullus secundum inicagatio sine reliquo.
 39 Efficax exemplo quando resulteret.
 40 Venditio quando censetur facta ad corpus vel ad mensuram.
 41 Venditio quando est facta ad modum mensura quo modo intelligatur.
 42 Pro missio demandando in quo differat a venditione.
 43 Promittens vendere non tenetur praesesse vendere.
 44 Quae actio detur ex promissione de vendendo.
 45 Promittens se obligaturum ad de cernit an possit consumari.
 46 Promittens aliquid dare vel facere sum potuisse aliquid, & quando obligetur.
 47 Differencia inter obligationes danni, & facti.
 48 Differencia inter obligationem rem dari & rem tradi.
 49 In obligacionibus facti ad quidque tenetur.
 50 Condemnatus per sententiam aliquid facere sententia praeesse facere.
 51 Obligatus ad factum quando posse praeesse compellit ad factum & quando per subficiuum.
 52 Pena conuentionalis quando debetur.
 53 Promittens factum alienum quid teneat facere.
 54 Promittens facere consentire ad quid teneatur.
 35 Promittens factum alienum in spiritualibus non valeat.
 36 Promittens se facturum & curiam ad quid teneatur.
 37 Promissus presentare aliquem semel presentauit amplius teneatur.
 38 Emptio & venditio dicuntur tripliciter perfecta.
 39 Contractus quando dicatur perfectus.
 40 Contractus non dicatur perfectus scripsi non requiriuntur.
 41 Venditio quando est facta admodum mensura, non ante mensuram venditio dicatur perfecta.
 42 Empor an possit discedere a contractu ex quo vendor rem promis sam in termino non tradidit.
 43 Pendente conditione non licet a contractu recedere.
 44 Arba interuenientia non licet a contractu discedere.
 45 Arba quando dicatur dari loco solutionis.
 46 Arba indubio quomodo presumatur data.
 47 Arba si dasur nomine arbarum per partium suam perdoteam.
 48 Empor cum recedens a contractu perdis arbas.
 49 Vendor recedens a contractu em pio manet firma & possit agi contra venditorem ad dominum.
 50 Arbas qua actione empot potest pos sit.
 51 Perfectio obligacionis qua sit.
 52 Perseculum res venditae a quae spe ctes.
 53 Perseculum rei empte ante traditio nem ad quem spectat.
 54 Perseculum res venditae ad mensuram antem mensurationem cuius sit.
 55 Res quando perit post morem debitam eius periculo perit.
 56 Augmentum & diminutio rei venditae a quae pertinet.
 57 Fruitus res venditae quando ad emp tam pertinet.

Emptor

Liber secundus praxis ciuilis,

- 58 Empor solua parte pretij de bet habere fructas.
59 Verbum pro rata quid significet.
60 Empor qui percipit fructus res empro ad quid tenetur.
61 Que vñre sūt in hac actione permitti.
62 Perficio executorialis que sit.
63 Res qua consistit in mensure est vendita an ante mensuracionē transfratur dominium.
64 Prædicta an valens quod dominium rei vendite non trasferatur in corporē.
65 Dominium an transferatur traditione rei.
66 Venditor qui e certas res vendidit si de habuta de pretio an præferatur creditor alijs creditoribus.
67 Venditor est necesse quod sit contentus de pretio.
68 Venditor posset rem in pieius retinere quonsque præmium sit solutum.
69 Venditor posset rem suam tiam emptori radisam vendicari pro pretio non soluto.
70 Empor dando præmium impedit venditionem.
71 Venditor qua actione posset emptorem compellere ad præmium.
72 Tēpus soluēds præmium an currat renō tradito.
73 Impiere quis teneatur prius venditor an emp̄or.
74 Præmium quane posset apud tertium deposito pro episoli.
75 Præmium ad instantiam venditoris quando apud tertium deponendum.
76 Preno depositario teneatur venditor pro actione exemplo tradere emp̄ori rem emp̄iam.
77 Restitutio reivenditio si non est in facultate eius teneatur ad interesse.
78 Vendita res duobus quis præferenda.
79 Inselefas ad se se et quoties de rei vindicatione.
80 Venatio fundo vel castro ē peritis ijs quid comprehendantur.
81 Vēdito equo an venient sella & frānā
82 Venaens rūcam ē fructibus an cē
- 83 Seatur vendere cū ejendemia.
83 Pactū de retrocedēdo quando valerē possit.
84 Ius retrahēdi rem venditam cui & quando competit.
85 Ius retrahēndis an eedit possit.
86 Actio de euictione quando cōpetat.
87 Venator de natura contracis quam do teneatur de euictione.
88 Venditor quando teneatur de euictione ne etiā si ls non sit denuntiata.
89 Venditor in quibus casib⁹ nō teneatur de euictione.
90 Pactum quod venditor non teneatur de euictione in quibus casib⁹ locum habeat.
91 Venditor ius quod habet in re ante teneatur de euictione.
92 Venditor an teneatur dare fideiūssō rem pro euictione.
93 Qua requireantur ad hoc ut quis agere posuit de euictione.
94 Exceptio euictionis quando locum habeat.
95 Denunciariorū quomodo & quando vēdantur facienda.
96 Empor possum agere de euictione ante sententiam.
97 Venditor volēo emp̄orē p̄fendere debet agere coemū iudicē emp̄oris.
98 Venditor an iusso emp̄ore iudicium si se ipse posset ad defendendum.
99 Venditor an teneatur ad iussum fācum per emp̄orem.
100 Empor etiā si in causa obtinet post expensas iūis recuperare.
101 Vēdere hac emere nemo cōpelliatur.
102 Mercatores possum in meritis cōpelli ad venditandam.
103 Taxatio rerū qua victui sunt necessaria ad quos pertinent.
104 Ciuet an præferantur exercitus in ep̄ione fragmēti, tēpore publice inopie.
105 Vēdere quibus casib⁹ si prohibitiū.
106 Actio quā cōpetat aduersus proximam & mediatoreū.
107 Mediatores quando possunt esse testes in contracis venditionis.

De actione ex empto euendito.

§. VIII.

- 1 C T I O Ex empto datur emptori contra vēditorem, vt tradat rem emptam sibi in facultate eius: tñ si non vn tradat interesse, vt in l. 1. ff. de actio empti. & vendi. & actio ex vēditio datur vēditori cōtra emptorū, vt soluat pretiū, vt in Lex empto. ff. eod. tit. & sunt actiones ciuitatis.

- 2 E. circa has actiones & earū materia vide Frac. Mar. 2. part. q. 209. 230. 235. 289. 290. & 293. & Math. de Affl. deci. 67. 280. & Capic. deci. 14. 19. & Tho. Gram. deci. 76. & Pedem. dec. 36. & Nicol. Boer. deci. 49. 142. & Ceph. cōf. 10. 41. 48. 118. 119. & Porti. cōf. 32. & Carol. Molin. ex. trist. lab. fol. 147. num. 86. cum alijs & Sylvest. fo. 328.

- 3 Et pro declaratione harum actionum oportet nonnulla in materia emptiois & venditionis adducere, & imprimis sciendum est, quid sit emptio. & venditio circa quod vide Ripam in l. 2. nu. 29. cum alijs. ff. si cert. peta.

- 4 Imaginaria venditio quz sit, & quando dicatur vera, & quando ficta, & quando valeat vide Hierony. Cagnol. in l. imaginaria venditio. fo. 595. ff. de reg. auris.

- 5 Contractus emptionis & venditionis de quo iure sit introductus & an sit iuris gentium vide Oro. cōf. in l. ex hoc iure, numer. 42. ff. de iusti. & iure, & Pinel. in l. 2. C. de reseind. venditio fol. 1. cum alijs, vbi late de iure naturale & gentium.

- 6 Contractus emptionis & venditionis, utrum sit reipublice necessarius, vide F. Domini Soto de iusti. & iur. lib. 6. quz st. 2. art. 1. fol. 500. & pone hic quando quis possit compelli ad vendendum.

- 7 Venditio quo modo contrahatur

vide Igne. in l. 3. 6 si conditioni, vē. & si aliud, num. 23. cum alijs. ff. ad Silania. & ex quibus perficiatur, & cognoscatur. vide Bursat. cons. 100. nu. 2. cum alijs, emptiorei suz scienter, aut ignoranter facta non valet, vide Ripam in l. si aliquam rem, n. 2. cum alijs. ff. de acq. iurenda posset.

Quz requirantur in omni contractu, vide late Bolognet. in l. cum quis num. 2. & 3. cum alijs. ff. si cert. peta.

Contractus emptionis & vendi ionis quando indubio presumatur vide Cephal. cons. 329. num. 47. cum alijs in 3. par. Et quo modo probetur via de Bursat. cons. 100.

8 Vbicunque sit mentio de pretio an presumatur contractus emptionis, & venditionis vide Tiraquel. in l. boues. §. hoc sermone limitatione. 12. fol. 337. ff. de verbo signi. & d. Anto. à Pádilla in tit. de habeocommissis. fol. 31. num. 10.

9 Aestimatio quando faciat emptionem vide Gabriel R. mal. part. fol. 17. & 430. vol. de reg. & Fall. fol. 401. & 405. & additionem, Salzed. ad Bernard. Diaz. fol. 76. & Roland. cons. 64. lib. 4.

10 Venditionis appellatiene an ceteri contractus comprehendantur vide Pinel. in d. l. 2. C. de reseind. venditio. fol. 76. num. 10. & vol. de reg. & Fall. fol. 351. & 918. & additionem, Salzed. ad Bernard. Diaz. fol. 63. N an veniat edatio. insolventia vide Traq. de vtro que retract. fol. 233.

11 Ex superioribus colligitur quod ad hoc vt tempio & venditio valeat: requiritur res & pretium vt in. & pretium autem initi. de emptione. & venditio & in l. si C. de contrahenda emptione. circa quod vide Pirel. in d. l. 2. C. de reseind. venditio. fol. 12. & 22. cum seq. & fol. 9. cumseq.

12 Et premium debet esse innumerata pecunia, vt in. & item premium institutum de emptione. & venditi. & debet esse certum circa quod vide d. Anto. à Pádilla

Liber secundus praxis ciuilis,

- 15 dilla, fol. 167. numero.9.
Et est aduerterendam quod pretium potest committi in arbitrium alterius & quo non est recedendum, etiam si inique diffinierit ut notatur in l. si quis arbitratu. ff. de verborum oblig. de quo vide ibi Bolognet. ultra alios modernos.
- 16 Quid est verum quando committitur in arbitrium alterius quod est de substantia contractus, ut pretium, fecus si committeretur aliquod accidentis ipsi contractui, quia tunc posset recurriri ad arbitrium boni viri. & in hoc casu committi in arbitrium alterius contrahentium, ut in l. hęc venditio. ff. de contrahenda emptio. & notat Nicasi. in. d. §. pretrum num. 1. circa quod vide eund. Bolog. in. d. l. si quis arbitratu. num. 17. cum alijs. ff. de verbo oblig. & Deci. in. cons. 648. num. 1. & 2. in. 4. par. vbi quid quando pretium relinquitur in arbitrium duorum hominum.
- 17 Et pretium dicitur inique diffiniri quando diffinitur sub sexta parte communis estimationis secundum Bar. in. l. societatem. §. arbitrorum. ff. proficio.
- 18 Sed si arbitrator non potest vel nō vult. diffinire tunc contractus est nullus secus autem in legato sic relicto quod propter hoc non est nullum ut in l. si duebus. §. si quis. C. communia de leg. & ita tenet Nicasi. in. dict. §. pretrum num. 4. Et quando arbitratore non arbitrante contractus reddatur nullus vel recedatur a persona vide Bolognet. in. d. l. si quis arbitratu. num. 177. cum anteced. & seq.
- 19 Quinque effici empio resulteret facta relatione a l. id quod res valnerit certo loco vel tempore vide Pinel. in. d. l. 2. C. de rescind. venditio. fol. 39. num. 2. & Porti. cons. 30. & Deci. cons. 111. & 119. n. 5. vol. t.
- 20 Venditio quando censetur facta ad corpus vel ad mensuram vide Pinel. in. d. l. 2. fol. 131. num. 4. cum alijs.
- 21 & Bursat. cons. 100. num. 31. & Petrum de Benitend. deci. 30 & Ferret. cons. 91. & Scot. 2. par. lib. 3. responso. 16. & l. 56. tit. 18. par. 3. & ibi Grego.
- 22 Et quando venditio facta est ad modum mensure quo modo intelligatur vide Couarru. practi. q. fol. 11. & Burg. de Pace. in. l. 3. Tauri. num. 268. cum seq. & Berbenut. de Mercatura, fol. 267. num. 6. & Deci. cons. 347. in 3. par. & cons. 100. in. 4. par. & Soci. in l. demonstratio falsa. num. 10. ff. de conditio. & demonstratio. & Cagoul. in l. 2. numer. 177. & 191. C. de rescind. vendi.
- 23 Promissio de vendendo in quo differat a venditione vide Bursat. in cons. 100. & Cephal. cons. 315. in 3. part.
- 24 Quando aliquis promisit vendere aliquam rem an teneatur praescribe vendere vide Gome. in. prin. insti. de actio. & Mantuan. in. glos. fol. 480. cum seq. & Emanuel. Acosta. 1. part. fol. 347. num. 3. & late Tiraquel. de vtroque retract. fol. 774. cum anteced. & seq. & Ripam. in. §. cat. num. 17. fol. 94. & Deci. cons. 502. num. 8. & cons. 503. in. 4. par. & an talis res sit obligata. & hypothecata pro illa promissione ultra dictos Doctores vide Scotum. 2. par. libr. 5. responso. 1. Si promiso non vendere fundum meum nisi tibi. an sim obligatus vendere vide don Ant. à Padilla de transactio. fol. 26. num. 11.
- 25 Qiz actio. derur pro hac promissione vide Bursat. in dicto cons. 100. num. 8.
- 26 Si quis promisit se obligaturum ad decem an statim possit ad illa decem conueniri vide Deci. in. l. cum fundus. §. seruum tuum imprudens, numer. 1. & 2. ff. si cert. petat. & Ripa in dict. §. Cat. num. 17. & Bursat. d. cons. 100. nu. 11.
- 26 Promittens aliquid dare, vel face recum potuerit ad quid & quando obligetur, vide Igne. in l. 1. §. hoc au tem

tem num. it. fol. 121. ff. ad Sillanianum.

27 Ratio differentie in obligationibus dandi vel faciendi vide Bolognet. in. l. stipulationes non diuiduntur num. 135. cum alijs. ff. de verbo. oblig.

28 Quod differentia sit inter obligationem rem dari, & rem tradi vide Deci. in. c. cum venerabilis num. 15. de exceptio fol. 272. & Mantuan. in glosario. fol. 364. & 439. & Emanuel. Acofta. r. par. fol. 544. num. 3.

29 In obligationibus facti ad quid quis teneatur vide Parladori. c. 6. fol. 124. & Vol. de reg. & Fall. fol. 552. 679. & 682. & Bolognet. & Cagnol. in. l. quod tenihi. ff. sicut. peta. & eund. Bolognet. in. d. l. stipulationes non diuiduntur num. 135. cum alijs usque ad si. ff. de verborum oblig.

30 Quando quis condemnatus est persententiam a iiquid facere teneatur praeceps facere vide Mantuan. inglofario. fol. 364. & 439. & Decius Pedemon. 92. num. 17. & 25. cum alijs.

31 Et idem erit si per instrumentum publicum quis sit obligatus aliquem facere vel tradere vide Suarez. in. l. post rem. fol. 285. Et quando obligatus ad factum possit praeceps compelli ad factum, & quando per substitutum factum possit vide Igne. l. c. 6. subuenitur. num. 141. cum alijs ad Sillan. fol. 226.

32 Poena conventionalis quando debetur, & an excedere possit interesse. vide Thom. Gram. conf. 66. num. 74. cum alijs. & D. Franc. Sarment. selectarum. lib. 3. c. 6. num. 11. & 12.

33 Promittens factum alienum quid teneatur sacerdote vide Couarru. in. c. quamvis pactum. fol. 100. & Anto. Gomez. 2. tomo. fol. 62. num. 23. & Vol. de reg. & Fall. fol. 747. & Zill. conf. 146. 147. & 149. fol. 182. & Ma-

zoll. conf. 24.

34 Promittens facere consentire ad quid teneatur vide Gabriel. Roma. 1. par. fol. 477. & in. 2. par. fol. 1187. & Decius in conf. 314. & 326. in. 2. par.

35 Promissio facti alieni in insipirituali bus, ut in matrimonio contrahendo inter aliquos an valeat vide Mazoll. conf. 116.

36 Promittens se facturum, & curatum ad quid teneatur vide Deci. in. l. fi. §. labeo. ff. sicut. peta. fol. 89. & Ripam. in. l. quod tenihi. numer. 47. ff. eod. tit. fol. 147. & Mazoll. conf. 24.

37 Promittens simpliciter presentare aliquem iudici si semel presentauit est securus vide Vol. de reg. & Fall. fol. 747.

38 Item est notandum quod emp-
tio, & venditio. dicitur tripliciter
perfecta, & prima perfectio est qui di-
citur indissolubilis hoc est quando co-
trahentes non possunt a contrastu re-
cedere ut in. l. sicut. C. de actio. &
oblig. Prima
perfec-
tio.

39 Et quando contrastus dicatur per-
fectus, & penitenti sit locus. vide
Hip. Rimi. conf. 51. & Cephal. conf.
407. in. 3. par. & Orosci. in. Lab. emptio
ne. ff. de past.

40 Contractus an dicatur perfectus
ubi scriptura requiritur ultra Do-
ctores in. l. contractus de fide. instru.
vide Bursat. conf. 100. num. 18. & 19.
& 20.

41 Quando venditio facta est ad mo-
dum mensurę an anie mensuram ven-
ditio. dicatur perfecta vide Becci.
conf. 13. num. 6.

42 Emptor an possit discedere a con-
tractu ex eo quod vendor rem
promissam intermino non tradit vi-
de eund. Cephal. conf. 407. in. tertia
par.

43 Auenditione seu alio contractu
conditionali an liceat pendente con-
ditione recedere vide. l. hæc vendi-
tio

Liber secundus praxis civilis,

tio, & ibi Doctores ff. de contrahenda emptione, & Tiraquel. de vtroque retractu, fol. 36. cum aliis, & fo. 183.

44 Sed quzri potest, si in cōtractu emptionis & venditionis interueniat arthz, an licet ab emptione recedere, de quo vide Becci in consilio 87. & Scoum 1. par. iu. 1. responso 38. qui tractant, ap arthz sicut de substantia istius contractus.

45 Et in hac questione secundum Nicasi. in §. 1. Insti. de emptio. & vendit. Sic est dictum vendum, aut arthz datur loco artharum & in partem solutionis. & tunc non licet ab emptione recedere, vt in Lomnibus, ff. de pact.

- ²⁵⁶ Et est aduentendum, quod fideicommissarius potest compellere heredem institutum in parte hereditatis, ut audeat, & restituat, sicut institutum in tota hereditate, sed in hoc casu debet fideicommissarius recipere totam hereditatem, ex quo heres ea non vult habere, quia timet onera, ut notatur in §. nihil, Institu. de fideicommissariis.
- ²⁵⁷ Et si duo sint fideicommissarij, & unus vult compellere heredem, & alios non, tunc compellens debet recipere totam hereditarem, l.cogi, §. si qui heres, ff.ad Trebellian. Et circa hanc materiam, & quomodo, & quando heres possit compelli, ut audeat hereditatem ad petitionem fideicommissarij, vide Menchac. 3.tomo folio 82.numero 39.& Nicasium in dicto §.nunc transeamus, numero 4. & Bolognet. in lege 1. numero 192. cum aliis, ff.de leg.1.& Burg. de Paz in dicta lege 3.numero 994. & 1002. cum seq.
- Quando hereditas est iacens, & bona vacanta quomodo possint peti legata, vide Bosium in practi. fol. 703.
- Pendente lite super testamento quomodo debet fieri prouisio legatariis, & legata solui, vide Rebusuini 1.p. folio 243.
- ²⁵⁸ Hereditati iacenti, quomodo debet dari curator, vide Quesadum in c.3.fol.8.cum aliis.
- ²⁵⁹ Et quid possit facere talis curator, vide Deci. consilio 401.in 3. parte, & Franciscum Marcum quæstione 27. 31.& 111.
- Et quid si heres vel legatarius est absens, quomodo bona traduntur seruanda proximioribus, vide Gome. de Leon responso 29.
- ²⁶⁰ Si testator ingrediatur monasteriu an statim legata, & alia que intestamento continetur post ingressum debent exequi, vide Deci. in cap. in praesentia, numero 67. de probario. folio 229.
- ²⁶¹ Prescriptio aduersus legatarium, an concurrat a morte testatoris stante e dicta

Liber secundus praxis ciuills;

- 271
- dicta l. Ordin. vide Burg. de Paz iud. 43. n. 940.
- 263** Ante acceptationem legati an cur rat prescriptio contra legatarium, vi de Beccium consilio 48. & consilio 50.
- 264** Quando actio ex testamento ante diem, & pendente conditione intentari possit, vide Igneum in leg. 1. 6. seruicappellatione, fol. 28. s. ad Silla-nia. vbi late de materia.
- 265** Fructus rei legatae à quo tempore debeantur, vide Tellum Ferdinand. Fructus rei legatae à quo tempore debeantur, vide Tellum Ferdinand. iu l. 20. Turi, numero 9. cum aliis, vsque ad finem, & D. Anton. a Padilla 2. tom. folio 82. numero 86. & Peral. de leg. 2. fol. 252. numero 37. & Joan. beatus. Gutierrez in l. nemo potest, num. 11. 4. 368. cum aliis, & Burg. de Paz in dicta l. 3. num. 943. cum aliis, & Ripam in Lin fideicommissariam, numero 52 ff. ad Trebellian. & vide l. 37. & 38. & ibi Gregor. titulo 9. par. 6. & 1. 40. & 41. & 43. cum aliis eodem titulo, & Bolognet. l. 1. numero 133. de lega. 1.
- 266** An fructus nati hereditate iacente debeantur, vide Menchac. 1. tom. folio 506. numero 125. & 2. par. fol. 342. n. 22.
- 267** In fideicommissione restituione, qui fructus, & à quo tempore veniant, vi de Simo. de Pret. consil. 137. nu. 3. cum aliis.
- Nunc est videndum, quæ remedia competant legatis, ad consequendum legatae & fideicommissa, & est dicendum, propterea in principio dictum est, quod legatis competit tres actiones, scilicet actio personalis ex testamento, & iuridicatio, & actio hypothecaria, circa quod vide Bolognet. in l. 1. num. 226. cum aliis multis sequentibus, s. de leg. 1. & Sim. de Pret. consil. 131. & Couarru. de testa. fol. 107. & Voll. de reg. & fall. fol. 16. 20. & 609. cum seq. & Ripam in dicta l. 1. numero 34. vsque ad finem, de leg. 1. & Rebus. s. p. fol. 140.
- 269** & an dictæ actiones competant etiam profidecommis, ultra Doc-tores citatos, vide Anto. Com. 1. tom. folio 34. numero 7. & Ripam in Lin fideicommissariam, numero 2. ff. ad Tre bellia. fol. 86. & Gabr. Roman. 1. par. fol. 212. & Menchac. 1. tom. fol. 352. numero 122. cum seq.
- 270** Actio ex testamento quomodo cōpetat prolegatis, vide eundem Bolognet. vbi supra, & Roland. consil. 71. nu. me. 8. lib. 2.
- 271** Actio ex testamento an competit prolegatis relictis in codicillis, & pro quibus legatis competit, vide eundem Bolognet. in dicta l. 1. numero 229. cum aliis, & 233. cum aliis vsque ad 250. & Peral. de hered. instituen. fol. 271. numero 9. & 12. Actio ad supplementum an sit actio ex testamento, an ex codi-cillo, vide Eman. Acosta in c. s. pater. 6. 3. n. 22. 32. & 34.
- 272** Actio in rem quando competit prolegatis, vide eundem Bolognet. in dicta l. 1. numero 251. cum aliis vsque ad 208. Et quid quando legatur res heredis, vide D. Anton. a Padilla 2. tom. fol. 128. numero 3. Et quid contra hereditatem iacentem, vide Man-tuanum fol. 260. Et an competit fideicommissario, & cessionario, folio 417.
- 273** Actio hypothecaria, an competit legatis, & quando, vide eundem Bolognetum in dicta l. 1. numero 308 & 310. cum aliis, s. de legat. 1. & Doc-tores supra citatos, & Rebust. 2. par. folio 416. & l. 26. titolo 13. par. 5. & ibi glos.
- 274** Actio hypothecaria an competit absque additione hereditatis stante l. Ordinam. vide D. Ansonium a Padilla 2. tomo. fol. 85. numero 98. cum aliis, & Menchac. & Tiraquellū vbi supra.
- Testator an possit iubere, ne eius bona prolegatis sim tacite hypothecata, vide Iul. Clar. 5. te stamentum, que st. 70.

Ques

Quia auctio filius melioratus possit coniequi prælegatum melioratio nis terrij & quinti, vide Seguram folio 90. numero 27. cum aliis.

274 Tres actiones compétentes pro legatis, quomodo deduci & cumulari possunt in indicio, vide late Bologne tum in dicta l. i. n. 337. cum aliis seq. [280] de legi.

Legata, an possint peti via executiua, vide infra.

275 Hæredes possidens rem restituendam, an solus conueniri debeat, vel omnes hæredes pro parte, vide late Bolognet. in l. 4. 9 Cato, num. 239. cū aliis, usque ad 269. & Suarez in legge, baoniam in prioribus.

276 Legataro non competit actio in solidum contra hæredem pro legato nisi contra vnumquemque pro hæreditatiis portionibus, ultra Suarez vii supra, vide Peralt. de leg. 2. folio 338. cū aliis.

277 Actio legatorum non datur contra hæredem, penes quem remansit certa quantitas vel res, vide Ripam l. i. 9. idem Julianus, numero 2. cum aliis, ff. ad Trebellian. fol. 76. Legatarij & creditoreshæreditarij possunt electa una via contra hæredem legitimum abiente statu redire contra hæredem testamentarium, vide Guillerum Benedict. cap. Raynuntius, 1. p. fol. 166. num. 71. & Scotum 2. par. libro 4. responsio 17. & vide posita in auctione in genere, & in petitione hæreditatis. Contra legatarium perentem rem legatam quomodo potest obijci, vide Socin. in l. si rem legata, numero 1. & 2. ff. de exceptio, fol. 222.

278 Clericus à laico hæres institutus, an conueniri possit ante iudicem secularem ad præstanta legata, vel ea quæ testator erat obnoxius, vide Bur gun. de Paz in l. 3. Tau. nume. 786. & 792. cum aliis.

Legata an possint peti via executiua, & quandoexecutio possit fieri contra hæredem, vide Rubuf. 1. parte fo-

lio 157. cum aliis seq. & folio 146. & 235. & Beccium consil. 17. & Simo. de Pret. consil. 117. num. 55. cum aliis sequentibus, & Peralt. de legat. 2. folio 16. numero 85. & posita in auctio ne ex scientia, & quæ habes recollecta.

Sententia lata contra hæredem quādo præjudicet legataris & fideicom missariis, vide Roland. consilio 92. numero 12. & 15. cum aliis lib. 4.

[Et] quando sententia lata contra possessorē maioratus præjudicet successori, vide l. 20. & ibi late Gregor. titulo 22. par. 3. & l. 4. titulo 23 eadem par. & Ludouic. de Molina de primo gen. Hispan.

Meliora mēta facta per grauatum in rebus subiectis restitutioni, an soluenda sint hæredi grauato per fidem commissarium, & interim habeat locum retentio, & quid in expensis, & quæ expensæ debe intur, vide Rolandum consilio 28. libro 1. & consil. 30. eod.lib.

Hæres voluntatem testatoris non implens quomodo puniatur, & compleatur, vide Rebuf. 1. par. fol. 326. cū aliis.

Quartum remedium, quod legatarij habet ad consequendū legata est officium executoris testamenti, de quo vide Rebuf. dicta 1. parte, fol. 236. cum aliis, & tract. de successio. ex testam. & ab intesta. folio 68. & fol. 384. cu m & fol. 408.

In quibus casibus potest executor testamenti cogi ad inscipiendam cautionem, & quæ actio competat contra eum, vide D. Anton. a Padilla 1. tom. fol. 269. n. 31. & Bursat. consil. 28. n. 17. & 18.

Executorés testimenti ad quid te neantur, & in quibus eis sit licitum ex pendere de bouis hæreditatis, vide Bursat. consil. 28. n. 12. cum aliis usque ad finē. & D. Anton. a Padilla 2. tom. fol. 162. & Sylvest. vel. b. Testamen tum, 2. in 2. p. fol. 467.

Liber secundus praxis ciuilis,

- 287 Executores testamenti intra quod tempus teneatur exequi voluntate defuncti, vide Courruiam de testam. fol. 37. 45. 114. & 133. & D. Antonium a Papilla 2. tom. fol. 162. num. 1. cum aliis.
- 288 Tempus exequendi testamentum a quo tempore cursat, vide Burg. de Paz in l.3. Tauri, n. 953. cum sequenti bus.
- 289 An executoribus testamenti ignoratus currat tempus datum ad exequendam, vide Igneum in l.3. si conditione, n. 133. cum aliis.
- 290 Executor testamenti, an possit exequi voluntatem defuncti absente, & ignorantie herede, vide Gome. Arias in l.30. quz est 32. Tauri, num. 17. & in l.34. num. 5. cum aliis.
- Executor testamenti, an teneatur fastidare, vide Gome. Arias in l.31. quz est 33. Tauri, n. 12.
- 292 Executor testamenti, an possit alteri subdelegate, vide Gome. Arias in l.30. quz est 32. Tauri, num. 16. & in l.36. n. 11. & 12.
- Executor testamenti an transmit-
293 tat officium ad heredes, vide Peralte de leg. 2. fol. 342. num. 2. & Gome. A-
- 294 rias in l.37. quz est 39. Tauri, num. 3. & 4.
- 295 Executor testamenti, cui commissa est elec^{tio} pauperum, si non eligit intra annum, an possit purgare moram, vide Rip. in l. si insulam, num. 88. ff. de verborum obligatio. fol. 114.
- 296 Executor testamenti an possit pro soluendis debitis, bona defuncti vendere, & quando, & usque ad quam suum, vide Tellum Ferdin. in l.32. & 33. Tauri.
- 297 Emens ab executore testamenti, an sit securus licet premium non conuertatur indebita legata, vide Ioannem Gutier. in allega. 1. n. 2. cum aliis.
- 298 Res prohibita alienare per testato rem, an possit vendi, vel infolatu^m dari pro soluendis legaris, & alia circa prohibitionem alienationis, vide Bec ci. consil. 100.
- Alienatio fideicommissi conditio
299 nalis, quando valeat & possit fieri, vi de Roland. consil. 81. & 98. lib. 2.
- Et hec, que dicta sunt de actionibus sufficiat, & sit laus omnipotenti Deo mai-
ximo, aucto optimo, eiusque genitrici
Maria, & omnibus sanctis, Amen.*

L A V S D E O

112

113

114

115

116

117

118

119

120

121

122

123

124

125

126

127

128

129

130

131

132

133

134

135

136

137

138

139

140

141

142

143

144

145

146

147

148

149

150

151

152

153

154

155

156

157

158

159

160

161

162

163

164

165

166

167

168

169

170

171

172

173

174

175

176

177

178

179

180

181

182

183

184

185

186

187

188

189

190

191

192

193

194

195

196

197

198

199

200

201

202

203

204

205

206

207

208

209

210

211

212

213

214

215

216

217

218

219

220

221

222

223

224

225

226

227

228

229

230

231

232

233

234

235

236

237

238

239

240

241

242

243

244

245

246

247

248

249

250

251

252

253

254



M A T R I T I.

In ædibus Ioannis à Herrera Typographi.

1614:

This image is a high-contrast, black-and-white scan of a textured surface. The texture is composed of numerous small, irregular dark shapes scattered across a lighter background. These shapes vary in size and density, creating a complex, organic pattern. There are no discernible text, figures, or tables.

201. *E. o. v. A.* —

Digitized by Google

INDEX SEV. REPERTORIUM MATE- RIARVM, AC NOTABILIVM DECISIO- NVM, tam Iuris communis, quam huius Regni, quae in hac ciuili praxi continentur. Copiosissimè, ac luculentissimè concinnatum, at- que exætissimo ordine digestum per D. Hieronymum à Montealegre, authoris filium, Jurisconsultum, & in Regia Chancellaria Argentina cau- sarum patronum.

A



Absens iusta causa, si pacto conuenerit
ut creditor lapso termino posuit pig-
nus vendere, est restituendus in inte-
grum, ex clausula generali, aduersus
venditionem, lib. i.c. 4.n. 144.
Absens potius presumitur indebito vi-
uere, quam mori, lib. i.c. 7.n. 11.
Absens, si per quinquennum ignoretur
viuere, an de iure communi presuma-
tur mortuus; & quid de iure regio,
ibidem n. 17.
Absolutio relaxationis juramenti, coram
iudice ecclesiastico petenda est; abs-
que citatione parvis, nisi de tollenda

obligatione principali agaror, lib. t.
cap. 9.num. 24. cum duobus sequen-
tibus.

Astio est ius perseguendi in iudicio,
quod sibi deberur, lib. i.c. 1. n. 2. & 11.
vsque ad 15. & 20.

Actionis diffinitio, omnem comprehen-
dit actionem realem, & personalem,
ordinariam, & extraordinariam, & la-
to modo officiū etiam iudicis, lib. i.
c. 1.ex num. 16. vsque ad 19.

Astio inanis, quam inopiam debitoris
excludit meliori fortuna rediuitur,
ibi n. 21.

Astio inducit ius perseguendi quod si-
bi deberur, aut procuratorio nomine
debita ex quacumque obligatione
comprehendit, lib. i. cap. 1. nume-
ro 31.

Astio iure civili introducta fuit, plu-
res tamen habent divisiones, ibi nome-
re 33.

Actiones ad heredes trâseunt, aliae vero
nonnullæ directæ, aliae viles dicun-
tur, aliae vero temporales, aliae per-
petuæ, aliae bonæ fidei, aut stricti iu-
ris, de quarum, & aliarum differentiis
agit, lib. i.c. 1.ex num. 34. vsque ad
num. 60.

Actiones, licet appellatione bonorum
mobilium, & immobilium non
veniant

Index alphabeticus.

- Veniant, quandoque tamen, propter necessitas postular inter mobilia, vel immobilia computari solent, ibi numero 59. & 65, cum sequentiibus.
- Actiones, que nominantur non sunt, conditio nes appellantur, ibidem numero 67.
- Actionum arbor authentica non est, nec omnes actions contineat, sed solum docendi gratia a suo auctore posuit, ibidem num. 70. & 72.
- Action ex lege potius oritur quam iudicis officio, idque melius, ac utilius centetur, lib. 1. cap. 1. numero 83, cum sequenti.
- Action, seu exceptio indubio semper cœetur, cui interest competere ei, licet ex verbis legis in eius favorem latè non colligatur, ibidem numero 87.
- Action in quocumque iudicio desiderator, alias nullum redditur quod in iudicio actum est, lib. 1. cap. 2. num. 1. & 2.
- Action de pariu agnoscendo competit filio aduersus patrem lib. 1. cap. 1. §. 46. num. 2.
- Action de partu agnoscendo competit parentibus aduersus filios, ibidem 1.
- Action de partu agnoscendo, competit etiam patri aduersus filium legitimatum per rescriptum principis, ibidem num. 3.
- Action de partu agnoscendo competit patri aduersus filium arrogatum, vel adoptatum, ibidem num. 4.
- Action de partu agnoscendo competit non solum ratione patriæ potestatis, sed ratione filiationis, ibidem numero 5.
- Action de partu agnoscendo competit etiam patri aduersum filium naturalem, ibidem num. 6.
- Action de partu agnoscendo competit etiam patri aduersus filium spuriū ex damnatu coitu natum, ibidem numero 7.
- Action de partu agnoscendo competit etiam marii, ibidem num. 10.
- Action de partu agnoscendo competit non solum filio aduersus patrem, sed etiam uxori contra socerum, ibidem num. 14.
- Action alimentorum competit negotiis ad uerius auum, ibidem num. 18.
- Action per iudicialis pe partu agnoscendo competit agnato aduersus agnatū, ut declaret proximitatem necnon, contra matrimonium dicere, afferendo, filios esse illegitimos, ut a successione eos excludat, lib. 1. c. 2. n. 46. cum sequenti.
- Action non competit non adimplenti ex sua parte id quod debeat, nisi pendentे iudicio adimpleuerit, ibidem num. 23. cum sequenti.
- Actione à principio competente licet ex post facto deficit, vel quādūdium est, ad recte competat, & nihil ab aduersario oppositum sit, tunc a iudice non est repellendus actor à iudicio, lib. 1. cap. 2. num. 88. cum sequenti.
- Action alimentorum competit uxori aduersus maritum, ibidem numero 19.
- Action alimentorum competit etiam fratri contra fratrem, numero 20.
- Action alimentorum competit agnato contra agnatum, ibidem numero 21.
- Action per iudicialis potest intentari affirmativa, & negativa, ibidem num. 23.
- Action de partu agnoscendo est prætoria, & realis, & stricti iuris, ibidem numero 34.
- Action exercitoria, cui, & contra quem competit, lib. 2. c. 2. §. 3. n. 1. usque ad num. 9.
- Action tributoria cui competit, ibidem numero 10.
- Action de peculio in quibus differat ab actione tributoria, ibidem numero 13.

Action

Index alphabeticus.

- A**ctio quod iusu datur ei, qui cum filio, vel seruo contraxit, ibidem num. 15.
- A**ctio de in rem verso, cui detur, ibidem num. 17.
- A**ctio de peculio daturei, qui contraxit cum filio, vel seruo, ibidem numero 21.
- A**ctio ex mutuo quando competit, libro 2. cap. 2. §. 4. nu. 2. usque ad numerum 15.
- A**ctio de precario cui detur, lib. 2. c. 2. §. 6. n. 1.
- A**ctio de euilione quando competit, lib. 2. c. 2. §. 8. n. 86.
- A**ctio quæ competit aduersus progenetam, & mediatorem, quæ sit, ibidem num. 106.
- A**ctio quæ competit lasso vltra dimidiati iusti precij, quæ sit, & quomodo intentanda, lib. 2. cap. 2. §. 9. num. 1. 2. &c. 3.
- A**ctio redhibitoria an competit scienti vitium rei venditz, lib. 2. c. 2. §. 10 num. 4.
- A**ctio redhibitoria intentatur intra sex menses utiles, ibidem num. 5.
- A**ctio quanto minoris competit ementi rem, habenti aliquod vitium latens, lib. 2. c. 2. §. 11. num. 11.
- A**ctio præscriptis verbis, quæ sit, & quibus casibus detur, libro 2. cap. 14. ex numero 1. usque ad numerum 4.
- A**ctio ex locato datur locatori contra conductorem, vt mercedem soluat, libro 2. cap. 2. §. 15. numero 1.
- A**ctio Seriana, quæ sit, & quibus competit, ibidem num. 17.
- A**ctio pro socio, datur socio contra socium, lib. 2. cap. 2. §. 16. numero 1.
- A**ctiode eo quod certo loco, quando habeat locum, & eo am quo iudice feus sit conueniens, lib. 2. cap. 2. §. 17. ex numero 1. usque ad num. 7.
- A**ctio de constituta pecunia, ha-
- bet locum, quando quis per patrum nudum constituit se soluteturum creditori suo, lib. 2. cap. 2. §. 18. ex numero 1. usque ad numero 15.
- A**ctio mandati directa, cui competit, libro 2. c. 2. §. 19. n. 1.
- A**ctio negotiorum gestorum est duplex, & cui competit, libro 2. c. 2. §. 20. ex numero 1. usque ad numero 21.
- A**ctio pignoratitia duplex, directa, & contraria, quæ sit, & pro quibus rebus detur, lib. 2. c. 2. §. 21. ex n. 1. usque ad num. 17.
- A**ctio hypothecaria cui competit, libro 2. c. 2. §. 22. ex num. 1. usque ad num. 32.
- A**ctio revocatoria quæ sit, & quomodo intentanda, lib. 2. cap. 2. §. 23. ex numero 1. usque ad numerum 33.
- A**ctio quæ competit marito contra mulierem lib. 2. c. 2. §. 24. num. 2. cum sequentibus.
- A**ctio de dote, quæ habeat priuilegia, ibidem n. 8.
- A**ctio de dote habet tacitam hypothecam in bonis mariti, ibidem numero 9.
- A**ctio pro dote non solum datur mulieri, sed etiam patri, ibidem numero 11.
- A**ctio tutelæ datur etiam contra heredes de dolo, lib. 2. c. 2. §. 25. nu. 37. & 38.
- A**ctio de ratiociniis distrahendis, quæ dicatur, ibidem num. 39.
- A**ctio de ratiociniis, an differat ab actio ne tutelæ, ibidem num. 40. usque ad n. 52.
- A**ctio in factum quorum bonorum, cui competit, libro 2. cap. 2. §. 27. num. 1.
- A**ctio in factum quorum legatorum, cui, & contra quem detur, lib. 2. c. 2. §. 28. num. 1.
- Accusatio est ius persequendi in iudicio ad vindictam publicam, &

Index alphabeticus.

- vtilitatem priuaram , atque ideo duplex solet oriri remedium ex delictis, criminalis scilicet actio ratione Reipnblicz, & ciuilis ad interesse partis, lib.1.c.1.n.130. vsque ad 133.
- Accusatio quilibet de populo non interdicto in delictis publicis competit in priuatis et tantum cui interest, ibidem, 134.
- Accusatio criminaliter intentata ad vindictam Republice efficit, vt actio ciuilis ad interesse partis incidenter proponatur, & tota causa, eo casu criminalis dicitur, lib.1. c.1.n.140. cum sequenti.
- Accusare nemo inuitus compellitur, nisi tacite, vel expresse ad id abstringatur, libro 1. cap.3.num. 1. & 2.
- Accusatori , vel actori maliciose differenti terminum accusationis, vel actionis , potest iudex tempus constituer, intra quod suam actionem , aut accusationem proponat, quo elapsò à iudice repellere potest, ibidem numero 4. vsque ad n.7.
- Appealationes, quæ interponuntur ad consistorium decurionum . locum non habent in causis, in quibus persona pecuniaria fisco applicatur si ex delicto descendit ; fecus vero si ex contractu partium proueniat, libro 1. cap.1. numero 137. cum sequenti.
- Actor antequam actionem proponat adueatere debet remedium ad ea, quæ sibi necessaria sunt in iudicio : nam si plora liti, uno electo, ad alium postea recusus non dabitur, lib.1.c.1.n.148.
- Actor in actione reali proponens ius dominij, vel quasi, quod sibi non competebat , si irrependente competat , cum exprefliter causam in generili petitione in iudicetur, libro 1. cap.2. numero 17. vsque ad num.20.
- Actor actione personali agens, licet ius superueniat ex noua causa , quæ non retrahitur, non includit id ius in clausula generali , nisi tale ius ex causa de præterito proueniat, quod in iudicio cępto inclusum vi debatur, lib.1.c.2. num. 21. cum sequenti.
- Actor in iudicio per procuratorem comparere potest, & ad producendum mandatum, petente parte , compelli potest : aliter enim, nullus efficitur processus, lib.1. cap.6. ex n.2. vsque ad 7.
- Actor potest mandatum procuratoriū in quocumque parte litis producere, parte non petente, ibidem numero 8.
- Actor int̄p̄cere debet , ante quam in iudicio agat, an qui vocatur possit ab eo in ius vocari, veluti si patet, velauis sit , aut alter ascenderet, libro 1. cap.8. num.1. b. cum sequenti.
- Actor non potest in iudicio vocare eum, qui à iure impeditus est, comparere, veluti filiusfamilias , seruus, monachus , mulier nupta, aue similes, ibidem numero 6. cum sequenti.
- Actor in libello deber fastum referre, & exprimere, naturam rei , qualitatem, pondus , & mensuram , libro 1. cap.11. ex numero 43. vsque ad num.48.
- Actor in libello deber exprimere causam veram , ex qua debitum contractum est, ibidem num 49. cum sequenti.
- Actor ante quam agat extra judicialiter monere reum , quem esse datum hoc fortitur, ibidem numero 51. cum duobus sequentiibus.
- Actor in libello narrationem facere deber claram, & certam, alias enim si alterum narratur , & iudic concluditur, conclusio secunda est, ibidem numero 54. vsque

Index alphabeticus.

- vñque ad numerum 58.
- Autor quandoque absque speciili designatione, veluti in petitione hereditatis, & in aliis iudiciis vniuersalibus, libellum generaliter ponere potest, ibidem nro. 62.
- Autor petere debet quod sibi debetur, non plus; nam debitum admittit, si plus debito petat principaliter, ibidem numero 63. cum tribus sequentibus.
- Autor plus debito petens non punitur, si offerat acceptum recipere, aut ad scripturam referatur, vel per procuratorem, adiectave clausula, salvo iure superflui, ibidem numero 67. cum tribus sequentibus.
- Autor tunc plus debito petendo non punitur, quando debitor scienter, ac dolose totum debitum neglexit, ibidem numero 71. cum sequenti.
- Autor plus debito petere dicitur, quando ante tempus petierit, aut in alio loco, quam ubi destinata solutio, aut si precise petat unum ex alternatiue promissis, ibidem numero 74. cum tribus sequentibus. Vbi de quadam limitatione, num. 78.
- Autor minus debito petens reliquum donare non videtur, ibidem numero 79.
- Autor, cui plures astiones competent, altera electa, ad aliam regressum non habent, & clausulam necessariam in libello apponere debet, petendo iustitiam, officium iudicis implorando, ac condemnationem expensarum, libro 1. cap. 11. ex numero 9. vñque ad 94.
- Autor petere debet, vt reus non solum ad rei restitutionem condemnetur, sed ad damna, & interesse, quorum appellacione veniunt fructus, & expensæ quandoque, libro 1. cap. 11. ex numero 103. vñque ad numero 108.
- Autor in libelo non tenetur certam quantitatem interesse exprimere, sed eius condemnationem petere, vñque erit in iudicis particularibus generaliter clausulam proponere cum annexis, & pertinentiis ad actionem, libro 1. cap. 11. numero 115. cum duobus sequentibus.
- Autor sine per se, sine alter per eam in indicio petat de calunnia, rare debet, maliciose non petit se, tare tamen regio à reo extorqueri solet, libro 1. cap. 11. numero 120.
- Autor aduersum reum concursum, plura habet remedia, quorum duo apponuntur, libro 1. cap. 13. numero 4. & 5.
- Aduocatus, & procurator, non potest esse tenuis in causa sui c. 1. i. 1. tuli, libro 2. cap. 1. §. 36. numero 10 37.
- Alimenta debita filiisfamilias, debent praetari in domo ipsius patris, libro 2. cap. 1. §. 11. numero 11. Et in sic huc opinio communiter accepta, ibidem numero 12.
- Alimenta relicta alicui in domo gravata, si legatarius habet vxorem, potest petere extra domum, ibide numero 16.
- Alimenta relicta aliqui in domo heredis, non sunt in ea domo praestanda, si inter leguarint, & i. redemittantur, ibidem numero 17. cum sequenti.
- Allegans exceptionem, tenetur eam probata, libro 2. cap. 1. §. 13. numero 10 77.
- Amici in eadem domo habitantes, pro amicis esse testes non possunt, libro 2. cap. 1. §. 28. n. 17.
- Amicus regulatiter pro amico testis esse non potest, ibidem numero 18.
- Animus donantis presumitur magis liberalis in conuentum, & proximorum personam, libro 2. cap. 9. §. 15. numero 107.

Index alphabeticus.

Appellatione filiorum legitime, & de legitimo matrimonio natorum venient etiam filii legitimati per subsequens matrimonium, lib. 2 c. 1 §. 3 num. 23.

Assertio patris defuncti in sui fauorem & alterius præjudicium non præjudicatalis, libro 2. cap. 1. §. 13. numero 73.

Assertio patris aliquando probat conscientiam, ibidem num. 75.

Assertio parentum filium non esse legitimum, facit præsumptionem filium non esse legitimum, lib. 2. c. 1. §. 44. n. 25.

Assertio parentum de impotentia maris, facit filium non esse legitimum, ibidem num. 26.

B

Beneficium restitutio*n*is in integrum an transmitatur ad heredes, lib. 2. c. 1. §. 36 num. 5.

Beneficium restitutio*n*is in integrum ex capite ignorantie, quanto tempo duret, ibidem num. 11.

Beneficium cessionis bonorum, si prodest principali, non prodest fidei*s*u*r*ori, libro 2. cap. 2. §. 27. numero 10.

Beneficium legis*f*ina. C. de edito dicti Adriani tollen. an competit filio meliorato, libro 2. cap. 2. §. 16. num. 16.

Beneficium huius legis, an competit executoribus testamenti, ibidem num. 18.

Bona mulieris nuptz tripliciter considerantur, alia dotalia, alia patrimonialia, quae marito traduntur, alia vero quae extra dotem marito non traduntur, libro 1. cap. 5. num. 32. cum tibis sequentibus.

Bona donata viro & uxori, constan-

te matrimonio, efficiuntur propria illius, cui donata sunt, lib. 2. c. 1. §. 13. n. 108.

Bona acquisita ex ultimis voluntatis, an indubio præsumantur aduentitia, vel protestitia, ibidem numero 88.

Bona aduentitia non publicantur per delictum filij, dum pater in illis retinet ususfructum, lib. 2. c. 1. §. 14. num. 10.

Bona aduentitia, in quibus patti non queritur ususfructus, an publicentur per delictum filij, ibidem numero 12.

Bona protestitia, an veniant in confi- catione bonorum filij, ibidem, numero 17.

Bona maioratus, vel subiecta restitu- tione, non prouident in fiscum trans- ferre per delictum possessoris, dum sint prohibita alienari: contrarium autem in ususfructu, ibidem numero 24.

Bona, si non sunt expresse prohibita alienari, durante vita possessoris, possunt in fiscum transferre per delictum, ibidem num. 25.

Bona patris non sunt tacite hypothe- cata pro culpa, & negligentia ad- ministratio*n*is bonorum filij, lib. 2. c. 1. §. 19. n. 4.

Bona omnia filiorum sunt legitima, prater quantum, de quo potest pater disponere, libro 2. cap. 2. §. 34. numero 14.

C

Castigatio moderata quæ sit, abi- trio iudicis relinquitur, lib. 2. c. 2. §. 2. n. 108.

Causa fortuitus, quis sit, libro 2. cap. 2. §. 7. num. 18.

Causa insolitus quis dicatur, ibi numero 19.

Cautio

Index alphabeticus.

- Causio**, non solum pro præterito dam no, sed pro futuro peii potest, & virumque simul in iudicium deducit, libro 1. cap. 2. numero 29.
- Cautio de rapto**, & iudicato soluendo quandoque admittitur à iudice, etiam si mandatum non habeat, qui pro alio in iudicio compares, lib. 1. cap. 6. num. 98.
- Cautio de rapto**, multoties marito in negocio vxoris, & è conuerso vxori, in eo quod interesse respicit, absque mandato, sufficiens est in iudicio, ibidem uum. 99. cum sequenti.
- Cautio de rapto consanguineis**, & affinibus, usque ad quantum gradum in iudicio fatis est, libro 1. cap. 6. n. 101.
- Cautione de rapto sine mandato**, ut possunt coheredes, communemque rem habentes, quoies ab altera coniuncta persona mandatum, ad eandem rem concessum non extitit, ibidem num. 102. cum tribus sequentibus.
- Cautio de rato**, absque mandato admitti solet à iudice in omnibus coniunctis, in his, qui viuissent coniuncti absentes respiciunt. Ideoque, libertus pro patrono, & Prelati Ecclesiarum, pro Ecclesiis admittuntur, libro 1. cap. 6. numero 106. cum tribus sequentibus.
- Cautio de rato à quolibet** admitti solet pro defensione absentis, præcipue in criminalibus, nempe ad instruendum iudicem, & similia, non tamen ad probandam rei innocentiam, quia tunc mandatum desideratur. ibidem numero 110. usque ad finem.
- Causa debet** procedere causatum suum secundum ordinem naturæ, lib. 2. cap. 1. §. 3. n. 36.
- Cessio actionis** quando fieri solet in præiudicium creditorum, libro 2. cap. 2. §. 22. num. 17.
- Cessio in potentiores** quando fieri possit, ibidem num. 30.
- Cessio debiti**, quando fieri potest filio scholastico, ibidem numero 31.
- Chsso bonorum**, quare fuit inuenita, libro 2. cap. 2. §. 23. numero 1.
- Cessio bonorum quomodo liberet à vinculis**, ibidem num. 2.
- Cessio bonorum**, an habeat locum in debito descendente ex delicto, ibi num. 6.
- Cessio bonorum an liberet à debito** ibidem num. 3.
- Cessio bonorum beneficium**, si prodest principali, fidei-ffori prodefese non debet, ibidem numero 10.
- Citatio**, cum defensio sit de iure naturali, ac diuino, per Principem tolli non potest, nec per aliquam clausulam suppleri, libro 1. cap. 10. numero 20. usque ad numerum 23.
- Citatio in rebus notoriis**, quandoque necessaria non est, nec in eis, in quibus Princeps cognoscit, aut eius supremus Senatus cum sola veritate inspecta, ut in plurimum procedant, ibi num. 24. cum duabus sequentibus.
- Citatio**, licet in notoriis multoties solliquet, præcipue à Principe, ut in plurimum necessaria est, cum defensio sit naturalis, verum tam non esse necessariam, constando, defensionem parti non competere, ibi num. 30. & 32.
- Citatio**, quæ sit, & quatuorplex, quibusque modis fieri valet, & an à Principe tolli queat, libro 1. cap. 12. numero 1. cum tribus sequentibus.
- Citatio** est fundamentum ordinis iudicarij; ideoque eius effectu processus, & sententia annullantur,

Index alphabeticus.

non solum , si fuisset omisso,
sed quando illegitimum facta est,
quod procedit etiam in notoriis,
vbi desideratur , nisi forte con-
statō defensionē multa astenus cōpe-
tere ei qui citandus foret, ibi ex nu-
mero 5. vsque ad nu.9.

Citatio inualida legitimatur compa-
rente post citationem reo ad le-
gitimitatem ; tamen requiritur ,
vt de mandato judicis fiat, & à pro-
prio iudice , ex eaqué constaret,
si absens fuerit citatus , assigna-
reque congruum tempus , ibi
dem numero 10. vsque ad num-
rum 15.

Citatio personaliter fieri debet , &
in subsidium domui propriæ ha-
bitationis , quæ peremptori uno
tantum termino dato fieri solet,
ad instantiamque partis , ibi
dem numero 16. vsque ad num. 21.

Citatio non est necessaria ad instan-
tiā partis iudicis , ex officio
procedente , & in actis proces-
sus reperta ad partis petitionem
facta præsumitur , non tamen hoc
deficiente , redditur nulla senten-
tia , vbi citatio necessaria non erat , ibidem numero 22. cum duobus se-
quentibus.

Citatio facienda est , adiunctis duo-
bus testibus per nuncium sim-
plicem . per iudicem vel , jani-
torem unico adiecto , sat e-
rit de iure regio , negante citato ,
ibi num.25.

Citatio extra territorium facienda est
per literas requisitorias , etiam si
eiusdem Principis virtuque juris-
dictio sit contra communuem Le-
gistarum , ibi numero 26. cum se-
quenti.

Citatio plures parit effectus , nam iu-
risdictione peruenit , perpetua-
turque , & longissimam præscri-
ptionem interrumpit , resque li-

tigiosa efficitur , & alios huius-
modi , ibi à numero 28. vsque in
fine.

Clausula , ex cetera scientia , & de
plenitudine potestatis , an sup-
pleat citatione necessariæ substi-
tuti in legitimatione , libro 2. c.1:
§.4.n.37.

Clausula in contractibns apposita ,
quod quis remittit ius quod ha-
bet , vel habere sperat , intel-
ligi debet ex causa fundata de
de præsentis , licet eius implemen-
tum à futuro eueut pendeat , li-
bro 1.c.2.n.62.

Clausula in mandato procuratorio ap-
posita , vt procurator facere pos-
sit , quicquid dominus ficeret , si
præfens esset , equiparatur clau-
sula libere administrationis ope-
ranturque idem , quod si speciale
mandatum datum esset , nisi per
tabellionem ex styllo appona-
tur , libro 1. cap. 6. ex num-
ero 51. vsque ad numer. 54.

Clausula generalis comprehendit e-
tiam casus futuros , nisi in re nimis
graue , ibidem numero 55. cum se-
quenti.

Clausula ; omni meliori via , aut for-
ma in libello apponi debet , vt ma-
gis fauorabiliter interpretetur , li-
bro 1. cap. 11. num. 5. cum duobus se-
quentibus.

Clausula hæc , omni meliori via facit
cessare penam plus debito pe-
nitentis , sustineturque libellus in-
certus , ex eaqué actio intentata ,
recte competens videtur , ibidem
numero 8. cum duobus seque-
ntibus.

Clausula ; omni meliori modo ope-
ratur , vt sententia conformis sit
probationibus recipiendis con-
gruumque remedium in petitio-
ne videatur deductum , & vt se-
quatur condemnatio ex causæ na-
ratione

Index alphabeticus.

ratione probata, ibi numero 11.
cum tribus sequentiibus.

Clausula hæc, omni meliori modo
efficit, vt licet actus in forma
claudicaret sustineatur, cum for-
tiorem actum reddat, ibidem nu-
mero 15. cum tribus sequenti-
bus.

Clausula, omni meliori modo ope-
ratur, vt si modus in aliqua via
sit ineptus, sustineatur, & quod
prodest pro expresso habeatur,
ita, vt intelligatur quod valeat
id quod sit meliori modo quod
potest, ibi ex numero 19. vsque
ad 22.

Clausula hæc, omni meliori modo,
in testamento adiecta, operatur
titulum institutionis erga filium.
cui necessarius est, & aliquid de-
erat, cum testamentum ea impos-
ita, valeat eo iure, quo potest,
ibidem ex numero 23. vsque ad nu-
me. 26.

Clausula hæc, omni meliori modo,
in testamento apposita, ope-
ratur quando vt saltem iure mi-
litari valeat testamentum, cum
equiparatur codicilliarij clausu-
la, derogationemque prioris testa-
menti fortitur, vt saltem valeat
testamentum, vt noncupatiuum,
ibi numero 27. cum tribus seque-
tibus.

Clausula, omni meliori modo, effi-
cit, vt verba directa substitutio-
nis ad fideicommissum obliget,
& post codicillarem clausulam
adiecta, importat Trebellianicæ
detractionem, ibidem num. 33. cū
sequenti.

Clausula, omni meliori modo, in te-
stamento, operatur, vt si prezel-
legatum ita non valeat, saltem,
vt donatio causa mortis teneat,
& in legato vxori relatio, in-
dubio proprietaria censeatur,

ibi numero 33. cum sequenti-
bus.

Clausula, omni meliori modo, ef-
ficit, vt fideicommissum propria
auctoritate capiatur, & iuramen-
to in pluribus equiparatur, su-
pletique omnia necessaria, si in de-
creto iudicis interueniat, & in Prin-
cipe ut omnino modis potestate vivi-
deatur, ibi ex numero 33. vsque ad
num. 38.

Clausula, omni meliori modo, ef-
ficit, vt valeat donatio facta de
omnibus bonis, saltem quo ad
presentiam. ibidem, numero
39.

Clausula, omni meliori modo, o-
peratur, vt iudex ordinarius,
qui, vt delegatus cognonit sub-
stineatur, in his tamen, vbi re-
sistit, ius communii non for-
titur effectum praedicta clausu-
la, in aliis tamen tacite subin-
telligi solet. ibi numero quadra-
gesimo cum duobus sequenti-
bus.

Clausula in libello apposita, sal-
uo iure addeudi, vel miuuen-
di, nihil operatur, nec est ia-
vsi, quamvis huic protesta-
tioni reus consentiret, libro pri-
mo, cap. II. numero 122. cum se-
quenti.

C L E R I C I coram suo iudi-
ce ecclesiastico conueniendi sunt,
non tamen coram seculari con-
veniri possum; nec ratione in-
cidentiae, nec prætextu consue-
tudinis, nec eriam cum renun-
ciatione iuramenti valata cum
cum omni iure id prohibetur,
libro primo, capit. nono, ex nu-
mero tertio vsque ad numerum
14.

Clericus productus in testem coram in-
dice seculari per ipsum de fal-
sita.

Index alphabeticus.

sitate pugnare non potest, ibidem
num.15.

Clericus, qui per iudicem secularem
citat⁹ est, priuilegium clericalem
allegare debet, declinando
illius iurisdictionem, & probare
per testes, aut instrumenta, an ta-
men sufficient singulares, libro I.
cap.9. ex numero 21. vsque ad nu-
me.26.

Clericus per iudicem secularem ad
iurandum compelli non potest. Si
tamen sponte iurasset, ipsius testi-
monium valet, lib. I.c.9.n.32. cum se-
quenti.

Clericus hæres instititus a laico,
coram suo iudice ecclesiastico,
conueniens est; nec testator
contrarium disponere potuit, ni-
si forte cum defuncto laico lis cæ-
pta fuisset, quia tunc coram ip-
so iudice prosequenda est, ibi-
dem numero 34. cum tribus sequē-
tibus.

Clericus a laico dissimatus, coram iu-
dice ecclesiastico eum tradere po-
test, ibidem num.39.

Clerico simili cum laico obligato, in
causa communis, ad ecclesiasticum
iudicem ire oportet. Idemque pro-
cedit, si compromissa causa in Cle-
ricum, & laicum simul fuerit, &
ad arbitrium boni viri reduci de-
bet, et superior ecclesiasticus adden-
dus est, ibi numero 40. cum se-
quenti.

Clericorum personæ, non tantum se-
culari exemptæ sunt, sed etiam
eorum bona, etiam si extra iuris-
dictionem sita sint, ibi ex nume-
ro 44. vsque ad num.47.

Clerici, legibus seculanbus adstric-
ti, censentur multoties, ad ea-
rumque obseruantiam tenentur,
veluti in taxa panis, in repar-
atione pontium, fontium; & quo-
riescumque de communi agitur
vilitate, cum laicis simul Cle-

rici contribuere tenentur, libro I.
cap.9. numero 51. vsque ad nume-
rum 59.

Clericus aliqua lege, vel statuto con-
tra alios vvens, idem seruare te-
netur, statutaque laicorum facta
in materia communi a Clericis
visitari possunt, ibidem nume-
ro 62.

Clerici, quamvis ab oneribus tempo-
ralibus immunes sint, a beneficiis
tamen communiter ciuitati, vel
oppido concessis, non priuantur,
cum in favorabilibus appellatio-
ne ciuium Clerici venient, ibi-
dem ex numero 63. vsque ad nu-
me.67.

Clerici in bonis patrimonialibus, pri-
uilegio Ecclesiaz non gaudent, ne-
que in casibus a iure expressis,
non tamen autoritate iudicis se-
cularis cogi possunt, licet gabel-
lam ex negocione, alia ve tri-
buta Principi seculari solvere te-
nentur, ibi ex numero 63. vsque
ad num.74.

Clerici etiam in minoribus Ordini-
bus constituti, priuilegio eccl-
esiastico gaudent, nec ex multi-
plicatione criminum prædictum
priuilegium amittunt, ibi nu-
mero 7. vsque ad num.77.

Clericus, etiam coniugatus, foro ec-
clesiastico gaudet, etiam si post
delictum commissum vxorem du-
cat, & vigamus effectus sit, li-
bro I. cap.9. numero 78. & 80. cum se-
quenti.

Clericus coniugatus, licet post com-
missum delictum, habitum cle-
ricalem afflumpferit, & tonfu-
ram, ecclesiastica foro gaudet, ibi-
dem numero 79. & 82. cum duo-
bus sequentibus.

Clericus, etiam si delinquerit, in of-
ficio seculari, aut ciuiliter, &
criminaliter reconueniatur co-
ram seculari iudice, aut co-
ram

Index alphabeticus.

coram eo confessus, si hilomini-
nus forum non amittit, libro 1.
cap.9. ex numero 88. vsque ad u-
num.92.

Clericus etiam verbaliter degrada-
tus non admittit forum absque tra-
ditione, & iudex ecclesiasticus
de eius causa cognoset, etiam si
negligens fuerit, ibidem num. 93.
cum sequenti.

Clericus citatus à seculari, si sua in-
tersit, coram seculari iudice com-
parete potest, & de eotanquam
actore voluntario ille index ag-
noscit, necnon quoties hæres laici
est ad publicationem testa-
menti, vel si legatarius sit laici
ad confessionem inuentari per se-
culariem hæredem factam, libro 1.c.9
num.111.

Clericorum vniuersitas litigans cum
maiori vniuersitate laicorum po-
test coram iudice seculari con-
veniri, ibidem num.109.

Clerici in causis feudi secularis, co-
ram seculari conuenire possunt,
& ad iudicem seculariem est ap-
peilandum; qui quidem iudex po-
test condemnari Clericum, li-
bro 1. cap.9. num. 119. vsque ad nu-
me.122.

Clerici litigantes, coram iudice se-
culari, vel delegato obseruare
debet leges, statuta, & consue-
dines oppidi, & Tribunalis, in
quo litigatur, ibidem, nume-
ro 133. cum tribus sequenti-
bus.

Clericorum animalia, per iudicem
seculariem detinendi, & pignora-
ti possunt, & etiam eorum per-
sonas multari per falsam men-
suram: vel si merces corruptas
Clericus vendiderit, vel artem
secularis exercuerit, ibidem ex
numero 132, vsque ad numerum
137.

Clericus, qui aduocati officio, aut

notarij fungitur, si in eo delin-
quat, per iudicem seculariem mul-
tari debet, ibidem numero 138.

Clericus coniugatus, si ligatus sit,
foro ecclesiastico noua gaudet,
nec ille qui in minoribus ordinibus
est constitutus, nisi beneficium ecce-
lesiasticum habeat, aut clericalem
habitum, & tonsuram deferens,
alicui Ecclesie seruat, ibidem
numero 139. cum tribus sequenti-
bus.

Clericus degradatus foro priuilegio
non gaudet, nec is qui degradatus
dui venit pro homicidio prodi-
torio, & qualificato, aut aliis
grauiissimis delictis: nā tūc etiā
te degradationem, si incorrigibili-
lis sit & in enormitatibus se immis-
cuerit, tria monitione à iudice
ecclesiastico premissa, à iudice
seculari puniendus est, ibidem
ex numero 143. vsque ad nume-
rum 149.

Clericus Assasinus, absque villa de-
gradatione, potest puniri à iudi-
ce seculari, ibidem numero 147.
Cum limitatione, ibi.

Clericus, qui post commissum de-
listum ordinem clericalem assun-
pti, aut habitum clericalem im-
posuit, à iudice seculari multata-
ri debet, ibi numero 150. cum se-
quenti.

Clericus captus à iudice seculari in
fraganti criminis ab eo detine-
ri potest, quoisque cognosca-
tur à suo iudice; & qui de fu-
ga suspectus est, à seculari de-
tinendus est, elsi cum armis no-
atu repertus fuerit, multari po-
test à seculari iudice, ibidem
numero 152. vsque ad numerum
156.

Commodatum, quid sit, & ad quid
teneatur commodaarius, libro 2.
cap. 2. §. 6. ex numero 3. vsque ad
num.6.

Con-

Index alphabeticus.

- Conductor**, si ex aliquo impedimento belli, pestis, alteriusve similis. aduersus pensionem non possit, exculpare ostet, & per se integrum remittit, ut remedium subueniri, libro 1.c.4.n.145.
- Conduktor**, & vñ fructuarius, an possint colligere fractus innaturos, libro 2.cap.2. §.15. nume.39. vsque ad 42.
- Conductor renuncians omni legum auxilio, quo tueri potest, ibidem numero 69.**
- Conducens molendinum in loco periculoso, si impetu fluminis destruitur**, sit, anteneatur ad pensionem. ibidem n.70.
- Confessio mariti de dote recepta, an presumatur facta in fradem creditorum, libro 2.cap.2. §.24. numero 52.**
- Confessio recepte doris, an validetur iuramento, ibidem numero 54.**
- Confessio mariti de dote facta sene, vel ignobili vxori, an valeat, ibidem num.56.**
- Confessio mariti, ut vixit contrahere possit per equipollentiam, vel tacitus, sufficiens erit, aut eo presente, & tacente dom ipso contractis, lib.1.cap.5.num.234. vsque ad 237.**
- Confessus mariti praesertim esse confitetur vxo. i, quando cum ea litigat, vel contrahit, ibidem num.239.**
- Confessus mariti, ratificatio, seu confessio ad contractum vxoris, nihil peratur, si exceptio ex deserto cōfessus ante oppositum fuerit, ibidem numero 238. & 240. cum sequenti.**
- Confessus mariti ad vxoris contractum quando à lege, vel statuto pro solemnitate actus requiritur, praestans est in ipso actu, neque ex diuturnitate valet, lib.1.c.5.n.244. cum duobus sequentibus.**
- Consensus mariti, ut ad vxoris contractum presumatur, de ipsius scientia, & pacientia constare debet, ibi dem ex numero 248. vsque ad numero 251.**
- Consensus mariti generalis, sufficiens est vxori ad faciendum id quod in ipsius iuri præiudicium refutatur, in his iamen quæ a marito solitu est fieri, libro 1.cap.5.num.252. vsque ad 255.**
- Consensus mariti in defensione vxoris, quæ est de iure naturali non desideratur, libro 1. cap. 5. numero 268.**
- Consensus mariti non requiritur ad effectum sepulturæ ab vxore, licet in contractu ab ea alieno nomine facta, ibidem num. 270. cum sequenti.**
- Consensus mariti per procuratorem, vel nuncium, aut epistolam, praestari potest, ex eoque reuerentia maritatis sequitur, cum ei deferire tenetur, num. 273. cum tribus sequentibus.**
- Contractus emptionis, & venditionis, quando indubio presumatur, lib.2. c.2. §.8.n.9.**
- Contractus emptionis, & venditionis celebratur ubicumque fit meatio de precio. ibidem numero 10.**
- Contractus quando dicatur perfectus, ibi num.39.**
- Contractus, an dicatur perfectus, vbi scriptura requiritur, libro 2.c.2. §.8.n.40.**
- Contractus locationis, & conductio- nis, in quo differat à contractu emphiteutico, libro 2. cap.2. §.15. numero 6.**
- Contumacia in scitur non comparēte citato in iudicio aduerteri parte contumaciam accusante, & quæ poena imponitur contumaci. libro 1.cap.13.num.1. cum duobus sequentibus.**

Con-

Index alphabeticus.

- C**onsumax expensas solvere tenetur, nisi compareat iudice, adhuc pro tribunali sedente, libro 1. cap. 13. ex numero 6. usque ad numerum 13.
- C**urator bonis absentis, vel captivi, dari solet, ut creditores satisfiant; dari tamen deberet a iudice intra suum territorium, libro 1. cap. 7. num. 3. cum duobus sequenti bus.
- C**urator bonis dandus est a iudice intra cuius territorium bona sita sunt, licet dominus honorabile fungatur domicilio, ibi num. 8. cum sequenti.
- C**urator bonis absentis dandus est proximior agnatus, qui futurus sit heres, licet absens viens presumatur, et tamen curatori onus probandi vitam illius incumbit, libro 1. cap. 7. numero 10. usque ad 14.
- C**urator bonis hereditatis incensis, dandus est, citatis tamen prius his, quibus illa pertinere posuisse, latas tamen iuritus processus efficiuntur, ibi numero 18. cum duobus sequentibus, &c 22.
- C**urator bonis hereditatis dandus est, quoties heredes intra terminum a iudice præfixum, ad delibetandum non adierint, vel si ab intestato venientes, hereditatem adire recusauerint, ibi ex num. 23. usque ad 26.
- C**uratoris honorum officium, non excluditur ad additionem hereditatis, aut similia, sed tantum ad custodiam bonorum, eorumque conseruationem, ne dissipentur, lib. 1. cap. 7. numero 27. usque ad 32.
- C**urator bonis dandus possessionem bonorum absentia delata, recte agnosceret valet, ibidem numero 33.
- C**riminalis causa dicitur, quando de poena corporali agitur, vel po-
- na pecuniaria fisco applicanda, & vero pena parti applicetur ciuilis causa appellabitur, lib. 1. c. 1. numero 13; cum sequenti.
- C**reditor ante diem agans, actione carere dicitur, a iudiceque repellendus venit, libro 1. cap. 2. numero 12.
- C**reditor indiem, potest ante diem agere, yr die adueniente ei solutatur, cum actionem natam habeat, eum quandoque ius conditionale posuit in iudicium deduci, ante conditionis aduentum, libro 1. cap. 32. a numero 30. usque ad 34.
- C**ustos quis sit, & ad quid teneatur, libro 2. cap. 2. §. 7. numero 23.
- C**ustos gregis quis sit, & ad quid teneatur, libro 2. cap. 2. §. 7. numero 24.
- C**ustos carceris ad quid teneatur; ibidem num. 25.
- D**
- D**ans auxilium inimicis Fidei contra fideles, efficitur seruus capientis, ultra excommunicationem, libro 2. cap. 2. §. 1. numero 16.
- D**efensor ad admittitur pro reo absente in causis de la Hermanداد, libro 2. cap. 1. §. 23. numero 2.
- D**epositarius, quo modo possideret rem depositatam, & quomodo successat eius heres, lib. 2. cap. 2. §. 7. numero 6.
- D**epositarius tenetur de dolo, ibidem num. 8.
- D**epositarius liberatur a deposito, si sine dolo, & lata culpa depositaria furto amittatur, ibidem numero 9.
- Deposi-

Index alphabeticus.

- Depositarius ad quid teneatur, ibidem num. 11.
Depositarius an possit ut pecunia depositata, ibi num. 20.
Depositum actio, an sit priuilegiata, ut praeferatur aliis creditoribus, lib. 2. c. 2. §. 7. n. 21.
Depositum actio habet paratam executionem, ibidem n. 27.
Delinquens puniri debet ubi delictum perpetrauit, nisi accusatus fuerit in loco sui originis, aut domicilij, libro 1. cap. 9. numero 325. cum sequenti.
Delinquens vagabundus, a quo quis iudice puniri potest ubi accusatus est, principiis licet ad iudicem ubi delictum commisit moris sit remitti, quando eiusdem Regis subditi sunt iudices, ubi delinquit, & ubi fuit deprehensus, ibidem ex numero 327. usque ad 330.
Deceptione ultra dimidiam, de qua in lege 2. C. de rescindenda venditione, & materia illius iutuli locum habet in emptore, sicut in venditore, libro 1. cap. 1. numero 69.
Denunciatio est nomen genericum, compleiens Euangelicam, canonicam, & iudiciale denunciationem, ex duplice causa fieri solet, aut ratione publici, vel priuati delicti, motu proprio alii cuius, proferendo tantum iudicis, delicti tatione, lib. 1. cap. 1. numero 144. usque ad 147.
Dictio hæc nihil, est universalis negotia, & quid importet, lib. 1. c. 1. ex num. 3. usque ad 6.
Dictio quasi, improprietatem importat, ibidem num. 7.
Dictio hæc, aliud est, quam exceptiōnem significat, ibi num. 9.
Differentia inter obligationes dandi, & faciendi, libro 2. cap. 2. §. 8. numero 27. & 28.
Diffamare, est, ad iudicium provocare, lib. 1. c. 3. n. 27.
Diffamatus hoc potitur priuilegio, ut diffamantem ad suum iudicem trahat, etiam si diffamans sit persona ecclesiastica, ne ex diffamatione cōmodum reportet, libro. 1. cap. 3. ex numero 25. cum sequentibus.
